

Biblioteka Muzeum im. Dzieduszyckich
we Lwowie.

Sz. 9a N^o 4.



**Digitization of the scientific library of the
State Museum of Natural History of NAS**

Besser W.S.J.G., M.D. Primitiae florum Galiciae Austriacae utriusque.
Enchiridion ad excursiones botanicas: in 2 pars / W. S. J. G. Besser.
– Vienna: Sumptibus Ant. Doll., 1809.

Pars 1: Monandria, Polyandria. – [XVIII], P. 19 – 399.

Pars 2: Didynamia, Dioecia. – [VIII], 9 – 423 p.

Download a copy of the book from the site:

<http://libsmnh.com.ua>

Permanent link to the book page:

http://libsmnh.com.ua/books/besser_wsfg/primitiae_florae_galiciae_austriacae/

l. mt



409.

1990

1984

900

PRIMITIAE
FLORAE GALICIAE
AUSTRIACAE
UTRIUSQUE.

—
ENCHEIRIDION

AD
EXCURSIONES BOTANICAS

CONCINNATUM

A
W. S. J. G. BESSER, M. D.

Nr. inwontarza
A-1033

POTURZYCKA
BIELECKA
KONIA
J.W.D.

PARS I.

POLYTECHNICZNY

PRZYRODNICZY

VIENNAE, 1809.

SUMTIBUS ANTIQVARIIS

MUZEUM
IMIENIA
DZIEDUSZYCKICH
W LUBOWIE

— Arbitrium, tu Dea floris, habe,
Saepe ego digestos volui numerare colores,
Nec potui: numero copia major erat,
Roscida cum primum foliis excussa pruina est,
Et variae radiis intepuere comae,
Conveniunt pictis incinctae vestibus Horae
Inque leves calathos munera pulcra
Protinus accedunt Charites, nectuntque coro-
nas legunt
Sertaque coelestes implicitura comas.
Prima per immensas sparsisti semina terras
Unius, tellus ante coloris erat.

Cvid. Fast. V.

Praefatio.

Botanicæ, jamjam mole sua laborantis scientiæ, incrementum omne in Monographiis generum, adeoque, ut innotescant species generum hucusque detectæ, in concinnandis Floris esse positum, quicumque et animo tote et mente integra scientiæ huic se dedit, perspectum habet. Quicumque ergo regionis, in qua degit, plantas caste observatas, describit et descriptiones suas, ut et Botanophilis Encheiridii adinstar inserviant, in compendium redigit Floræ, illum tunc quoque de scientia bene meritum fuisse diceremus, quando nec ullam novam adduxisset speciem, nec omnes regionis suæ plantas enumerasset. Hoc enim qualicumque opere et geographia botanica, quæ in primis adhuc cunabulis hæ-

ret, et quod plurimum interest, Botanicis ad usus promiscuos adcommodatae commodum immensum haud parvum sibi caperet emolumentum.

Desistere ab opere botanico, quod non ad unguem usque perpolitum est, et suppressere potius opusculum, non nostra tantum culpa imperfectum, quam permittere, ut in lucem editum doceat minus peccare alios, laudis est nimium studiosorum et correctiones nimis vane perhorrescentium, exitiosumque scientiae, cui jam nocuerunt illi, qui postquam vitam fere integram impendissent studio botanico, ea, quae recte observabant, secum sepelierunt, et corpus et herbarium veribus sic relinquentes, quippe non omnem votum explevisse veriti. Horum exemplum, qui sequitur, nunquam Galiciae Floram inchoabit; nullius enim portare valebunt humeri onus illi subeundum, qui omni ex parte absolutam provinciae hujus Floram conscribere vellet.

Non enim amplitudo tantum terrae Galiciensis excurrentis a 47 ad 51 latitudinis et

a 37 ad 45 fere longitudinis gradum, non avia solum carpathicorum montium, non adyta sylvarum horridissimarum, non paludum infidarum immensa aequora, non ripae fluviorum inaccessae tantum obstant, quo minus omnia ab uno eodemque Botanico variis anni temporibus iterum, iterumque perlustrentur loca, omnesque ibi colligantur plantae sponte nascentes; sunt et alia impedimenta multo graviora, quae vel felicissimum omnium plantarum galiciensium possessorem praepediant in operibus suis perpoliendis.

Abest nempe a Galicia, vigente tamen Universitate Leopolitana jam per viginti annos, quam D. JOSEPHUS II. caesarea liberalitate fundavit et augustissimus noster Imperator FRANCISCUUS I. cum antiquissima ac ditissima Universitate Cracoviensi conjunxit, servato vero illuc Lyceo amplissimo, ut eo majus inde scientiis emolumentum enascatur, talis literarum cultus, qualem exspectare liceret; desiderantur potissimum et Medici et Pharmacopolae et Oeconomi Historiae naturalis et Botanicæ et in Germania, Gallia,

Britannia etc. etc. cultores indefessi; desunt horti studio botanices dicati, si hortum botanicum Cracoviensem vicinis demum abhinc annis exstructum exceperis; desunt denique, quod agmen claudat desideratorum, Bibliothecae botanicae tam completae, quam prae rite elaboranda Flora necesse foret.

Inde sequitur, opus hocce ad eum usque perfectionis gradum me elaborare non potuisse, ac desiderassem. Cum, quam sedulo perrimanda sint synonyma et citata a Botanicis exscripta, potius, quam explorata et ex nostro apparebit opusculo. Etenim, si vulgatissimas saepe plantas contuleris cum earundem in systemate et in plerisque Botanicorum operibus definitione et Synonymia; miraberis certe scribi potuisse, quae visa non fuere vel visa non scribi et Botanicam orbam ad nostra usque tempora fuisse critica, qua aliae scientiae historicae diligentia et genio Bayleano gaudent, dolebis. Nam, quae animose nimis, nimisque pervicacia et novitatis et gloriolae studio intemperanter dicta fuere in LINNEI EQUITIS merita et in Botanicos plerosque criticas fuisse dilucida-

tiones, nemo sane asseruerit. Nec prius, quam in uno eodemque horto tribunal consederit Botanicorum, qui plantas omnes a Botanophilis vel uno eodemque nomine vel diversis insignitas denominationibus, submissas collant et quod experientia annorum plurium edocuerit, enuncient, firmam invenies et stabilem in Botanique certitudinem, quae omne tollat dubium, commentum omne atque omnes ne a summis quidem viris satis cautas hallucinationes.

Obest denique et illud, quod vix in Flora galiciens concinnanda invenias praedecessoris vestigium. Excellebant quidem, ut ajunt, tempore SIGISMUNDORUM in re herbaria SIENNIK, SZPICZYNSKI, MARTINUS URZEDOWSKI, ADALBERTUS OCZKO M. D. JONSTON, SYRENIUSZ, ANNA SOROR SIGISMUNDI III. aliique; at opera eorum, modo raritates bibliographicae, mihi nec titulo nota sunt. Credulus ille RZACZYNSKI in historia sua naturali Poloniae paucissima enumerat nomina stirpium Poloniae pristinae indegenarum, nullis omnino descriptionibus adjectis. R. KLUKII Dictio-

narium (Dikcyonarz roslinny Tom. 3 przedrukowany w Warszawie 1805. Primam editionem circa 1780 edere debuit; recentissimum enim opus, quo in elaboratione est usus, anno 1778 in lucem provenit) medico-oeconomicum potius quam botanicum, exiguae mihi fuit utilitatis aequae extranei GILIBERTI Flora Lithuaniae, cujus nova editio a D. JUNDZIL PROFESSORE HISTORIAE NATURALIS WILNENSIS data, aegre carui. —

Illa ergo fere omnia, quae hic proferimus Marte proprio parata sunt, si excipiam eas notiones, quas clarissimo ac doctissimo Professore, D. Schultes et celeberrimo Doctore Host, qui dubia mihi gramina, Carices, et Salices determinavit, debeo. In tantis vetero angustis, qui scribit, non is ea culpandus est audacia, qua plures in ipso musarum gremio sedentes rudia profundunt, et inculta opuscula. Meliora, cum viderit conatusque sit, commiserationem potius quam vituperium commeretur, si nec sibi nec aliis satisfaciens, utilis esse praeferat quam laudari. Sperat tamen et non vane sperat opuscu-

lo hocce species quasdam novas, nec prius cognitae proferre in lucem, geographiae botanicae futurae fines augere, studium denique botanicum, vel in ipsa Sarmatia ad eos hac opella facilius descensurum, qui quo magis illo indigent, eo magis id negligunt, deterriti hactenus nimio librorum botanicorum aut volumine aut pretio.

Jam ut de ratione operis a me instituti dicam, haec ea fuit, ut CL. WILLDENOWII editionem specierum plantarum pro basi haberem et definitionibus viri in Botanice versatissimi subjungerem observationes Cl. virorum DECANDOLLE, HALLER, HAYNE, HOFFMANN, HOST, JACQUINI utriusque, JUSSIEU, KROCKER, LAMARK, MÜLLER, OEDER, PERSOON, WILIB. SCHMIDT, SCHRADER, SCHREBER, SCOPOLI, SMITH, SUTTER, VAHL, VAILLANT, VEST, WETTERAVENSISQUE FLORAE.

Gramina ad mentem Cl. Virorum Host et SCHRADER digessi et horum saepe verbis descripsi. Abstini a citationibus iconum, quas non ipse videram, edoctus experientia,

melius esse desistere ab illis quam eas ex aliis transscribere, qui, quod excitarunt, non semper viderant suis oculis; CL. SMITHIUM tamen in citationibus suis Florae Londinensis, ut virum fide dignissimum lubens sequebar.

Sicubi naturae ipsius nutu CL. WILDENOVIIUM dereliqui, id, in indice operis sedulo notavi, in quo illius synonyma posita inveniunt. Caeterum neglexi synonyma, quia illis, quibus opusculum hoc scriptum est, libri, ex quibus synonyma petuntur, plerumque desunt, qui vero libris gaudent, illos nova esse, quae pro novis habeo et corrigenda, quae correxi, facile credo intellecturos. Botanophilis characteres, quibus plantae distinguuntur ab agnatis, melius convenire quam synonymiam Botanicorum vix unquam critice digestam, jam dudum compertum habeo. Illos (characteres), quos definitionibus solitis ex meis adjunxi, per parenthesis () inserui, aut litteris minoribus saepissime subjunxi. Ubi vero nova definitione opus erat, aut mutatione pristinorum signo parentheses non exprimenda, littera B. eam distinxit a virorum celeberrimorum definitionibus. Po-

lygamiam reliquis classibus me inseruisse, non est, ut excusem. Ubi generibus quibusdam subdivisis nomina dedi in speciebus plantarum WILDENOVII non usitata, auctoritate illius, qui haecce genera primus distinxerat, ejus nomen apposui. Idem et in denominationibus specierum quarundam feci.

Superest, ut publice gratias agam amicis meis D. EUTYCHO CHRISTIANI, M. C. (E. C.)* comiti meo in excursionibus per arva Cracoviensia, quique regiones circa Duklam circ. Jaslensi percurrit; D. FRIEDLAENDER M. D. (D. F.) qui plantas in circulo Zaleszczykiensi per annos duos et in excursionibus in montes carpathicos in regione acidularum Dornae in Bucovina collectas communicavit mecum, viro Botanicae deditissimo: at utinam suppellectili literario non nimis destituto! D. D. M. D. M. D. JOSEPHO ET ZACHARIAE KOSINSKI (DZK. DJK.) qui plantas in iisdem

*) In decursu opusculi primis solummodo utar litteris ad designandum inventorem.

fere regionibus ab ipsis lectas, ut eas determinare, mecum communicabant; D. POLACZEK (P.) Hortulano horti botanici Cracoviensis, qui loca quaedam mihi designabat plantarum Galiciae occidentalis, plantasque nonnullas ab ipso ibidem lectas communicabat; P. MAN. patris mei alterius B. S. SCHREWEREK M. D. ET PROF. BOT. ET CHEMIAE LEOPOLITANI, (Prof. Schk) quo ducente per annos quinque agros Leopoltanos percurrebam, cujus herbario per triginta annos collecto, at, quod fidelissimae memoriae nimium fideret, nec ulla adnotatione instructo; utebar, quem demum Cracoviam secutus, per duos nunc annos arva hujus urbis perlustro; viro denique mihi amicissimo CL. SCHULTES M. D. ET PROF. CHEM. ET BOTAN. UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS (Schult.) cum quo montium carpathicorum tractus aliquot, montem nempe *Babia Góra* et Sandecenses montes prope *Krynica* peraegravi et qui librorum suorum, ut hanc monitu suo ad finem perductam et editam Galiciae Floram, quantum fieri posset, perpolirem, copiam mihi fecit. Nomina eorum, ut cuique suum sit,

singulae speciei ab ipsis mecum communicatae subjeci.

Quum facilius sit, exstructis addere, quam nova collocare fundamenta, non poenitebit me operis mei, si spatio decem abhinc annorum Flora galiciensis duplo triplove auctior comparuerit ac memet gratulabor, si extraneo mihi, dulciori nato patria (Tyroli) licuerit ad CHLORIS *) GALICIANAE fanum primum lapidem movisse. Accedite juvenes et Deae matris florum templum excolite atque Floralia **) in commodum patriae sancte celebrate!

Non est, mihi credite, non est

*) Chloris eram, quae Flora vocor, corrupta latino

Nominis est nostri litera graeca sono.
Chloris eram nymphae campi felicitis etc.
Ovid Fast. Lib. V.

**) *Ovid l. c.*

Hoffm. Deutschlands Flora oder botanisches Taschenbuch für das Jahr 1800. und 1804. 2. Bändchen. Erlangen.

Host. Syn. Nicolai Thomae Host M. D. Synopsis plantarum in austria provinciisque adjacentibus sponte crescentium. Vindebonae 1797. 8.

Host. gram. Ejusdem Icones et descriptiones graminum austriacorum. Vindebonae Vol. 1. 1801. — Vol. 2. 1802. — Vol. 3. 1805. fol.

Jacq. Austr. N. de Jacquin Florae Austriacae sive plantarum selectarum in Austriae Archiducatu sponte crescentium Icones. Tomi V. Viennae Austriae 1773. fol.

Jacq. Icon. Ejusdem Icones plantarum rariorum. Volumina III. Vindebonae 1783 — 1793.

Jacq. Hort. Ejusdem Horti botanici vindebonensis plantarum centuriae tres. Vindebonae 1770.

Juss. gen. pl. Antonii Laurentii de Jussieu Genera plantarum secundum ordines naturales digesta. Editio Us'eri. Turici Helvetorum 1795. 8.

Krock. fl. sil. Anton. Joan. Krocker Flora Silesiaca renovata emendata continens plantas Silesiae indigenas. Vol. I. II. Vratislaviae 1787. — 90. 8.

Lam. Encycl. Encyclopédie méthodique: Botanique et Illustrations generum par Msr. le Chevalier de Lamark. 4.

Locs. pruss. J. Loselii Flora prussica Regionum 1703. 4.

Mattus. Sil. Grafen von Matuschka Flora Silesiaca oder Verzeichniß der in Schlesien wildwachsenden Pflanzen. Pars I. II. Leipzig 1776 — 77. 8.

Syst. veg. Ed. XV. C. Linnei Systema vegetabilium. Editio XV. cura Persoon. Göttingae 1797.

Pers. Syn. Synopsis plantarum s. Enchiridium botanicum curante Persoon. Parisiis Lutetiorum Pars. I. — 1805 II. — 1807. 8.

Schrad. Spicil. Henr. Adolph. Schrader Spicilegium Florae Germaniae. Pars prior. Hannoverae 1794. 8.

Schrad. H. A. Schrader Flora germanica. Tom. I. Göttingae. 1806. 8.

Schreb. Gram. I. C. D. Schrebers Beschreibung der Gräser, nebst ihren Abbildungen. Leipzig 1769. fol.

Schmidt. boem. Franc. Wilib. Schmidt Flora boemica. Pragae Cent. I. II. 1793 — III — IV. 1794. fol.

Scop. carn. Joan. Anton. Scopoli Flora carniolica. Tomi duo. Editio 2da. Vindebonae 1772. 8.

Smith. Flora britannica auctore Jac. E. duard. Smith. Editio Roemerii. Vol. III. Turici 1804 — 1805.

Sutter. Flora helvetica exhibens plantas Helvetiae indigenas Hallerianas et omnes quae nuper detectae sunt ordine Linnaeano curavit Joh. And. Sutter. Vol. I. II. Turici 1802. 12.

Synops. fl. Gall. I. B. de Lamarck et A. P. Decandolle Synopsis plantarum in Flora gallica descriptarum, 8. Parisiis 1805.

Vahl. Enum. pl. Martini Vahl Enumeratio plantarum 8. Vol. I. Hafniae 1805.

Vaill. bot. par. Botanicum parisiense par S. Vaillant. Leide et Amsterdam 1727. fol.

Vest. Man. Manuale botanicum inseruiens excursionibus botanicis sistens stirpes totius Germaniae phaenogamas, quarum genera triplici Systemate, corollino, carpico, et sexuali coordinata, specierumque characteres observationibus illustrati sunt auctore Laur. Chrys de Vest, Klagenfurti 1805. 8.

Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. Franc. Com. a Waldstein et Kitaibel M. D. Descriptiones et icones plantarum rariorum Hungariae. Viennae Vol. I. 1804. Vol. II. 1805 et fasciculi tres. fol.

Willd. Baumz. Carl. Ludw. Willdenow's Berlinische Baumzucht. Berlin 1796. 8.

Willd. C. Linnei species plantarum. Editio IV. post Reichardianam V. curante C. L. Willdenow. Tomi IV ad Cryptogamiam usque, Berolini 1797 — 1808. 8.

Classis I.

MONANDRIA.

Monogynia.

I. HIPPURIS. Calix margo bilobus. Corolla nulla. Nux. SCHRAD. *Flor. germ.*

II. CHARA. Cal. nullus. Cor. nulla. Anthera sessilis. Styl. nullus. Bacca polysperma. SMITH *Flor. Brit.*

* *Alchemilla Aphanes*. Smith. *Wild.*

Digynia.

III. CALLITRICHE. Cal. nullus. Petal. duo. Stigma. acuta. Semina quatuor compressa, nuda, hinc marginato-alata — SMITH.

IV. BLITUM. Cal. trifidus. Cor. nulla. Semen unicum, calyce baccato semitectum. *Flor. d. Wett.*

* *Alchemilla Aphanes ex Linneo.*

Trigynia.

* *Stellaria media*.

MONANDRIA.

Monogynia.

I. HIPPURIS Linne.

1. *H. vulgaris* caule stricto, foliis verticillatis linearibus patentibus. WILLD. sp. pl. *Flor. Dan. tab. 87. Curtis Lond. fasc. 4. t. 1.*

Antherae magnae purpureae. Ad margines lacuum et in fossis prope Nawaria, Lelechowka Circ. Leopold. Christianopoli circ. Zolkiew. Floret Junio.

II. CHARA Vaillant.

2. *Ch. hispida* sulcata, foliis subulatis articulatis, foliolis verticillatis, aculeis caulinis setaceis deflexis SMITH. WILLD. sp. pl. *Flor. Dan. t. 151.*

Herba immersa gas hydrogeneo-phosphoratum redolet. Anthera globosa aurantiaca. Germen foliolis quaternis circumdatum pone anthera, apice quinque-dentatum. In aqua lente ad stagnum prope Sknilowka circ. Leop. fluente. Floret Julio.

Digynia.

III. CALLITRICHE Linne.

3. *C. intermedia*, foliis superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis, WILLD. sp. pl.

Caulis immersus. Folia opposita; inferiora remota; superiora subemarginata congesta, in formam stellae dispositae. Flores inferiores in caule ipso foeminei, superiores masculi. In ramis omnes foemineos vidi. In aquis stagnantibus et rivulis lente fluentibus. Floret Majo. Junio.

4. *C. autumnalis*, foliis omnibus linearibus apice bifidis, floribus hermaphroditis WILLD. Loes. pruss. 140. t. 38.

Habitus C. intermediae. Habitat in fossis vallis Oycow. Floret Augusto.

IV. BLITUM Linne.

5. *B. chenopodioides* caule ramosissimo, glomerulis axillaribus exsuccis, B. ENCYCLOP. *Method. Bot. Tom. II.*

Ex radice annua prodit caulis 2 - 4 pedes altus; ramosissimus, obtuse angulatus, ramis patentibus. In longis petiolis fert folia oblonga triangulari-hastata, inaequaliter dentato-sinuata, iis *B. virgati* simillima: superiora brevissime petiolata angustiora et versus basin tantum dentata. Glomeruli parvi in axillis foliorum. Semina orbicularia compressa circumdantur calyce sicco. Tota planta valde succulenta. An planta nostra sit Linneana ex mantissa a Willdenowio citata, eo magis dubito, cum sequentia in Cl. Vahl's Enumeratione plantarum de hac planta invenerim. „Caulis interdum palmaris simplex vel prope radicem in ramos unum aut duos simplices adscendentes

divisus. Folia saepe opposita, interdum aggregata, sessilia vel petiolata, lanceolata, rhombico-lanceolata vel deltoidea Verticilli duo, tres terminales. "Crescit Leopoli et Cracoviae in ruderalis, fimitariis cum Chenopodiis, Floret Majo; Junio, sem. Julio.

Classis II.

DIANDRIA.

Monogynia.

* *Flores completi inferi monopetali, regulares.*

V. LIGUSTRUM. Cal. quadridentatus, Cor. quadrifida. Bacca supera bilocularis, loculis dispermis. SCHRAD.

VI. SIRINGA. Cor. quadrifida. Capsula bilocularis. WILLD.

** *Flores completi, inferi, monopetali, irregularis.*

† *Fructus angiospermi.*

VII. VERONICA. Cor. quadrifida; lacinia infima angustiori. Capsula supera bilocularis. SCHRAD.

VIII. GRATIOLA. Cal. quinquephyllos, (basi bibracteatus) Cor. quadrifida, bilabiata, labio superiori reflexo. Stamina qua-

tuor: duo sterilia. Caps. supera, bilocularis. SCHRAD.

* *Limosella aquatica var. diandra.*

†† *Fructus gymnospermi.*

IX. LYCOPUS. Cal. tubulosus quinquefidus. Cor. tubulosa subaequalis quadrifida: lacinia superiori latiori emarginata. Sem. quatuor nuda (retusa). SCHRAD.

X. SALVIA. Cal. bilabiatus. Cor. ringens. Filamenta transverse pedicello affixa. Sem. quatuor nuda. SCHRAD.

*** *Flores completi inferi tetrapetali.*

* *Nasturtium ruderale.*

**** *Flores completi superi.*

XI. CIRCAEA. Cal. diphyllus superus. Cor. dipetala. Caps. hispida bilocularis, non dehiscens, loculis monospermis. Pers. Synop.—

***** *Flores incompleti.*

XII. FRAXINUS. Cal. nullus (aut quadripartitus). Cor. nulla (aut tetrapetala). Samara monosperma lanceolata. Fl. d. WETT.

* *Scirpus ovatus. Nasturtium ruderale. Lemna. Smith.*

Digynia.

XIII. ANTHOXANTHUM. Cal. glumaceus, bivalvis, uniflorus. Cor. glumacea, duplex, utraque bivalvis; exteriori aristata;

interiori minima, mutica. Sem. corollae interiori adnatum. SCHRAD.

Trigynia.

* *Holosteum umbellatum*, *Stellaria media*.

DIANDRIA.

Monogynia.

V. LIGUSTRUM. Linne.

6. *L. vulgare* foliis elliptico-lanceolatis. SCHRAD. WILLD. *sp. pl. Curt. Lond. fasc. 5. t. 1. Flor. Dan. t. 1141.*

Frutex. Flores albi. Crescit Leopoli in sepibus supra Rothem Kloster quasi sponte. Floret Jun. Julio.

VI. SYRINGA. Linne.

7. *S. vulgaris* foliis cordato-ovatis WILLD. *sp. pl.*

Frutex. Flores Lilaceo-caerulescentes, aut albi. Circa pagos quasi sponte. Floret Majo.

XII. FRAXINUS. Tournefort.

8. *F. excelsior* (foliis impari-pinnatis 5-7 jugis) foliolis subsessilibus lanceolatis acuminatis (serratis), floribus apetalis. SCHRAD. *Linne. syst. veg. Ed. XV. Flor. Dan. t. 966.*

Arbor. Flores plerumque hermaphroditi, intermixtis nonnullis foemineis, rarissime omnes foeminei, vel masculi Schrad. In pagis ad vias inter montes carpathicos. Floret Apr. Majo.

XI.

XI. CIRCAEA Tournefort.

9. *C. lutetiana* caule erecto subhirsuto, foliis ovatis repando-denticulatis acuminatis, B. WILLD. *sp. pl.*

Folia opposita petiolata. Flores racemosi, albi.

Variat foliis inferioribus levissime cordatis. Habitat Leopoli in areis umbrosis humidis horti Jablonowskiani et vicinis locis nemorosis. Circa Duklam et Cracoviae in valle Oycow. E. C. Floret Augusto.

10. *C. intermedia* caule erecto subnudo, foliis cordatis repando-denticulatis acuminatis. B. C. alpinae var. β . WILLD.

Caulis foliaque subinde pilis brevissimis adpersa. Folia obscure virida. Calyx coloratus. Corolla pallide rubra. *) In sylvaticis circa Cracoviam. P. Floret Jul. Augusto.

*) Non audeo icones Florae Danicae citare, cum plures celeberrimi viri illas citando sibi contradicant. Tab. 210 a Cl. Willdenowio, Hostio, Schmidtio et Persoonio in syst. veget. ad *C. alpinam*: a Cl. autem Smithio et Schradero ad *C. lutetianam* ducitur. *Circaeam* in Tab. 256 repraesentatam Cl. Willdenow, Host, Schmidt, Persoon et in Syst. veg. et in Syn. plant. pro *C. lutetiana*: Cl. vero Smith pro *C. alpinae* var. β , eadem ut

B

11. *C. alpina* caule ramosissimo depresso glaberrimo, foliis cordatis dentatis nitidis. Pers. Syn. pl. WILLD.

Flos ut in praecedente. Occurrit et caule simplici. Ad pedem montis Babia Góra versus septentrionem. Cracoviae in valle Oycow circa Grodzisko, cum *C. lutetiana* E. C. Floret Julio, Augusto.

VII. VERONICA. Tourneforti.

* Flores terminales.

† spicato-racemosi.

12. *V. spicata* foliis oppositis crenatis cauleque pubescentibus: radicalibus oblongo-ovatis in petiolum decurrentibus; caulinis oblongis basi attenuatis: (laciniis corollae ovatis patentibus.) SCHRAD. WILLD. Flor. Dan. t. 52. var. β spicis pluribus.

Radix obliqua, teretiuscula, lignescens, fibris plurimis aucta. Caules pedales, ascendentes, teretes, simplices. Folia opposita, oblonga, basi attenuata, superne obtusa, subinde acutiuscula, inaequaliter crenata aut subcrenata, apice integerrima, crassiuscula, patentia, subcarinata, pallide virida; radicalia et inferiora oblongo-ovata, in petiolum quandoque dilatatum semiamplexicaulem decurrentia. Spica plerumque solitaria, erecta, floribus imbricatis. Bractae lanceolatae

videtur eum *C. intermedia*, teste Roemer, consentiente Schradero, habent.

acutae, calyce (exceptis infimis.) breviores. Calyx quadripartitus, laciniis lanceolatis, duabus minoribus. (Corollae lacinia superior ovata, reliquae ovato-lanceolatae; obtusae, profunde caruleae. Faux barbata. Filamenta corolla longiora) Capsulae calycem aequantes, subrotundae, compressae, subemarginatae. Superficies totius plantae, praecipue calycis et bractearum, corolla excepta, plus minus pro soli natura pubescit. SCHRAD. l. c. In apricis collibus Leopoli. Floret Jul. Aug.

13. *V. orchidea* foliis oppositis cauleque pubescentibus: radicalibus oblongo-ovatis crenatis in petiolum decurrentibus; caulinis oblongis crenato-serratis subsessilibus: laciniis corollae lanceolatis acutis tortuoso-conniventibus. B. CRANTZ fusc. IV. p. 334. Excluis tamen Synonim. Vaillantii et Florae Danicae. *V. cristata* Bernbardi.

Radix eadem quae praecedentis, at repens. Caulis erectiusculus, 1 — 3 pedes altus. Folia modo prouti in *V. spicata*, modo iis similia, qualia exhibet Icon *V. hybridae* a Cl. Willdenowio in Schraderi Diario Bot. data. Hoc unicum constans discrimen, folia caulina basin versus minus attenuata, sed magis sessilia esse, mihi observare licuit. Inflorescentia, bractae et calyces simillimi *V. spicatae*. Corollae autem magis tubulosae lacinia suprema ovato-lanceolata, acumine protracto, dorso carinata; reliquae

lanceolato-lineares, hinc inde flexae, ante anthesin ascendentes, sub anthesi deflexae; ut corollam bilabiata referant; pallide caerulescentes. Faux barbata. Filamenta longitudinis laciniarum corollae. Caulis, folia, bractee calycesque plus minus pubescunt. Quid folia attinet, videtur radicalia cum *V. spicata*: caulina autem cum *V. hybrida* communia habere; corolla ab utraque discrepat. Leopoli in collibus extra Cimiterium Judeorum et hortum jaculatorium. Circa Zaleszczyki Circuli ejusdem nominis D. F. Cracoviae in collibus supra Podgorze. Floret Julio, Augusto.

14. *V. incana*, incano-tomentosa, foliis lanceolatis crenatis subtelligerimisque obtusis, caule erecto. VAHL. *Enum. pl. p.* 59, n. 10. WILLD.

V. neglecta, incano-tomentosa, foliis lanceolatis serratis acutis, caule erecto. VAHL. *l.c. n. 11.*

Una alterave harum Galliciae indigena est. Jam ante plures annos specimen Veronicae incano-tomentosae D. Friedlaender mecum communicatus est, quod sub *V. incanae* nomine ipsi remisi, nec autumnans aliam adhuc speciem sub hac latere. Quid patriam attinet, majori cum verosimilitudine puto, nostram fore *V. incanam*. Flores caerulei. Planta culta aestate floret. Hancce notitiam prout et plurium aliarum plantarum mihi dubiarum Dno Schott Directori horti botanici

Vindebonensis, plantarum et botanices cultori indefesso, debeo.

15. *V. longifolia*, foliis oppositis ternis quaternisque, cordato-lanceolatis acuminatis duplicato-serratis, cauleque pubescenti-tomentosis. SCHRAD. *V. maritima*. WILLD. *sp. pl. Flor. Dan. t. 374. ast. mala.*

Caulis sesqui — tripedalesve, erecti, teretes, superne plerumque in ramos floriferos divisi. Folia petiolata (modo patentia) modo deflexa, terna, rarius quaterna, ex (sub) cordata basi longe lanceolata, acuminata, duplicato-serrata, serraturis inaequalibus, acutis: infimis profundioribus. Racemi erecti, laxi. Flores caerulei. Bractee lineari-acuminatae, (inferiores) pedicello longiores. (Corollae faux pilis brevibus clausa.) Capsulae calycem aequantes, subrotundo-obcordatae, subcompressae, apice emarginatae. Superficies imprimis caulis, pedunculorum pubescenti-tomentosa. Schrad l. c. Leopoli in pratis humidis, ut versus meridiem et ortum stagni prope Sknilowka, infra Krzywczyce, Lelechowka. Circa Zaleszczyki D. F. Floret Junio — Augusto.

16. *V. foliosa* foliis ternis quaternisque ovatis, vel ovato-lanceolatis subserratis, serraturis inaequalibus. SCHRAD. WALDST. et KIT. *Pl. rur. Hung. II. p. 106, t. 102.*

Exemplar mihi a Dno D. Friedlaender communicatum folia lanceolata acuta exhibit. Racemi erecti sunt, quandoque flexuosi, elongati, laxi; floribus caeruleis aut violaceo-caerulescentibus. Bractee lanceolatae (obtusiusculae) pedicellis floriferis duplo, fructiferis triplo fere minores. Calyx quadrifidus, laciniis oblongo-ovatis obtusis: duabus paullo majoribus. (Capsulae calyce majores, subrotundae, subcompressae, leviter emarginatae. SCHRAD. *l. c.*) In Saxonia ad Potocz DF. Floret Junio, Julio.

17. *V. serpyllifolia* foliis oppositis ovatis subcrenatis, caule adscendente. SCHRAD. *Curt. fasc. 1. t. 3. Flor. Dan. t. 492.* WILLD. *sp. pl.* —

Variat 1. foliis ovato-subrotundis et 2. in humidis caulibus erectioribus et foliis ellipticis. Flores caerulescentes striis purpureis superne picti. In arvis, sylvis, humidis, ad vias. Floret Majo. Junio. *)

** Flores axillares.

† Pedunculi elongati floribus racemosis.

18. *V. scutellata* (racemis alternis) foliis lineari-lanceolatis (remote) denticulatis, calycibus quadripartitis, caule erectiusculo. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 3. Flor. Dan. t. 209.*

*) Hue posset locari *V. arvensis*, quae simili gaudet inflorescentia.

Flores caerulescentes parvi, venis saturatoribus picti. Leopoli in humidis versus Bogdanowka. In uliginosis, paludosis inter Nawaria et Sknilow. Cracoviae versus Lobzów Floret Julio, — Augusto.

19. *V. Anagallis* foliis (sessilibus) lanceolatis serratis, calycibus quadripartitis, caule erecto. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 2. Flor. Dan. t. 903.*

Folia semiamplexicaulia, saepe ovato-lanceolata, costis subtus prominentibus. Calycis lacinae ovato-lanceolatae. Flores pallide lilacei venis saturatoribus. In rivulis et fossis. Floret a Junio ad Septembr.

20. *V. Beccabunga* foliis (petiolatis) ellipticis obtusis serrulatis, calycibus quadripartitis, caule inferne radicante. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 3. Flor. Dan. t. 511.*

Caulis ex decumbenti-ascendens. Folia succulenta breviter petiolata, saepe subrotunda. Calycis lacinae oblongae. Flores caerulei, medio albi. Ad Scaturigines, in rivulis-fossis. Floret Majo — Augusto.

21. *V. officinalis* foliis obovatis vel ovato-subrotundis serratis, calycibus quadripartitis, caule inferne radicante. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 1. Flor. Dan. t. 248.*

Omnes partes plantae, excepta corolla, villosiusculae. Corolla pallide caerulea, ve-

nis saturatoribus picta. In nemerosis et ericetis. Floret aestate.

22. *V. montana* (racemis elongatis paucifloris filiformibus,) foliis petiolatis cordato-ovatis serratis, calycibus quadripartitis. SCHRAD. WILLD. JACQ. *Austr. t. 109. Curt. fasc. 4. t. 2. Flor. Dan. t. 1201.*

Folia subtus purpurascens. Calycum laciniae inaequales ovatae. Flores pallidissime caeruleascentes, venis purpurascensibus. Capsulae maximae orbiculatae emarginatae. In sylva prope Stareziol et Uszkowice Circ. Brzezany; inter Labowa et Krynica. Floret Majo, Junio.

23. *V. Chamaedrys* foliis sessilibus inciso-serratis; summis cordato-ovatis, calycibus quadripartitis, caule bifariam piloso. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 2. Flor. Dan. t. 448.*

Bractae in solo pinguiori sunt pedunculo longiores, ovato lanceolatae basi utrinque denticulo auctae aut obovatae. Flores speciosi, laete caerulei. In pascuis, pomariis et ad sepes. Floret Majo, Junio.

24. *V. urticaefolia* foliis sessilibus cordato-ovatis acutis serratis, calycibus quadripartitis, caule stricto. SCHRAD. WILLD. JACQ. *Austr. t. 59.*

Flores pallide caeruleascentes vel carnei,

venis saturatoribus, externe tenuissime pubescentes. Pedicelli bractea duplo longiores. Variat in solo pinguiori caule paniculato et calycibus quinquepartitis, lacinia quinta minima. In montibus Carpathicis versus Bucovinam. DZK. et DF. Floret Majo. Junio.

25. *latifolia* (racemis longissimis) foliis sessilibus subcordato-ovatis obtusis serratis, calycibus quinquepartitis, caule adscendente. SCHRAD. WILLD. *V. Pseudochamaedrys* JACQ. *Austr. t. 60.*

Serraturae foliorum obtusae. Flores speciosi caerulei, Var β minor, foliis ovatis. Calyces quandoque nudi. Flores caeruleo-violacei. Ad margines sylvarum in fruticetis, sepius. β Cracoviae in fruticosis supra Zwierzyniec. In valle Oycow. Floret Junio, Julio.

26. *V. dentata* racemis lateralibus oppositis, foliis lanceolato-linearibus, sessilibus, dentatis, acuminatis POHL. in HOPPE *Taschenb. 1807. p. 69.*

V. foliis oratis vel oblongo-lanceolatis acutiusculis remotae serratis, calycibus quinquepartitis caulis ascendente. SCHRAD.

Differt a praecedenti praecipue: serraturis foliorum acutis, baseos elongatis, foliis linearibus integerrimis in caule supra ramos elongato, calycibus, subquinquepartitis et floribus exsiccatione in rubescentem colorem abeuntibus, cum *V. latifolia* et

var. β laete caeruleum conservant. Flores caerulei. Variat foliis ovato-lanceolatis, quae facile a var. β . praecedentis foliis basin versus attenuatis est distinguenda, cum illi sunt folia sessilia, basi rotundata: *) Circa Zaleszczyki DF. Leopoli in apricis collibus inter vias versus Winniki et Steinernen Wirthshause sitorum. In collibus sylvae inter Lelechowka et Stawki. In vallis Oycow saxosis cum varietate rara. Floret Junio.

27. *V. prostrata* foliis sessilibus oblongis obtusis serratis, calycibus quinquepartitis, caule florifero adscendente. SCHRAD. WILLD.

A. *V. latifolia* differt praecipue caulibus procumbentibus, pube densiori vestitis, foliis inferioribus oblongo-obovatis breviter petiolatis; a *V. dentata* autem serraturis parvis approximatis et aliis. Flores laete caerulei, exsiccatione color mutatur in pallide lilaceo-rubellum. Variat foliis superioribus cordato-ovatis, quae teste D. F. fragrans est et herbam Ocyimi Basilici, quamquam debile, redolet. In collibus apricis circa Zaleszczyki. Var. ad Czawa DF. In montibus Carpathicis DZK. Floret Majo, Junio.

*) Calyces quadripartiti plantae spontaneae cultura in quinquepartitos transeunt asserente D. Schott: Calycis foliolum quintum semper praesens quidem, at ob minutiam neglectum, cultura majus fit.

28. *V. austriaca* foliis linearibus pinnatifidis, bipinnatifidisve, calycibus quinquepartitis, caule erectiusculo. SCHRAD. JACQ. Austr. t. 329.

Var. α *V. racemis* lateralibus, foliis lineari-lanceolatis pinnato-dentatis Linn. *sp. pl. Ed. alt. Holm. p. 17. Jacq l. c. fig. 5. Moris. Hist. 2. sect. 3. t. 23. f. 17.*

Var. β . *V. foliis* pilosiusculis linearibus pinnatifidis laciniis infimis longioribus divaricatis (divisis), calycibus pilosiusculis, pedunculis bractea brevioribus. Willd. Jacq. *l. c. f. 1. 2. 3. et 4.*

Planta haec valdopere variat. Caulis tomento albo tectus est e pilis raris albis crispatis, quod aut densius aut rarius breviusve est, nunquam tamen pilos adpressos, ut Cl. Willdenow vult, vidi. Folia soli pinguioris, pinnatifida, laciniis linearibus: infimis lacinato-pinnatifidis divaricatis; ramea vero et soli asperioris oblongo-lanceolata, pinnatifido-dentata. Margo semper est revolutus cum costa subtu prominente magis minusve pilosiusculus. Pedicelli infimi solum bractea breviores sunt; reliqui eadem longiores. Calycis lacinae pilosiusculae. Etiam si calyx glaberrimus asserente Cl. Smithio *V. multifidae* singularis character sit; tamen et in nostrae Veronicae specimine talem vidi, quod caeterum a reliquis nequaquam discrepuit. Corolla pallide caerulea, profundius striata. Floret Majo, Junio in apricis circa Zaleszczyki DF. In montibus carpathicis DZK.

†† *Pedunculis unifloris.*

29. *V. arvensis* floribus subsessilibus, foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis: floralibus sessilibus pedunculo longioribus, capsula obcordata compressa. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 2.* HAYNE *Choix des plantes. Tom. 4. t. 89.*

Caules pro ratione soli procumbenti-ascendentes vel erecti. Bracteae patentissimae. Flores parvi caerulei. Habitat in arvis ruderalis. Floret a Majo ad Julium.

30. *V. agrestis* floribus pedunculatis, foliis petiolatis cordato-ovatis serratis (margine subreflexo), laciniis calycinis ovatis, caule procumbente, (capsula didyma turgida) SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 1. Flor. Dan. t. 449.*

Caulis statim supra basin ramosus, ramis procumbentibus, terctibus, pubescentibus. Pedunculi plerumque foliis longiores; fructiferi reflexi. Corolla laete cyanea venis saturatioribus. Variat foliis firmioribus lucidis corollaque alba. In arvis ruderalis; varietas Cracoviae in arvis circa S. Bronislawam, rara. Floret a primo vere in serum autumnum.

31. *V. filiformis* floribus pedunculatis, foliis petiolatis cordato-ovatis dentato-serratis planis, laciniis calycinis ovato-lanceolatis, capsula obcordata compressa B, WILLD?

Simillima *V. agresti*, a qua, dum floret, difficulter characteribus positivis distinguitur. Differt magnitudine omnium partium multo majori; hujus enim rami pedales et ultra, undequaquam procumbunt; pilositate majori caulibus; foliis planis dentibus acutioribus; pedunculis foliis duplo longioribus; fructiferis cernuis magis elongatis, stylis habita proportione ad capsulam multo longioribus quam in *V. agresti* et capsula obcordato-subtriangula turgida compressa; hinc carinata. Flores ut in praecedente tantum quadruplo majores. Calycis lacinae tempore antheseos lanceolatae, fructuum ovatae. Variat foliis flavos triatis.

Valdopere dubito nostram plantam esse eandem cum *V. filiformi* Smithii ex iis, quae Willdenowius de hac adducit. Cl. Vahl dicit: „Pedunculi foliis tri-quadruplo longiores. Corollae lacinae oblongae.“ Praeterea rimata affinitas cum *V. hederifolia*, quacum nostra planta nullam habet; forma foliorum et numerus serraturarum. Omnia haec me convincunt, nostram et in Austria crescentem plantam propriam esse speciem. Colitur eadem planta in horto bot. hujati ex horto paisino obtenta. Ad vias, in ruderalis, arvisque Leopoli, Cracoviae; copiose in vallis Oycow arvis. Floret Aprili, Majo, Junio.

32. *V. hederifolia* floribus pedunculatis, foliis petiolatis quinquelobis, summis trilobis; laciniis calycinis cordatis, caule procum-

bente. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 1. Flor. Dan. t. 428.*

Praecedenti affinis, foliis autem reniformi-cordatis, quinquelobis, lobo terminali majori, planis, pilosiusculis, subcarnosis, calycibusque fructus tetragonis abunde distincta. Corolla parva lilacea venis rubris picta, raro alba. In arvis, et ruderatis Cracoviae frequentissima. Floret a Martio in Junium usque.

33. *V. triphyllos* floribus pedunculatis, foliis digitato-partitis; summis tripartitis, pedunculis calyce longioribus, caule erectiusculo. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 2. Flor. Dan. t. 627.*

Caulis plerumque ramosus, ramis divaricato-patulis. Lacinae foliorum oblongo-obovatae. Flores parvi profunde caerulei. In agris arvis, ruderatis, cultisque frequens Cracoviae. Leopoli rarior in arvis supra Cemeniterium Judeorum. Floret Martio — Majo.

34. *V. verna* floribus subsessilibus, foliis digitato-partitis; summis indivisis, pedunculis calyce brevioribus, caule stricto. WILLD. *Flor. Dan. t. 252.*

Caulis adscendens pubescens, pilis incurvis. Rami, si adsunt, stricti e caulis parte superiori. Folia utrinque viridia, inferiora lanceolata dentata: superiora partita, laciniis lanceolatis integris, media latiore, longioreque; floralia infima basi utrinque uniden-

tata: superiora integerrima patentia. Corolla azurea minima. Capsula orbiculata, profunde emarginata compressa. Bractee, calyces ac capsulae glanduloso-pilosiusculae. Talis Cracoviae in horto Lobzow et in montis Monasterii Bielany arenosis.

Varietatem foliis superioribus multipartitis, laciniis infimis incisus, ut folium fere *V. austriacae* referant, legit Leopoli Prof. Schiwerek; inter Wola Duchacka et Piaski Circ. Bochnoprope Cracoviam copiosam in arenosis humidiusculis ipsemet vidi. Floret Majo et initio Junii.

VIII. GRATIOLA Linne.

35. *G. officinalis* foliis lanceolatis serratis, floribus pedunculatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 363.*

Caules ascendentes basi radicantes. Folia opposita. Flores pallide rosei. In humidis prope Sokal Circ. Zolkiew. D. Pharmacop. Chodorowicz. In monte prope Jaslo Circ. ejusdem nominis D. Pharmac. de Hibl. Cracoviae circa Bronislaw. E. C. Floret Junio.

IX. LYCOPUS Linne.

36. *L. europaeus* foliis profunde serratis SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 2.*

Caulis erectus tetragonus, foliis oppositis, floribus albis verticillatis minutis. In fossis, uliginosis. Floret Julio, Aug.

X. SALVIA Linne.

37. *S. sylvestris* foliis subcordato-oblongis crenatis, bracteis coloratis calycem aequantibus SCHRAD. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 212.

Spicae verticillatae, ante anthesin exacte tetragonae. Flores caeruleo-violacei. Ad viam inter Brzezany et Naraow Circ. prioris nominis. In pago Laszki prope Leopoliu ad viam. Floret Junio Julio.

38. *S. pratensis* foliis cordato-oblongis, crenato-incisis, bracteis calyce minoribus, corollae galea viscosa labio inferiori longiori. SCHRAD. WILLD.

Flores speciosi caeruleo-violacei, seni in quolibet verticillo; galea magna arcuata connivens, apice bifido, glanduloso-viscosa; labio inferiori concavo profunde exciso, lateribus adscendentibus; lateralibus margine reflexis. Bractee cordato-acuminatae margine et subtus glanduloso-pubescentes. Variat labii inferioris lobo medio pallido. In pratis, ad vias, margines sylvarum. Floret Junio — Aug.

39. *S. verticillata* foliis hastato-cordatis rugosis crenato-dentatis, verticillis multifloris subsecundis, stylo corollae labio inferiori incumbente. B. WILLD.

Foliorum inferiorum petioli augentur saepe pari foliolorum. Flores circiter 20 in singulo verticillo. Flores parvi pallide caeru-

lei. In pratis, sepibus ad vias. Floret Julio — Sept.

40. *S. glutinosa* foliis cordato-sagittatis acuminatis serratis, calycis labio superiori integro. SCHRAD. WILLD.

Folia quandoque subhastata. Caulis fliferus cernuus. Flores speciosi flavii verticillis sexfloris. In sepibus et fruticetis; Leopoli penes hortum Jaculatorium; prope fontem martialem Dni Kratter; prope Izdebnik Circ. Myslenic; circa Duklan. E. C. Floret Jul. Aug.

41. *S. pendula* foliis oblongo-cordatis; caule simplicissimo sub-aphyllo; racemis florentibus pendulis. (*S. nutans*) WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I.* p. 63. t. 62. VAHL *Enum. pl.* p. 137. *S. nutans* var. β Pers. *syn.*

Folia subtus pubescenti-tomentosa, reticulato-venosa, bicrenata, caulina unum aut duo paria, minima. Caulis obtuse tetragonus. Calyces canescentes. Flores caeruleo-violacei.

A. *S. nutante* Linnei, caule non tereti, foliis basi non excisis aliisque distincta. Circa Zaleszczyki DF.

Digynia.

XIII. ANTHOXANTHUM Linne.

42. *A. odoratum* panicula spicata, cylindracea. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 1. t.*

4. SCHREBER *Gram. t. 5.* HOST. *gram. I.* p. 5. t. 5.

Culmi caespitosi, foliis brevibus planis acuminatis laete viridibus. Antherae aureae. Siccatum gratum spargit odorem. In pratis, pascuis montanis, sylvaticis. Floret Majo, Junio, saepe secunda vice Aug. Sept.

TRIANDRIA.

Monogynia.

* *Flores superi.*

XIV. VALERIANA. Cal. nullus (nisi margo involutus germen coronans et permatritem in pappum resolubilis) Cor. monopetala, quinquefida, basi hinc gibba. Semen unicum pappo plumoso coronatum. SCHRAD.

XV. FEDIA. Cal. tri-sexdentatus Cor. monopetala, quinquefida, basi hinc gibba, supera. Nux calyce persistente coronata, bi-trilocularis, loculo uno alterove sterili SCHRAD.

XVI. GLADIOLUS. Cor. infundibuliformis, limbo inaequali bilabiato; supra tripartito connivente; infra tripartito patente. Stamina sub labio superiori latentia. Stigma trifidum. *Juss. gen. pl.*

XVII. IRIS. Cor. sexpartita: laciniis alternis reflexis. Stigmata petaliformia. SCHRAD.

* *Asperula tinctoria. Valantia cruciata. Empetrum nigrum ex Jacq.*

** *Flores inferi.*

XVIII. POLYCNEMUM. Cal. pentaphyllus inferus (bi-tribracteatus). Cor. nulla Utriculus monospermus. SCHRAD.

*** *Flores inferi glumacei.*

XIX. CYPERUS. Cal. glumae univalves, uniflorae, distiche imbricatae: duabus exterioribus saepe sterilibus. Cor. nulla. Sem. nudum. SCHRAD.

XX. SCIRPUS. Cal. glumae univalves, uniflorae, undique imbricatae: exteriorum saepe una alterave sterili. Cor. nulla. Nux nuda, vel setis cincta. SCHRAD.

XXI. ERIOPHORUM. Cal. glumae univalves, uniflorae, undique imbricatae. Cor. nulla. Nux lana longissima cincta. SCHRAD.

XXII. NARDUS. Cal. nullus. Cor. bivalvis. WILLD.

* *Alopecurus pratensis ob stylos connatos. Juncus conglomeratus, effusus, uliginosus. Amaranthi nonnulli.*

Digynia.

† *Calyces uniflori.*

* *hermaphroditi.*

α *corolla univalvi*

XXIII. ALOPECURUS. Cal. valvae

subaequales, acutae, basi connatae. Cor. glumacea. SCHRAD.

— β corolla bivalvi.

XXIV. SYNTHESISMA. Cal. trivalvis, valvis corollae appressis, inaequalibus: tertia minima. Cor. valva exteriori convexa, anteriorem planiusculam amplectente. Sem. corticatum. SCHRAD.

XXV. PHALARIS. Cal. bivalvis, valvis, subaequalibus, corollam duplicem includentibus. Sem. corolla interiori corticatum. SCHRAD.

XXVI. PHLEUM. Cal. bivalvis, valvis subaequalibus mucronato-subaristatis, corollam simplicem muticam includentibus. Sem. liberum. SCHRAD.

XXVII. MILIUM. Cal. bivalvis, valvis ventricosis muticis, corollam includentibus. Sem. corticatum. SCHRAD.

XXVIII. AGROSTIS. Cal. bivalvis, valvis compressis, muticis. Cor. calyce minor, basi obsolete pilosa. Sem. liberum. SCHRAD.

XXIX. CALAMAGROSTIS. Cal. bivalvis, valvulis acutis muticis. Cor. bivalvis basi pilis cincta, mutica aut valv. exter. ari-

stata. Sem. oblongum corolla tectum. Flor. d. Wett.

XXX. STIPA. Cal. bivalvis. Cor. aristata terminali, longissima, basi articulata. SCHRAD.

XXXI. LEERSIA. Cal. nullus. Cor. clausa. SCHRAD.

* *Melica ciliata. Aira aquatica.*

** *polygami.*

XXXII. ANDROPOGON. Cal. oppositus, bivalvis. Cor. bivalvis aristata. Flor. masculi pedunculati, solitarii v. gemini, singulis hermaphroditis adstantes. SCHRAD.

XXXIII. HORDEUM. Cal. lateralis bivalvis, ternus: flosculo intermedio hermaphrodito: lateralibus masculis s. neutris. Cor. bivalvis aristata. SCHRAD.

†† *Calyces biflori.*

* *hermaphroditi.*

XXXIV. AIRA. Cal. bivalvis, inaequalis. Cor. supra basin aristata, rarius mutica. Flosculi absque interjecto rudimento. SCHRAD.

XXXV. MELICA. Cal. bivalvis, cum rudimento tertii flosculi. Cor. mutica. SCHRAD.

* *Sesleria caerulea. Poa nemoralis. Kohleria cristata.*

** *polygami.*

XXXVI. HOCUS. Cal. bivalvis. Cor. masculi (saepius) arista dorsali. Sem. liberum v. corollae membranaceae adnatum. SCHRAD.

XXXVII. PANICUM. Cal. bivalvis. Cor. mutica v. apice aristata. Sem. corolla cartilaginea corticatum. SCHRAD.

††† *Calyces multiflori.*

(*Flosculi omnes hermaphroditi v. flosculus terminalis s. ultimus tantum masculus v. neuter.*)

* *Calyce univalvi.*

XXXVIII. LOLIUM. Cal. lateralis fixus. SCHRAD.

** *Calyce bivalvi.*

XXXIX. SESLERIA. Cal. bi-triflorus compressus acutiusculus subaristatus. Cor. apice aristata, aristas variis. SCHRAD.

XL. KOEHLERIA. Cal. compresso-carinatus. Cor. bivalvi brevi aristata, glumis nervosis *Pers. syn. 1. p. 97.*

XLI. POA. Cor. valvis subovatis, acutiusculis, muticis (spiculae saepe ovatae: valvulis margine scariosis.) SCHRAD.

XLII. BRIZA. Cor. ventricosa; valvis cordatis obtusis SCHRAD.

XLIII. DACTYLIS. Cal. oppositus, val-

va majori hinc convexa latiori, inde depressa angustiori. Cor. valvae lanceolatae muticae. SCHRAD.

XLIV. FESTUCA. Cal. oppositus, solitarius inaequalis - Cor. - valvae lanceolatae; exteriori acuminata, mutica vel in aristam attenuata. SCHRAD.

XLV. TRITICUM. Cal. oppositus, solitarius, subaequalis. Cor. valvae lanceolatae: exteriori mutica v. in aristam attenuata. SCHRAD.

XLVI. BROMUS. Cor. valvae lanceolatae: exteriori sub apice aristata. SCHRAD.

XLVII. AVENA. Cor. valvae lanceolatae: exteriori dorso aristata. SCHRAD.

XLVIII. CYNOSURUS. Cal. 2 - 5 florus, involucreo disticho glumaceo stipatus. Cor. valvae lineari-lanceolatae: exteriori mutica vel apice aristata. SCHRAD.

XLIX. ARUNDO. Cal. bivalvis, valvulis aequalibus, multiflorus. Cor. bivalvis, valvula exter. basi pilosa. Spiculis lanceolatis acutis. Sem. corolla tectum. *Fl. d. Wett.*

* *Aira aquatica.*

Trigynia.

L. HOLOSTEUM. Cal. pentaphyllus:

Pet. 5. Caps. unilocularis apice sexvalvis, polysperma. SCHRAD.

* *Stellaria media.*

Enneagynia.

Empetrum nigrum ex Jacq.

TRIANDRIA.

Monogynia.

XIV. *Valeriana* Gärtner.

43. *V. dioica* floribus triandris (sub) dioicis, foliis pinnatifidis venosis, inferioribus ovatis integerrimis. *Pers. Syn. Willd.*

Merito *V. polygama* ob florum sexum, nominaretur Flores sic dicti masculi gaudentes stylo parvo, cum stigmate simplici et germine fertili formant corymbum sat laxum. Totam plantam habitus procerioris, Flores faeminei triplo minores, cum stigmate trifido in corymbum conglobatum coarctati sunt. Flores carnei aut purpurascens. Leopoli in pratis humidis infra Krzywczyce; circa Bogdanowkam et Cracoviae in horto Nosocomii ad S. Lazarum. Floret Majo.

44. *V. officinalis*, floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Willd.*

Variat foliis ramisque corymbi oppositis, ternis, quaternisque. Folia superiora subinde pinnatifida. Flores albido-incarnati.

Var. 2. Foliola lanceolata dentata. *Curt. fasc. 6. t. 3.*

β.

β. Foliola linearia integerrima. Prior in pratis humidis, posterior in collibus siccis. Floret Junio, Julio.

45. *V. tripteris* floribus triandris, foliis radicalibus cordatis, caulinis (sub)ternatis. *SCHRAD. Willd. Jacq. austr. t. 268.*

Folia dentata. Variat foliis caulinis 1. foliolis ovato-lanceolatis subaequalibus 2. foliolo intermedio ovato-elliptico lateralibus ovatis plus quadruplo majori et 3. foliolis quinis. Stamina corollae longiora. Flores pallide carnei. In montibus carpathicis DZK. Ibidem var. 2. DF. In parte septentrionali montis Babia Góra. In rupibus umbrosis vallis Oycow cum var. 3. valde frequens. Floret Majo, Junio

XV. FEDIA, Gaertner.

46. *F. olitoria* fructu obsolete tridentato, caule glabriusculo. *SCHRAD. Valeriana olitoria Willd. Curt. fasc. 5. t. 4.*

Caulis dichotomus. Folia (lineari-lingulata) inferiora integerrima, superiora basin versus saepe dentata. Flores caeruleascentes. Fructus subrotundo-ovatus, subcompressus, utrinque costis binis exaratus, calyce parvo oblique-truncato et obsolete inaequaliter tridentato terminatus. *SCHRAD. l. c.* In arvis et cultis. Floret Aprili, Majo.

47. *F. dentata*, fructu tri-sexdentato, caule scabro. *SCHRAD. Valeriana dentata. Willd. Flor. Dan. t. 738.*

C

Similis priori, at habitus procerioris. Caulis aequae ac folia scaber. Flores carneo-caerulescentes. Fructus ovatus acutiusculus; hinc convexus costa, unica tenui; inde planiusculus, costis quinque elatioribus notatus et calyce oblique truncato 2 — 6 dentato coronatus. Nomen a foliis superioribus plerumque basi dentatis.

Variat foliis omnibus, integerrimis. In arvis cultisque. Floret Junio — Augusto.

XVIII. POLYCNEMUM. Linne.

48. *P. arvense* foliis subulatis, caule erecto. SCHRAD. WILLD. JACQ. austr. t. 365. Plantula 2 — 4 pollicaris, ramosa, ramis patentibus. Folia alterna. Flores axillares. In arvis, locis sterilibus Leopoli P. Schk. a. libi. DZK.

XIX. GLADIOLUS. Tournef.

49. *G. communis*, corolla subringente (lacinias lateralibus superioribus conniventibus), tribus inferioribus aequilongis, lateralibus obtusis, spathis tubo longioribus, floribus secundis, foliis ensiformibus nervosis. SCHULTES. SCOP. fl. car. n. 48. HALLER. helv. n. 1261. WILLD.

Bulbus depressus tantum post anthesin duplicatus. Scapus 2 pedalis et ultra. Folia disticha, linearia, obtusa, nervosa, basi vaginantia. Flores spicati, alterni, secundi, cernui. Spatha diphylla, foliolis valde inaequalibus, basi margine lato albo membranaceo.

Corollae tubus illis brevior curvatus; laciniae superiores majores, laterales mediae incumbentes, conniventes; laterales inferiores lanceolato-obovatae obtusiusculae mediae aequilongae. Color idem, qui sequentis. Circa Tyneae. Floret Junio. *)

50. *Gl. galiciensis* corolla subringente (lacinias lateralibus superioribus patentibus), tribus inferioribus inaequalibus, duabus lateralibus exterioribus obtusissimis mucronatis brevioribus, spathis tubo longioribus, floribus secundis, foliis ensiformibus nervosis. SCHULTES.

Gladiolo communi simillimus est; prius pro illo quoque eum habui, donec utrumque in horto botanico cultum vidi.

D. Polaczek utrumque in hortum transplantavit ibique per plures jam annos coluit. Tempus florendi diversum praeprimis observavit. Ulteriori scrutamini subjectus, sequentes exhibuit characteres.

Habitus idem eum *Gl. communi*; bulbus autem dimidio minor, ovatus, semper dupli-

*) In Synopsi Fl. Gall. dicitur de Gladiolo communi eum *in arvis* occurrere. Ex denominatione *Gl. segutum* Gawl. in Curt. mag. t. 719 idem sequi videtur. Anne distinctus a nostris, qui constanter in pratis, dumetisque humidis obveniunt? —

catus, inferiore depresso, scapus humilior sesqui-bipedalis; folia breviora angustiora; corollae lacinae laterales superiores parte antica et superiori patentes; hinc referunt corollam ringentem labio inferiori quinquepartito reflexo: lacinae laterales inferiores late spathulatae, obtusissimae cum mucrone, intermedia breviores. Spathae foliola minus inaequalia ac praecedentis, virida aut fusco-viridescenti-purpurea. Flores sunt quoque laete purpurei rarissime albi, lacinae laterales inferiores simili macula lanceolata sanguinea medio alba sunt ornatae. Floret tribus hebdomadibus serius ineunte Julio. Habitat Leopoli in pratis herbidis infra Krzywcyce; in fruticosis extra fontem martialem Dni Kratter; circa Zychow. Cracoviae in pratis versus Mogyla; in fruticosis versus Wola.

XVII. IRIS. Linne.

* *Laciniis corollae reflexis, superne barbatis.*

51. *I. pumila* foliis ensiformibus longioribus scapo unifloro, tubo exserto, petalis oblongis obtusis. WILLD. JACQ. *austr. t. 1.* Flores caerulei. In montibus carpathicis DZK. Floret Aprili, Majo.

** *Laciniis corollae refl. imberbibus.*

52. *I. Pseud-Acorus* foliis ensiformibus, corollae laciniis interioribus stigmatibus minoribus, germinibus trigonis. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 4. Flor. Dan. t. 194.*

Flores flavi, lacinae reflexae macula fusca. In paludosis, fossis. Floret Majo, Junio.

53. *I. sibirica* foliis linearibus, scapo subtrifloro tereti, germinibus trigonis. WILLD. JACQ. *austr. t. 3.*

Lacinae reflexae versus basin flavo-brunnescentes aut albae, venis purpureis; erectae cum stigmatibus purpureo-caeruleae. In pratis uliginosis inter Krzywcyce et Kamienopol. Cracoviae P. Floret Majo, Junio.

54. *I. graminea* foliis linearibus, scapo subbifloro ancipiti, germinibus hexagonis. WILLD. JACQ. *austr. t. 2.*

Lacinae reflexae purpurascens, apice caeruleis venis variegatae; stigmata purpurascens incumbens; lacinae erectae caeruleae. In herbis montium carpathicorum. DZK. Floret Majo.

XIX. CYPERUS. Linne.

Cal. glumae univalves, uniflorae, distiche in spiculas compressas imbricatae; duabus exterioribus saepe sterilibus. Cor. nulla. Sem. nudum. SCHRAD.

55. *C. flavescens* umbella subcomposita triphylla, spiculis lanceolatis, glumis obtusis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III. p. 48. t. 72.*

Culmi 2 — 5 pollicares caespitosi triquetri. Involucra foliis similia 3, raro 4, inaequalia. Spiculae fasciculatae pedunculatae sessilibus intermixtae; juniores viridescenti-flavae, adultiores flavescenti - spadiceae. In ericetis inter Sknilow et Nawaria; in uliginosis fruticosis prope Lelechowka. Floret Junio — Augusto.

56. *C. fuscus* umbella composita triphylla, spiculis lineari-lanceolatis, glumis acutiusculis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III.* p. 49. t. 73.

A priori facile distinguendus spiculis fasciculatis pedunculatis subcorymbosis, squamis e fusco-purpureis, nervo carinali lato viridi. Adultiores nigrescunt fere. Leopoli in humidis vallis retro Cettnerowka. In pascuis humidis versus Cholosko. Floret Junio, Julio.

XX. SCIRPUS. Linne.

Cal. glumae univalves uniflorae in spicam vel spiculas undique imbricatae, exteriorum una alterave saepe sterili. Cor. nulla. Nux unilocularis nuda vel setis e receptaculo ortis, obvallato. SCHRAD.

† *Spica unica.*

* *Simplici.*

57. *Sc. palustris*, radice repente, culmo subtereti, vaginis aphyllis, spica nuda, glu-

mis acutiusculis; stigmatibus duobus. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III.* p. 38. t. 55.

Culmi subcompressi, altitudine variant a tripollicaribus ad sesquipedales. Spica lanceolata. Glumae duae infimae quandoque unica tantum, caeteris brevior, obtusissima, dorso viridis, margine fusco scarioso, steriles. Reliquae oblongae; superiores acutiusculae, fusco-purpureae, margine scarioso dilutiori, nervo viridi dorsali. Setae 4 nucem obvallant. In pratis humidis minor, in paludibus major. Floret Majo — Augusto.

58. *Sc. ovatus* radice fibrosa, culmo subcompresso, vaginis aphyllis, spica nuda, glumis obtusis, stigmatibus duobus. SCHRAD. WILLD.

Culmi caespitosi, vagina truncata viridi; subcompressi, leviter striati, sub spica coarctati. Spica multiflora ovata, nuda. Glumae infimae quandoque steriles, fusco ferrugineae, margine tenui dilutiori, nervo dorsali viridi; infimae magis virides. Stamina 3, saepius 2. Receptaculi setae 6 nuce longiores. In inundatis inter Sknilow et Nawaria. Floret Julio.

59. *Sc. acicularis*, culmo quadrangulo, vaginis aphyllis, spica nuda. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III.* p. 41. t. 60. *Flor. Dan.* t. 287.

Culmi caespitosi, setacei, 2 — 3 pollicares. Spica exigua terminalis ovata acuta.

Glumae ovatae nitidae fusco-purpureae, nervo carinali viridi notatae, margine dilutiores; duae infimae pallide spadiceo-viridescens; hinc bivalvis videtur. Stigmata tria. Setae plerumque nullae. In inundatis, paludosis Leopoli et Cracoviae. Jaroslaviae ad fluvium San. Floret Junio, Augusto.

** *Spica composita.*

60. *Sc. caricinus* culmo teretiusculo, vaginis foliiferis, spica disticha, spiculis multifloris, foliis canaliculatis, carinatis. SCHRAD. *Sc. Caricis* WILLD. *Host. gram. III. p. 39. t. 57.*

Habitus Caricis. Culmi bi-decempollicares, tereti-compressi, laeves, apicem versus trigoni et scabriusculi. Folia planiuscula, canaliculata, apicem versus carinata, margine et carina scabra. Involucrum basi ovatum, ad latera spadiceum nitidum foliolo-subulato, longitudine admodum variante, terminatum; ideo in diagnosi omisi illud esse spica longius. Glumae lanceolatae acutae, nitidae spadiceo-ferrugineae, margine dilutiores, nervo dorsali pallido; infimae steriles. In turfosis pascuis, humidis. Floret Junio — Augusto.

†† *Spiculis pluribus.*

61. *Sc. lacustris* culmo tereti, vaginis inferioribus in folium breve desinentibus, cyma terminali decomposita, involucreo diphylo suffulta. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III. p. 41. t. 61.*

Culmi teretes, pro maxima parte nudi, apicem versus attenuati, 6 — 12 pedales. Involucrum universale diphyllum, foliolis acuminatis, canaliculatis, margine ad basin membranaceum, partiale constituit squama ferruginea. Spiculae ferrugineae ovatae in pedunculis solitariae, geminae, ternaeve. Nux obovato-trigona, mucronata, albida. Setae receptaculi sex, flexuosae. In lacubus, stagnis, aquis lente fluentibus. Floret Junio — Julio.

62. *Sc. maritimus* culmo triquetro, vaginis foliiferis, spiculis terminalibus fasciculatis pedunculatis, sessilibusque, involucreo polyphyllo cinctis; glumis subtridentatis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III. p. 45. t. 67.*

Radicem non vidi. Culmi 2 — 4 pedales. Involucrum 2 — 4 phyllum, foliis simile, inaequale. Spiculae oblongo-ovatae in fasciculos plures sessiles aut pedunculatos congestae. Glumae ferrugineae apice tridentatae, dente medio longiori aristaeformi reflexo. In fossis aquarum Cracoviae penes hortum botanicum; in Mogila. Floret Junio, Julio.

63. *Sc. sylvaticus* culmo trigono folioso, cyma terminali supradecomposita, involucreo polyphyllo cincta, spiculis ovatis, glumis mucronatis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. III. p. 46. t. 68. Flor. Dan. t. 307.*

Radix repens. Culmi sesqui-bipedales. Spiculae atrovirides in pedunculis elongatis congestae. Caute distinguendus a *S. radicante* Ehrh. illo simillimo, qui differt radice fibrosa, spiculis lanceolatis, et culmis sterilibus defloratisque elongatis apice radican- tibus. In humidis pratis, sylvis ad fossas. Floret Junio, Julio.

XXI. ERIOPHORUM. Linne.

Cal. glumae univalves uniflorae in spi- cam undique imbricatae, exteriorum una al- terave saepe sterili. Cor. nulla. Nux unilo- cularis, lana longissima cincta. SCHRAD.

64. *E. angustifolium* culmis subtrigonis foliis canaliculato-triquetris; pedunculis gla- bris. SCHRAD. WILLD. *Anl. z. Selbstst. E. polypachion. Curt. fasc. 4. t. 9. Host. gram. I. t. 37. f. 5.*

Radix repens. Culmi inferne teretes, superne trigoni. Folia culmum florentem su- perantia, duas lineas circiter lata, triquetra, basi caniculata. Spicae 3 — 6, subpendulae, pedunculi glabri insidentes vaginae termi- nali. Glumae obscure purpureo-fuscae, margine membranaceo dilatiori. Lana spica triplo longior. In pratis humidis. Floret Aprili Majo.

65. *E. latifolium* culmis trigonis, foliis planiusculis apice triquetris, pedunculis sca- bris. SCHRAD. *E. polystachion* WILLD.

Praecedenti valde simile. Radix cras- siuscula fusca, fibras copiosas tenaces emit- tens. Folia 4 — 6 lineas lata, vix articulo caulis longiora. Spicae plures. Glumae vi- ridescenti fuscae, apicem versus obscure lutes- centes. Lana spica duplo circiter longior. Flo- res polygamos dioicos, spiculis nempe foe- mineis separatis, viderunt Cl. Host et alii. Ha- bitat in pratis humidis. Floret Majo.

XXII. NARDUS. Linne.

Cal. nullus. Cor. bivalvis. WILLD.

66. *N. stricta* spica erecta secunda. SCHRAD.

Host. *gram. II. p. 4. t. 4.*

Culmi caespitiosi. Foliorum vaginae ni- tidae. Folia canaliculato-setacea rigida pa- tentia, cum culmis floriferis 3 — 6 unciali- bus, glauca. Flosculi caerulescentes, ante anthesin rachi adpressi, dein plus minus- ve patent. In ericetis siccis humidisve, ne- morosis. Floret Majo, Junio.

Digynia.

XXIV. SYNTHESISMA Walter (Digi- taria Richard.)

Cal. uniflorus, trivalvis, valvulis corol- lae adpressis, inaequalibus, tertia minima. Corollae valvula exteriori convexa, interio- rem planiusculam amplectente. Sem. corolla corticatum. SCHRAD.

67. *S. vulgare* foliis vaginisque subpilo- sis, flosculis oblongis margine (sub)pubes-

centibus. SCHRAD. *Panicum sanguinale*
WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 7. Host. gram. II.*
p. 14. t. 17.

Culmi caespitosi, basi geniculati, primo procumbentes, dein magis erecti. Folia cum vaginis suis laxis pilis horizontalibus punctis elevatis insidentibus adspersa. Spicae terminales digitatae. Rachis compressa flexuosa scabra. Flosculi per paria alterni, altero brevius pedicellato, rachi adpressi. Gluma calycina extima minima trinervis; ipsi opposita quinquenervis, nervis scabris, caeterum glabra in meis specimenibus; tertia huic opposita et margine illius amplexa, tenuior, quae simili ratione ambit corollae glumam majorem cartilagineam maginibus inflexis; interior gluma corollae minuta plana amplexa ab exteriori. Stigmata plumosa sanguinea. Spicae saepe atro sanguineae. In cultis, arenosis. Floret Junio — Augusto.

68. *S. ciliare* foliis vaginisque pilosis, flosculis oblongis ciliatis. SCHRAD. *t. 3. f. 7.*
Panicum ciliare. WILLD.

Habitus praecedentis, sed procerioris, spicis duplo longioribus. Flosculo altero sessili. Gluma calycina minima subnervi, margine pilosiuscula; calycina majore externa quinquenervi, nervis lateralibus ciliatopilosis, mediis scabris. Occurrunt tamen flosculi vix ciliati. Circa Zaleszczyki DF. In cultis Cracoviae. Floret Junio — Septembr.

XXIII. ALOPECURUS. Linne.

Cal. bivalvis, uniflorus, valvulis subaequalibus, basi connatis. Cor. univalvis, basi aristata. Sem. liberum corolla tectum. SCHRAD.

69. *A. pratensis* culmo erecto glabro, panicula subspicata cylindracea, glumis calycinis infra medium connatis acutis villosis. SCHRAD. *Host. gram. II. p. 24. t. 31.*

Radix fibrosa. Culmi sesqui-pedales, bipedalesque erecti, geniculis 4 — 6 constantes, infimis approximatis; teretes laeves. Folia longe vaginata, vaginis laxis striatis; suprema subinflata; lata, plana, acuta, brevia, supra et ad margines scabra, patentia. Ligula brevis truncata. Panicula spiciformis sesqui aut bipollicaris, e viridescenti-argentea. Rachis striata, angulata, cum pedicellis inferioribus ramosis, superioribus simplicibus; pilis brevissimis raris pubescens. Flosculi insident parvo cyatho oblique truncato. Flosculi elliptici antrorsum parum convexi. Glumae calycinae subaequales trinerves, ultra medium connatae, nervis viridibus ciliatovillosis, apicem versus caerulescentes. Gluma corollina illis vix longior, glabra, carina tantum apicem versus villosiuscula, arista flosculo fere duplo longior. Stigmata duo, arista vix una tertia breviora. In pratis humidiusculis Leopoli ad S. Sophiam et circa

Sokolniki, Cracoviae frequens. Floret Majo. —

70. *A. geniculatus* culmo adscendente (geniculato), panicula subspicata cylindræa obtusa, glumis calycinis basi connatis subvillosis, corollaque apice crenulatis. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 6. Host. gram. II. p. 24. t. 32.*

Radix fibrosa. Culmi adscendentes in aqua natantes. Folia linearia-obtusa, in planta natante longissima, breviora extra aquam crescentia. Ligulae inferiores obtusiores. Spicae caerulescentes. Antherae albae; defloratae aurantiacae. In humidis paludosis. Floret a Majo per totam aestatem.

XXXI. LEERSIA Swartz.

Cal. nullus. Cor. bivalvis, clausa. Sem. liberum corolla tectum. SCHRAD.

71. *L. orizoides* panicula diffusa, flosculis triandris, glumis carina ciliatis. WILLD. *Host. gram. I. p. 27. t. 35. Phalaris orizoides. Linn. Krock. n. 87. t. 18.*

Culmi diffusi ramosi. Folia scabra. Panicula pro maxima parte in vagina subventricosa folii suppremi abscondita. Flosculi oblongo-ovati. Leopoli in pratis humidis ad ortum stagni prope Sknilowka. Floret Julio, Augusto.

XXV. PHALARIS Linne.

Cal. bivalvis uniflorus, valvulis subaequalibus, corollam duplicem includentibus. Sem. corolla interiori corticatum. SCHRAD.

73. *Ph. arundinacea* panicula patente glomerata. SCHRAD. *Flor. Dan. t. 259. Host. gram. II. p. 25. t. 33. Arundo colorata. WILLD.*

Culmi 2 — 4 pedales, erecti, firmi, foliosi. Panicula elongata, ovata, acuta, ramosissima. Flosculi glomerati, secundi, ovato-lanceolati, acuti, compressi. Glumae calycinae subaequales ovato-lanceolatae, acutae, nervis tribus scabris percursae, virides totae, vel ex purpureo et viridi variae. Corolla duplex, utraque bivalvis; exterior ex glumis duabus linearibus basi nudis et gibbis, reliqua parte pilis erectis niveis obsessis: interior calyce minor, cartilaginea, nitida: gluma exteriori glumae calycinae conformi, apice bifida, pilis, brevibus inspersa: exteriori angustiori, minus pilosa. SCHRAD. l. c. Leopoli in pratis infra Krzywcyce ad fossam. Cracoviae ad fossas inter Lobzów et Blonie. In Oycow. Floret Junio.

XXVI. PHLEUM Linne.

Cal. bivalvis uniflorus, valvulis subaequalibus, mucronato-subaristatis. Cor. bivalvis mutica calyce inclusa. Sem. liberum, corolla tectum. SCHRAD.

73. *Phl. pratense* racemo spicato cylindraceo, calycibus truncatis mucronato-aristatis carina ciliatis: aristis calyce brevioribus.

SCHRAD. WILLD. Host. gram. III. p. 7.
t. 9.

Radix fibrosa. Culmi erecti. Spica bi-
quadruncialis. Sed et semiunciales et brevio-
res in solo sterili. Calycinae glumae triner-
ves, nervo dorsali viridi subciliato, aristato,
membranaceae albae, superne latiores. Ar-
istae glumis dimidio breviores. Variat spicis
viviparis. In pratis. Floret Junio, Julio, Au-
gusto.

74. *Phl. alpinum* racemo spicato ova-
to-oblongo, calycibus truncatis mucrona-
to-aristatis carina ciliatis, aristis calycem ae-
quantibus. SCHRAD. WILLD. Flor. Dan. t.
210. Host. gram. III. p. 8. t. 10.

Simillimum praecedenti: differt autem
radice subrepente, culmis saepe solitariis et
ad genicula, inprimis inferiora, infractis, va-
ginis superioribus laxis, subinflatis; racemo
breviori ovato vel ovato-oblongo, quandoque
subrotundo, magis hirsuto; flosculis majori-
bus, glumis calycinis longius ciliatis: aristis
glumarum fere longitudine. Spica purpuras-
centi vel violaceo-viridis. In montibus car-
pathicis. DIK. DF.

75. *Phl. Böhmeri* panicula subspicata cy-
lindracea, glumis calycinis lanceolatis obtu-
sis submucronatis scabriusculis. SCHRAD. Pha-
laris phleoides. WILLD. Host. gram. II.
p. 26. t. 34. Flor. Dan. t. 531

Habitu similis *Phl. pratensi*; sed charac-
teribus supra allatis facile distinguendum.
Habitat et floret cum illo.

XXVII. MILIUM. Linne.

Cal. bivalvis, uniflorus, ventricosus. Cor.
bivalvis, calyce inclusa, valvula majori sub a-
pice aristata, rarius mutica. Sem. corolla cor-
ticatum. SCHRAD.

76. *M. effusum*, panicula diffusa, floribus
muticis. SCHRAD. WILLD. Curt. fasc. 4. t.
12. Flor. Dan. t. 243. Host. gram. III. p.
16. t. 22.

Culmi 2 — 4 pedales, erecti, teretes, laeves.
Foliola longa, lineari lanceolata, plana. Ligula
incisa. Panicula magna, pedunculis ramo-
sis, filiformibus, patentissimis. Flosculi palli-
de virides, ovato-lanceolati. In nemorosis et
fruticosis Leopoli in sylva Krzywezyce: Craco-
viae supra Zwierzyniec et in Bielany. Floret
Majo.

XXVIII. AGROSTIS. Linne.

Cal. bivalvis uniflorus compressus. Cor.
bivalvis calyce minor, basi uno alterove pi-
lorum fasciculo stipata, valvula majori aris-
tata vel mutica. Semen liberum rarius corol-
lae adnatum. SCHRAD.

* *Corolla aristata.*

77. *A. spica venti* panicula diffusa, pe-
talo exteriori infra apicem arista longissima

subflexuosa instructo. SCHRAD. WILLD. Host. *gram.* III, p. 32. t. 47. *Flor. Dan.* t. 853.

Culmi 2—3 pedales. Rami paniculae elongati, ramosi capillares, sub flosculis viridescensibus incrassati. Inter segetes inque arvis frequens. Floret Junio, Julio. —

78. *A. alpina* foliis compresso-canaliculatis, panicula florente patula, corollae valvulae exterioris scabra, supra basin aristata, radice perenni. Scop. *flor. carn.* p. 60. WILLD. Host. *gram.* 3. t. 49. *Trichodium alpinum* SCHRAD.

Radix fibrosa. Caespes densus constans plurimis culmis spithamaeis unigeniculatis adscendentibus et foliis rigidis striatis scabriusculis apice subulatis complicatis vaginantibus. Ligula oblonga acuta. Vagina parum ventricosa terminata ligula ochreaeformi inaequaliter fissa et foliolo brevi internodium erectum superius ultra medium ambit. Panicula contracta. Pedunculi apice incrassati, simplices et trichotomi, hispidi, purpurei, flexuosi. Calyx biglumis: glumis inaequalibus lanceolatis acutis carinatis purpureis splendentibus; majori magis acuminata, apicem versus carina scabriuscula, spadicea; minori vero magis diaphana. Corolla basi interne parvum habet penicillum, est bivalvis: valvula exterior minori glumae calycis parum brevior, oblonga, apice truncata, aliquando erosa, trinervia; nervis saepius instar brevium aristarum productis; caeterum albo-diaphana; parum su-

pra basin in dorso aristam gerens scabriusculam, geniculatam, valvula duplo longiorem tortam; altera valvula minima vix germine major, subovata, truncata et diaphana. Antherae totidem flavae. Germinum ovatum. Stigmata subulata, longitudine staminum, hispida. Versus S—W pagi Sokolniki in elevato et fruticoso loco prope Leopolim. Floret Julio.

Ad hanc categoriam varietates α et β speciei sequentis spectant.

** Corolla mutica.

79. *A. vulgaris* (panicula patentissima) ramis laeviusculis, ramulis divergentibus, ligula brevissima truncata. SCHRAD.

Ramuli paniculae subhispidi. Calycis glumae purpureo-violaceae exteriori carina apicem versus serrulata. Corollae membranaeae albidae; gluma major trinervis, apice obtuso tenuissime serrulato, nervo intermedio instar mucronis saepe producto: altera triplo brevior, apice bifida, basi pilorum brevissimorum fasciculus.

Var. α Culmis pedibus et ultra. Schrad. t. 2. f. 3. l. c. flosculis muticis et aristatis mixtis; arista dorsali parum supra basin orta geniculata apicem versus scabriuscula, corolla fere duplo longiore, nervisque glumae majoris lateralibus in aristas breves protractis.

Var. β . Culmi spithamaei. Calycis glumae breviores et latiores; apice spadiceae. Corollae gluma major apice praemorsa cum mucrone uno aut tribus; arista dorsalis parum

supra basin orta, geniculata, calyce longior, Agrosti alpinae valde affinis: foliis autem et ligula sufficienter distincta. Schrad. t. 3. f. 12. In iisdem speciminibus occurrunt flores —

Var. γ . ustilagine corrupti, mutici, semine magno elliptico-subrotundo, stylo persistente. *A. pumila* Willd. et

Var. ϵ vivipari post anthesin elongati. *A. sylvatica* Willd. Schrad. t. 2. f. 4. l. c.

Var. α in collibus et versuris frequens, reliquae cum *A. alpina*, Floret Julio Augusto.

80. *A. diffusa* paniculae ovato-oblongae ramis hispidis, ligula oblonga, culmis oblique adscendentibus, stolonibus repentibus diffusis radicanibus Host *gram. inedita*. *A. alba* Willd.

In campis humidiusculis, humidisque ad fossas. Floret Junio.

81. *A. varia* paniculae ramis florentibus patentibus, caeteris contractis, ligula oblonga, culmis suberectis, stolonibus nullis. Host *gram. inedita*.

Panicula superne prius floret parte interim inferiore contracta, dein floret inferior pars et superior contracta videtur. Calyces purpurascens aut viridescens. In campis siccioribus. Floret Junio.

82. *A. sylvatica* paniculae ventricosae

ramis hispidis, ligula oblonga, culmis erectis, stolonibus nullis. Host *gram. inedita*.

Spiculis hae tres species, quondam sub *A. alba* confusae vix differunt, adductos autem characteres Cel. Host constantes cultura detexit.

XXIX. CALAMAGROSTIS. Roth.

Cal. bivalvis, uniflorus. Cor. bivalvis, pilis persistentibus. Sem. liberum corolla tectum. SCHRAD.

83. *C. Epigejos* panicula stricta patente, calycibus acuminatis, arista dorsali recta pilis breviori, pilis calycem subaequantibus. (*Arundo*) SCHRAD. t. 1. f. 1. Willd.

Culmi 2 — 5 pedales, simplices, basi quandoque ramosi, stricti. Panicula angusta, stricta, ovato-oblonga, 4 — 8 pollicaris, ramis brevibus, floriferis patentibus, Flores imbricato-congesti, secundi, subfalcati, e fusco, purpureo et viridi varii. Corollae glumae membranaceae, pellucidae; exterior infra medium aristam emittens, quadrinervis, apice bifida, margine et nervis hispida. In fruticetis humidis siccisque Leopoli. Floret Julio, Augusto.

84. *C. Schleicheri* panicula diffusa, calycibus acuminatis, arista terminali brevi, pilis corolla longioribus. nobis. *Arundo Calamagrostis*. SCHLEICHER.

Culmi 2 — 3 pedales erecti, plerumque ramosi. Panicula laxa diffusa 4 — 6 uncialis. Rami tenues flexuosi. Flores solitarii. Calycis glumae purpurascens fuscoque variae. Corollae pallidae. Leopoli ad fossas latere meridionali collis versus occidentem pagi Krzywezyce. Planta mea eadem est cum Schleicheriana, cujus specimina apud D. Schott vidi. A. Calamagrostidem Schl. a planta Schraderi specie diversam esse, asserit Cl. Host, in quibus autem characteribus differentia lateat, eruere non potui planta Schraderi destitutus. In Uszkowice Circ. Brzez. Floret Julio.

85. *C. sylvatica* panicula patente, calycibus acutis, pilis brevissimis, arista dorsali geniculata calycem excedente. (*Arundo*) SCHRAD. t. 4. f. 7. *Agrostis arundinacea*. WILLD.

Culmi erecti 2 — 4 pedales simplices. Folia quandoque basi annulo villosa cincta. Panicula ovato-oblonga, patens, ramis brevibus subflexuosis, infimis saepe remotioribus. Flores albido-viridescens, quandoque basi purpurascens. E petali exterioris nervo dorsali infra medium proditarista ad bi-trilinearem longitudinem calycem excedens, geniculata, sub geniculo dein torta, a basi ad geniculum latere interiori laeviuscula, externe et supra geniculum tota hispida. Praeter pilos paucos et breves ad petali majoris basin utrinque occurrentes, adhuc adest penicillus

parvus pilis distichis, qui petali minoris dorso appressus est. Schrad. l. c. Copiosissima cum *Aira caespitosa* in montibus carpathicis versus comitatum Marmoros-DIK. In sylvis prope Stawki Circ. Leopoli. prope Naraiow. Cracoviae inter frutices supra Zwierzyniec versus Wola. Floret Junio, Julio.

XXX. STIPA Linne.

Cal. bivalvis, uniflorus. Cal. valvula exterior arista terminali longissima basi articulata. Sem. liberum cor. demum indurata tectum. SCHRAD.

86. *S. pennata* aristas plumosis. WILLD.

Arista peculiari facillime dignoscenda. Corollae enim gluma exterior terminatur arista rigidula, longissima, fere pedali; primo erecta, dein nutanti, recurva, infra geniculum torta et nuda, reliqua parte pilis patentissimis mollibus, sursum decrescentibus vestita. In montibus carpathicis DZK. Prope Cracoviam. Floret Junio.

XXXI. ANDROPOGON. Swartz.

Flores polygami. Hermaphr. Cal. bivalvis, uniflorus. Cor. bivalvis, valvula altera aristata, arista terminali vel e fissura valvulae egrediente. Masc. submutici, pedunculati, solitarii vel gemini, hermaphrodito adjacentes. Sem. liberum corolla tectum SCHRAD.

87 *A. Ischaemum*. racemis spicatis pluribus. SCHRAD. *Linne Syst. Veg. Ed. XV. Jacq. austr. t. 384. SCHREBER gram. t. 33. Host. gram. II. p. 3. t. 3.*

Spicis pluribus purpurascensibus, rachis pedicellisque pilosis et arista longa rufa geniculata facile dignoscendum, Circa Zaleszcyki. Leopoli in colle aprico alto pone viam versus fontem martialem Dni Kratter. Floret Augusto, Septembri.

XXXVII. PANICUM. Linne.

Flores polygami. Cal. bivalvis, flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. Cor. bivalvis mutica s. apice aristata; neutrius unibivalvis. Sem. corolla cartilaginea certicatum. SCHRAD.

88. *P. verticillatum* panicula subspicata cylindracea: involuclis deorsum hispidis; hermaphroditi corollis laeviusculis. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 6. Host. gram. II. p. 3. t. 13.*

Culmi plures in caespitem conjuncti, unis sesqui pedales, adscendentes. Panicula subspicata viridis. Rami subverticillati flexuosi inaequales patentes; spiculas plures gerentes. Spiculae bracteis seu involuclis suffultae. Involucella basi pedicellorum affixa, setacea, deorsum hispida, spiculis multo longiora,

giora, numero varia. In arvis hortis Leopoli. Floret Julio, Augusto.

89. *P. viride* panicula subspicata cylindracea, involuclis sursum hispidis; hermaphroditi corollis laeviusculis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II. p. 12. t. 14. Flor. Dan. t. 852. (P. Crus Galli.)*

Habitus praecedentis, cui valde simile. Optime setis sursum hispidis distinguitur. Involucella plerumque spiculas geminas sustinent. Paniculae rami confertiores, breviores vel pauciores, Leopoli cum praecedenti.

90 *P. glaucum* racemo spicato cylindraceo, involuclis sursum hispidis, hermaphroditi corollis transversim undulatis. SCHRAD. WILLD. *SCHREB. gram. t. 25. Host. gram. II. p. 13. t. 16.*

Habitus praecedentium. Pedicelli brevissimi, unam raro duas spiculas gerentes. Involucella multisetosa, setis luteis. Spiculae saepe sexfariam imbricatae. Inter segetes; in arvis, hortis frequentissimum. Floret Julio, Augusto.

91. *P. Crus galli* panicula secunda erecta, spiculis approximatis aristatis, foliis lineari-lanceolatis nudis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II. p. 15. t. 19.*

Variat α floribus submuticis in cultis et β floribus longe aristatis in humidis.

Culmi pedales, sesquipedales, ramosi, plus minus ex decumbenti-patentes aut sub-erecti. Folia utrinque glabra, ad oras valde scabra. Vaginae laxae, compressae. Panicula erecta, secunda, sub anthesi patens; ante autem et post illam in spicam contracta. Rami inferiores saepe remoti. Spiculae plerumque purpurascenti virides. Calycis glumae hispidae. In cultis inundatis; ad fimeta, vias humidias. Floret Julio, Augusto.

XXXVI. HOLCUS. Swartz.

Flores polygami. Cal. gluma bivalvis, bitriflora seu hermaphroditum cum masculo solitario vel cum binis includens. Cor. gluma bivalvis (Sem. corollae membranaceae adnatum vel liberum SCHRAD.) Swartz SCHRAD. n. Journ. 2. B. 2. St. p. 44.

92. *H. avenaceus* panicula aequali, flosculo hermaphrodito superiori submutico, masculi arista geniculata, culmi geniculis glabris, radice nodosa. SCHRAD. *Avena clatior* WILLD. SCHREB. *gram. t. 1. Curt. fasc. 3. t. 6.* Host. *gram. II. p. 36. t. 49.*

Culmi bi-tripedales. Panicula erecta, apice saepe cernua, ramis brevibus simplicibus aut re-
sis, sub anthesi horizontaliter patentibus, caeterum contractis; spiculis viridescenti-argenteis. Arista spiculis duplo fere longior. In pratis herbidis rarior. Floret Junio — Augusto.

93. *H. bulbosus*, panicula aequali, flosculo hermaphrodito superiori aristato, masculi arista geniculata, culmi geniculis pubescentibus, radice nodosa bulbosa. B. A. *bulbosa*. Pers. *Syn. pl.*

Habitus praecedentis, at differt: radice bulbosa, culmi geniculis pubescentibus, flosculo hermaphrodito aristato, arista recta spiculae subaequali. In pascuis versus Marmoros, ubi bulbi avidè effodiuntur a subibus. DIK.

94. *H. mollis* panicula aequali, flosculo hermaphrodito inferiori mutico, masculi arista geniculata calycem excedente, radice repente. SCHRAD. *Linne Syst. veget. Edit. XV.* SCHREB. *gram. t. 20. f. 2. Curt. fasc. 5. t. 8.* Host. *gram. I. p. 3. t. 3.*

Caulis bipedalis, geniculis pubescentibus. Folia scabra. Paniculae oblongae rami cum rachi purpurei tenuissime pubescentes. Spiculae badae, calycis glumis saepe basi profunde purpureis. Leopoli in arvis versus meridie pagi Sokolniki. Cracoviae inter frutices supra Zwierzynice. Floret Augusto.

95. *H. lanatus* panicula aequali, flosculo hermaphrodito, inferiori mutico, masculi arista recurvata calyce inclusa, radice fibrosa. SCHRAD. *Linne Syst. veg. Edit. XV.* SCHREB.

gram. t. 20. f. 1. Curt. fasc. 4. t. 11. Host. gram. I. p. 2. t. 2.

Culmi bi-tripedales, genicula, vaginae et folia pubescentia. Panicula extra anthesin contracta elliptico-oblonga. Spiculae pubescentes. Leopoli in pratis paludosis circa Kulparkow, in locis herbidis sylvae Liszniec: Circa Uszkowice. Cracoviae cum praecedente. Floret Junio — Augusto.

XL. KOEHLERIA. Persoon.

96. *K. cristata* spica laxiuscula, spiculis divergentibus tri-quadrifloris subaristatis rugulosis, carina subciliatis. Pers. Syn. *Aira cristata*, L. *Poa cristata* Willd. Host. gram. II. p. 51. t. 75.

Culmi caespitosi semi-sesquipedales superne pubescentes. Vaginae et folia ciliato-pubescentia. Panicula viridescenti aut purpurascenti-argentea. Spiculae oblongae bi-tri-quadriflorae. In collibus, pascuis, muris, versuris. Floret Junio, Julio.

XXXIV. AIRA. Linne.

Cal. bivalvis, biflorus absque interjecto rudimento tertii flosculi. Cor. bivalvis, valvula exteriori supra basi aristata, rarius mutica. Semen liberum corolla tectum. SCHRAD.

* *Floribus muticis.*

97. *A. aquatica* panicula diffusa, glumis obtusis, flosculis calycem excedentibus. SCHRAD. Willd. *Hayne Choix d. plant. d'Eur. Curt. fasc. 1. t. 5.* Host. gram. II. p. 30. t. 41.

Culmi basi radicales, oblique adscendentes. Spiculae ovatae, compressae, ex purpureo et viridi variae aut albidae; biflorae triflorae, aut uniflorae. In fossis et inundatis. Floret Junio, Julio.

** *Floribus aristatis.*

98. *A. caespitosa* panicula diffusa, flosculis calycem subaequantibus, arista recta brevi, foliis planis. SCHRAD. Willd. Host. gram. II. p. 31. t. 42. *Flor. Dan. t. 240.*

Culmi sesquipedales, quadripedales erecti, simplices. Folia linearia, acuminata, plana, rigidula, dorso glabra, facie profunde striata, scabra, margine hispida. Spiculae lanceolatae compressae, obtusae, aristatae et ex viridi, spadiceo aut purpureo cum argenteo variae. Flosculi calyces saepe superant, basi pilosi; altero pedicellato, altero sessili. Arista brevis recta, raro flosculo longior aut inflexa. In pratis, nemorosis, locis humidis. Floret Junio, Julio. Spiculis fere duplo majoribus ex montibus carpathicis DIK.

99. *A. flexuosa* panicula patente, flosculis calycem vix superantibus arista ge-

niculata calycem excedente, foliis setaceis.
SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II. p. 32. t.*

43. *Flor. Dan. t. 157.*

Culmi pedales, superne purpurei cum ramis paniculae flexuosis. Spiculae oblongo-ovatae, compressae, acutae, aristatae, nitidae, ex viridi albo et purpurascenti variae vel spadiccae. Flosculi aut calyci aequales aut parum longiores. In parte occidentali montis Babia Góra. Floret Augusto.

100. *A. caryophyllea* panicula divaricato-patente; flosculis calyce minoribus aristata geniculata calycem excedente, foliis setaceis. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 6. Flor. Dan. t. 382. Host. gram. II. p. 33. t. 44.*

Præcedenti similis; at culmi semipedales; panicula florente divaricata; ramis ac in præcedente trichotomis; spiculis multo minoribus viridibus apice albis, adultioribus plane albidis; flosculis calycis glumis dimidio fere brevioribus. In rupibus vallis Oycow. P. Cracoviae ad marginem sylvulae posterioris Bronowicensis. Floret Junio.

101. *A. canescens* panicula patente coarctata, flosculis calyce minoribus, arista apice clavata calyce minori, foliis setaceis. SCHRAD. WILLD. *Flor. Dan. t. 1023.*

Culmi florentes spithamaei et altiores, ultra tres pollices vaginas excedentes. Folia glauca, vaginis purpurascentibus. Spicu-

lae oblongo-ovatae acutae compressae aristatae, ex albido-viridescentes aut purpurascentes. Arista supra basin glumae corollinae exterioris provenit recta, inferne ferruginea, medio verticillo pilorum brevissimorum cincta; supra medium albida, apice clavata, calycem saepius aequans, at non excedens. Leopoli in arenosis frequens. Cracoviae in sylvula posteriori Bronowicensi. Floret a Junio in Augustum usque.

XXXVI. MELICA. Linne.

Cal. bivalvis membranaceus subbiflorus, cum rudimento tertii flosculi. Cor. bivalvis mutica. Sem. liberum, corolla cartilaginea tectum. SCHRAD.

102. *M. ciliata* flosculi inferioris petalo exteriori ciliato, panicula subspicata aequali, spiculis erectis. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II. p. 10. t. 12.*

Culmi erecti et folia glabra. Spiculae ex purpurascenti et viridi variae. Flosculi inferioris gluma exterior versus marginem pilis longis dense ciliata. In plerisque flosculus unus solum fertilis. In montibus carpathicis DZK. et DF. In vallis Oycow rupibus. Floret Junio.

103. *M. nutans* petalis imberbibus, panicula subsimplici secunda, spiculis nutantibus ovatis trifloris, flosculo tertio imperfecto. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 4. SCHRAD.*

t. 6. f. 2. Flor. Dan. t. 962. Host. gram. II. p. 9. t. 10.

Culmi pedales, bipedales. Panicula rara. Calycum glumae ovals purpureae marginae albae. In nemorosis, sylvaticis, fruticosis. Floret Majo, Junio.

104. *M. caerulea* petalis imberbibus, panicula subcoarctata aequali, spiculis erectis oblongo-cylindraceis. SCHRAD. WILLD. Host. gram. II. p. 7. t. 8. *Aira caerulea*. Linne. Flor. Dan. t. 239.

Variat culmis sesquipedalibus, bipedalibusque atque quadri-sexpedalibus, panicula majori. — Culmi basi plerumque adinstar bulbi incrassati, erecti vel stricti, geniculo uno aut duobus intercepti. Panicula magis vel minus coarctata, rarius patens, aequalis, erecta, 2 — 6 uncialis. Spiculae oblongo-cylindraceae erectae, tri-rarius quadriflorae, ex viridi et purpureo aut ex viridi, violaceo et purpurascens variae; ante anthesin teretiusculae, post illam compressae flosculis subdivergentibus. Rudimentum tertii flosculi pedicellatum parvum. In pratis humidis. Varietas major in nemorosis, fruticosis. Floret Julio, Augusto.

105. *M. altissima* petalis imberbibus, panicula coarctata (spicaeformi), secunda. WILLD. Host. gram. II. p. 8. t. 9.

Culmi tripedales erecti teretes, striati, scabri. Folia lineari-lanceolata acuminata,

supra laevia, subtus cum vaginis striata, scabra. Ligula ochreaeformis oblique truncata, margine plerumque irregulariter fissa. Panicula oblonga, 4 — 6 uncialis, secunda. Rachis teretiuscula, scabra. Rami infimi plerumque remoti, vix unciales, simplices aut ramosi. Pedicelli cernui, apice incrassati, hispidi. Spiculae oblongae, ante anthesin cylindricae, dein volitantes tres lineas longae, expurpurascens, viridescens albiloque variae. Calycis glumae ellipticae, acutiusculae, subseptemnerves, membranaceae: exterior, junior spiculam involvens, latior et brevior interiori. Flosculus inferior sessilis nodulo insidens: gluma exterior oblonga obtusa, apice tenuissime serrulata, calycis gluma exteriori longior et firmior, scabriuscula, margine lato membranaceo, nervisque novem quoque scabris instructa, quorum intermedius cum 2 — 4 lateralibus versus marginem profunde purpurei sunt et ibi vel evanescent vel in medium confluunt; interior dimidio fere brevior, margine crasso nervisque duobus lateralibus donata: externe pubescenti-scabriuscula, margine apicem versus ciliata. Flosculus superior pedicellatus, pedicello semitereti, margine hispidulo, conformis, inferiori tantum minor, calycis glumam interiorem excedit. Inter utrumque flosculus sterilis pyriformis longe pedicellatus situs est; hujus glumae sunt obovato-subrotundae, dorso pubescentes nervosae margine membranaceo donatae, basi attenuatae. In montibus carpathicis. DF. Floret Junio

XXXIX. SESLERIA. Scopoli.

Cal. 2 valvis, 2 — 3 florus, subaristatus.

Cor. bivalvis, obtusa, apice aristata, aristis variis. Sem. liberum corolla tectum. SCHRAD.

106. *S. caerulea*, racemo spicato oblongo bracteato, spiculis bi-trifloris, gluma corollina exteriori tri-rarius quinquearistatis, aristis glumis brevioribus. SCHRAD. Host.

gram. II. p. 10. t. 98. Cynosurus caeruleus.

WILLD. JACQ. *Icon. pl. rar. t. 21.*

Culmi sesquipedales, caespitiosi, erecti. Folia linearia obtusiuscula, quandoque mucronata, carinata, dorso virida et glabra, facie glaucescentia, atque subinde pilis brevibus inpersa: culmea brevissima. Vaginae compressae, striatae, glabrae. Ligula brevis, truncata. Racemus oblongus vel ovato-oblongus, compactus, semiuncia vix longior. Spiculae brevius pedicellatae, subbinatae, oblongo-ovatae, compressae, bi-triflorae, nitidae et caerulescente albido et viridescente variae: inferioribus binis vel tribus bracteatis, bractea solitaria, amplexicauli, obtusissima, ciliata. In montibus carpathicis. DZK. et DF.

XLI. POA. Linne.

Cal. bivalvis multiflorus. Cor. bivalvis, valvulis subovatis, acutiusculis, muticis. Sem. liberum corolla tectum. SCHRAD.

167. *P. aquatica* panicula aequali diffusa ramosissima, spiculis linearibus quinque-novemfloris, flosculis obtusis septemnervi-bus, radice repente. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 12. Flor. Dan. t. 920. Host. gram. II. p. 44. t. 60.*

Culmi 4 — 6 pedales, firmi, erecti. Folia linearia, acutiuscula, lata. Ligula brevis, obtusa. Panicula speciosa, aequalis, recta, ramosissima. Spiculae lineares, teretiusculae, demum compressae, flosculis aetate reotiusculis. Gluma externa dorso fusco-viridis, versus apicem margine spadiceo submembranaceo. Ad ripas; in fossis, ad margine stagnorum. Floret Junio, Julio.

108. *P. fluitans* panicula secunda divaricata, spiculis linearibus appressis 7 — 11 floris, flosculis obtusis liberis septemnervi-bus, radice repente. SCHRAD. *Festuca fluitans.* WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 7. Flor. Dan. t. 237. Host. gram. II. p. 55. t. 77.*

Culmi oblique adscendentes, 1 — 2 pedales. Folia linearia, acuta. Ligula exserta, tenuissima, acutiuscula. Paniculae rami primo adpressi; dein divaricati; tandem plus minusve patentes, simplices et ramosi. Spiculae lineares, ramulis adpressi, teretiusculae, obtusae, virescentes. Gluma corollinae exterior apicem versus margine membranaceo-albida. Variat ramis paniculae brevissimis sim-

plicibus solitariis. In humidis, rivulis, fossis. Floret a vere in autumnum usque.

109. *P. dura* panicula secunda coarctata rigida, spiculis lanceolatis obtusis tri-quinquefloris, flosculis liberis septemnerviis, radice fibrosa. SCHRAD. HOST. *gram. II. p. 53. t. 73. Cynosurus durus*. WILLD. KROCKER. *Flor. Sil. t. 28.*

Culmi plures procumbentes, rigidiusculi triunciales. Foliorum vaginae laxae. Ligula brevis obtusiuscula. Panicula elliptica secunda. Rachis flexuosa, ramulis brevibus aut nullis, Spiculae distichae, sessiles in rachi aut ramulis, viridescenti-albidae: In montibus carpathicis. DC.

110. *P. sudetica* panicula aequali diffusa, spiculis ovato-lanceolatis, subtrifloris, flosculis liberis, vaginae ancipitibus, ligula brevi, radice repente. SCHRAD. WILLD. HOST. *gram. II. p. 9. t. 13.*

Culmi tripedales, erecti, firmi, subcompressi, striati, glabri, infra paniculam scabriusculi. Folia latiuscula, lanceolata, apice conniventi cuspidata, ad oras et supremam carinae partem scabra: superiora sensim breviora et obtusiora. Vaginae laxae, ancipites, striatae, magis vel minus scabrae. Ligula brevis, truncata. Panicula ramosissima: in planta florente erecta et diffusa: post florentiam contracta et cernua. Rami saepius

quaterni ramulosi, laxi, capillacei, flexuosi. Spiculae ovato-lanceolatae, acutae, compressae, tri-rariusquadriflorae, virides. Flosculi basi liberi, nudi. Leopoli in locis fruticosis sylvae Liszeniec: versus Steinernen Wirthshaus. Floret Majo, Junio.

111. *P. trivialis* panicula aequali diffusa, spiculis oblongo-ovatis subtrifloris, flosculis basi villo connexis quinquenerviis, culmo vaginaeque scabriusculis, ligula oblonga, radice fibrosa. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 6. Host. gram. II. p. 45. t. 62.*

Culmi $1\frac{1}{2}$ — 5 pedales, ad genicula inferiora terrae appressi, saepe radicanes, striati, saepius purpurascens: superne scabriusculi. Folia linearia, acuta. Ligula oblonga, acuta: fasciculorum paullo brevior, obtusior. Vaginae plus minusve scabrae. Panicula fere praecedentis at scaberrima. Spiculae parvae, oblongo-ovatae, acutae, compressae, tri-rariusquadriflorae, virides aut purpurascens. Gluma corollina exterior infra medium ad carinam et marginem villis tecta complicatis, quibus flosculi baseos connexi sunt. Antherae violaceae. In pratibus, pascuis, palustribus: ad fossas. Floret Junio.

112. *P. pratensis* panicula aequali diffusa, spiculis oblongo-ovatis subquinquefloris, flosculis basi villo connexis quinquenerviis, culmo vaginaeque glabris, ligula bre-

vi, radice repente. SCHRAD. WILLD. Host. *gram. II p. 44. t. 61.*

Culmi caespitosi glaberrimi sesqui-tripeda-
dales, superne evidentius striati. Folia li-
nearia, apice conniventi acutiuscula; cul-
mea erecta, brevia. Vaginae glabrae. Li-
gula brevis obtusa. Panicula praecedentis,
at minus scabra spiculae majores. In pratis,
pascuis, versuris, agrorum. Floret Junio.

113. *P. fertilis* panicula fructifera pa-
tente, culmo ramoso, ligula oblonga, radi-
ce perenni. Host. *gram. III. p. 10. t. 14.*

P. scrotina, panicula aequali diffusa,
spiculis ovato-lanceolatis subquinquefloris,
flosculis basi villo connexis obsolete quinque-
nervibus, culmo vaginisque scabriusculis, li-
gula brevi (?) radice subrepente. SCHRAD.

Radix tenuiteres, plurimis fibris capilla-
ta, multos culmos foliorumque fasciculos nu-
trienti, perennis. Culmi erecti teretes, gla-
bri, laeves, ex inferioribus geniculis ramosi,
in ramulos divisos prominentes, in diverso so-
lo diversae altitudinis. Folia plana scabra.
Vaginae glabrae laeves. Ligula oblonga den-
ticulata. Panicula oblonga, in diversis cul-
nis diversae magnitudinis; in aliquibus ere-
cta tota, in aliis apice tantum nutans. Ra-
mis tortuosa: inter dentes inferiores laevis;
inter superiores brevissimis aculeis inspersa.
Rami filiformes, scabri; florentes et fructi-
feri patentes; rachi adpressi ante florescen-

tiam. Spiculae lanceolato-ovatae, compres-
sae acutae, a duobus ad quatuor flosculos ge-
rentes. Calycis valvulae duae, inaequales,
acutae, dorso tribus lineis distinctae, carina
aculeatae. Cor. valvula exteriori ovata, dor-
so convexiuscula, quinque lineis notata, linea
intermedia superne scabra; inferne, ut duae
lineae laterales margini proximae, pilis te-
ctae. Valvula interior ovato-lanceolata, api-
ce bifida ad flexurae angulos ciliata Host. l. H.
In humidis, ad fossas. Floret Junio — Augusto.

114. *P. nemoralis* panicula subsecunda
diffusa attenuata, spiculis lanceolatis subtri-
floris, flosculis liberis, ligula brevissima trun-
cata, culmo subcompresso vaginisque glabris,
radice subrepente. SCHRAD. WILLD. *Flor.*
Dan. t. 749. Host. *gram. 2. t. 71.* Variat
cum spongia cirrhosa ad genicula.

Culmi plures in densum caespitem con-
juncti, sesquipedales, graciles, erecti, superne
cernui, glabri, profunde striati, simplices vel
basi ramosi. Folia linearia, acuta. Ligula bre-
vissima truncata. Panicula subsecunda at-
tenuata, laxa, pauciflora. Spiculae lanceolatae,
compressae, acutae, albo-viridescens, vio-
laceae (si in muris vetustis), bi-quadriflorae
gluma corollina obsolete nervosa. Flosculi
liberi, nudi. In nemorosis. Floret Junio,
Julio.

115. *P. compressa* panicula subsecunda
diffusa, spiculis oblongo-ovatis quinque-sep-

temfloris, flosculis basi villo connexis, culmo compresso, radice repente. SCHRAD. WILLD. *Flor. Dan.* t. 742. *Host. gram. II.* p. 51. t. 70.

Culmi plures pedales, sesquipedales, basi procumbentes, ab hinc erecti, obliqui, compressi, glabri, infrae saepius ramosi. Folia brevia, linearia, acuta, saepe glaucescentia cum reliquis plantae partibus. Ligula brevis, obtusa. Panicula erecta, brevis, subsecunda. Rami breves plus minusve divisi sub anthesi horizontales ante et post illam rachi appressi. Spiculae oblongo-ovatae compressae, aliae virides et aliae ex viridi et purpurascente variae. Gluma corollina exterior parte inferiori marginis et carinae villis candidis complicatis tecta. Variat panicula majori ramosissima et 2. spiculis trifloris spadiceis, culmis adscendentibus. In muris, tectis, ad vias. Floret a Junio ad Augustum.

116. *P. annua* panicula subsecunda divaricata, spiculis oblongo-ovatis quinque-septemfloris, flosculis liberis, culmo subcompresso, radice fibrosa. SCHRAD. WILLD. *Curt. Fasc. 1. t. 6.* *Host. gram. II.* p. 46. t. 64.

A praecedente, cui proxima, differt radice annua, caespitibus densis, culmis oblique adscendentibus, ligula oblonga, panicula magis divaricata; ramis longioribus, flosculis liberis, subnudis et aliis. In pratis, cultis, ruderatis; ad vias. Floret a vere ad autumnum.

117. *P. decumbens* panicula subsimplici contracta pauciflora, spiculis oblongo-ovatis tri-quadrifloris, calyce flosculos subaequantem, vaginis foliisque pilosis: radice subrepente. SCHRAD. *Host. gram. II.* p. 52. t. 72. *Festuca decumbens.* WILLD. *Flor. Dan.* t. 162.

Culmi plus minus caespitosi, pedales, floriferi suberecti, dein arcuatum procumbentes. Folia linearia, acuminata, erecta, rigidula, ad vaginae exortum praecipue pilosa, reliqua parte ut vaginae utrinque pilis sparsis obsessa. Ligulae loco series pilorum brevium. Paniculae rami subdivisi, unam tres spiculas gerentes. Spiculae oblongo-ovatae turgidae subcompressae obtusae. Flosculi calycis glumam acutam vix excedentes. Leopoli ad margines sylvulae quercinae prope Zychow, Cracoviae in sylvula Bronowicensi posteriori. Floret Junio.

XLII. BRIZA. Linne.

Cal. bivalvis multiflorus. Cor. bivalvis ventricosa valvulis cordatis obtusis, muticis. Sem. corollae adnatum. SCHRAD.

118. *B. media* panicula erecta, spiculis demum cordatis subseptemfloris, calyce flosculis minori. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II.* p. 22. t. 29. *Flor. Dan.* t. 258.

Culmi pedales, bipedales, erecti, teretes, striati, glaberrimi, superne nudi. Folia bre-

via erecta, lanceolata aut lineari-lanceolata, acuta, basi et apice plerumque carinata, margine et ad superiorem partem costae scabra, Vaginae teretes, striatae, glabrae; suprema longissima, parum dilatata. Ligula brevis obtusa, in vaginam decurrens. Panicula erecta, patens, multiflora. Rachis semiteres, striata, glabra, non nisi in superiori parte scabriuscula. Rami geminati, superne solitarii, ut rachis purpurascens, compresso-angulosi, plus minusve scabri, in plures ramulos divisi, ad divisiones nodosi, sub anthesi horizontaliter patentes, post anthesin contracti. Ramuli capillares, flexuosi, diffusi. Spiculae glabrae nitidae e viridi, purpureo et argenteo variae, primo ovatae, dein ob expansiones et inferiora versus depressas glumas calycinas cordatae. Flosculi plerumque 7, rarius 9. Glumae calycinae corolla minores, 3 plerumque tantum nervis distinctae. Schrad. l. c. In pratis. Floret Junio.

Variet 1. Paniculae ramis viridibus, aculeato-scabris, minus divisis; spiculis ante et post anthesin subrotundo-ovatis; florentibus subcordatis, 3—6 floris, glumis viridescensibus, lato margine albo. Leopoli cum Poa sudetica. 2. spiculis cordatis, coloratis, 8—10 floris et 3. Panicula et spiculis majoribus cordatis, viridibus, 8—11 floris. Leopoli in pratis sylvaticis.

XLIII. DACTYLIS. Linne.

Cal. bivalvis, multiflorus, valvula majori altero latere convexa latiori, altero da-

presso angustiori. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis, muticis. Sem. corollae adnatum. SCHRAD.

119. *D. glomerata* panicula secunda glomerata, foliis carinatis. SCHRAD. WILLD. SCHREB. *gram. t. 8. f. 2. Flor. Dan. t. 743. Host. gram. II. p. 67. t. 94.*

Culmi sesqui-bipedales erecti, geniculis inferioribus saepe infractis; subteretes, striati, glabri. Folia firma linearia, acuminata, longe patentia, carinata, striata, scabra. Vaginae compressae, striatae, scabrae, pilosiusculae. Ligula elongata, demum fissa. Panicula secunda erecta; sub anthesi horizontaliter patens: ante et post anthesin contracta, 4—8 uncialis. Rachis ut rami scabra aut glabra, inferiori parte semiteres: reliqua parte flexuosa, subtriquetra. Rami solitarii flexuosi, subcompressi, ramulis ad angulos ciliatis: inferiores longiores et remotiores. Spiculae secundae, conglomeratae, scabrae, e 3 aut 4 flosculis plerumque compositae, virides aut e viridi et purpurascens variae, antice convexae dorso planae. In pomariis, pratis. Floret Junio.

XLVII. CYNOSURUS. Gaertner.

Cal. bivalvis, bi-quinqueflorus. Cor. bivalvis, valvulis lineari-lanceolatis; exteriori mutica v. apice aristata. Sem. corollae ad-

natum. Spiculae involucreo disticho glumaceo stipatae. SCHRAD.

120. *C. cristatus* racemo spicato lineari (secundo), spiculis muticis, foliis linearibus. SCHRAD. WILLD. SCHREB. t. 8. f. 1. *Flor. Dan.* t. 238. *Host. gram. II.* p. 68. t. 96.

Culmi plures pedales, sesquipedalesque erecti, tenues, teretes, striati, glaberrimi, superne nudi. Racemus spicatus, linearis, secundus, sesquiunciam v. duas uncias longus. Spiculae breviter pedunculatae, oblongae, compressae, dein distichae, tri vel quadriflorae, virides, sub anthesi patentes; alias rachi appressae. Ad singularum spicularum basin involucreum distichum, latere exteriori convexum, interiori concavum, compositum e glumis alternis approximatis lineari-lanceolatis, acuminatis, muticis, compressis uninnervis, carina scabris, margine albidis. In pratis, pomariis. Floret Junio.

XLIV. FESTUCA. Linne.

Cal. bivalvis, multiflorus. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis; exteriori acuminata, mutica v. apice in aristam attenuata. Sem. corollae adnatum. SCHRAD.

* *Foliis omnibus complicato-setaceis.*

121. *F. hirsuta*, panicula secunda erecta subsimplici, spiculis oblongis aristatis hirsutis, culmo subtetragono, foliis setaceis

scabris, ligula biaurita, radice perenni fibrosa. *Host. gram. II.* p. 61. t. 85. *F. ovinae* var. β . SCHRAD.

Radix fibrosa, fusca, plures foliorum fasciculos et culmos sustinens, perennis. Culmi graciles, erecti, subtetragoni, in paniculae vicinia scabri, inferne geniculis purpurascensibus intercepti, pedales et pede longiores. Folia tenuia, complicato-setacea, dorso aculeis brevissimis inspersa, facie setulis copiosis consita. Vaginae hirsutae. Ligula brevissima. Panicula erecta secunda, pauciflora. Rachis angulata scabra. Rami breves scabri, a quatuor ad septem (et duodecim usque) plerique unicam spiculam ferentes, vel omnes solitarii, vel tantum infimo racheos denticulo duo affixi. (sic in solo sterili; ramis tamen divisus polystachiis occurrunt specimina) Spiculae oblongae, compressae, hirsutae, aristatae, subquinqueflorae, ex viridi et purpureo variae; florentes patulae; rachi adpressae ante et post florescentiam. Calycis valvulae duae, inaequales, ciliatae, acuminatae, compressae, carina scabrae, superiori parte hirsutae, valvula major tribus lineis, minor unica instructa. Antherae fulvo-brunneae in violaceum transeuntes colorem. Styli brevissimi erecti. Semen oblongum fuscum *Host. l. c.* In collibus apricis. Floret Junio.

122. *F. glauca* panicula patente, spiculis lanceolatis aristatis, culmo angulato, fo-

liisque rigidis glaucescentibus, ligula biarita. SCHRAD.

Praecedenti affinis, facile autem distinguenda colore glauco totius plantae, culmis foliisque firmiter laevibus, panicula et spiculis majoribus, flosculo terminali plerumque sterili, gluma corollina exteriori laevi, tantum carina versus apicem scabra et margine brevissime ciliata. A *F. pallente* Hostii distincta species testante auctore ipso. Prope Stracet Circ. Leopold. in arenosis. In rupibus et saxis inter Przegorzaly et Bielany Cracoviae et vallis Oycow. Floret Julio.

** *Foliis inferioribus et fasciculorum complicato-setaceis, culmeis latioribus.*

123. *F. rubra* panicula patente, flosculis arista longioribus, radice repente. SCHRAD. WILLD. Host. *gram.* 2. t. 82.

Radix constanter repens. Culmi 1 — 2 pedales glabri, superne striato-angulati. Folia caulina imo et fasciculorum explanata: adultiora convoluta. Vaginae nobis glabrae. Spiculae modo glauco-viridescente et purpureo variae, modo virides. Flosculi glabri aut scabriusculi. Panicula magnitudine varia et culmi pars superior maturantibus seminibus purpurascens. Caeterum valde affinis praecedentibus, a quibus radice repente facile distinguitur. Leopoli cum Veronica dentata. Cracoviae in pratis, ad aggeres agrorum. versuras, in muris vetustis. Floret Junio.

124. *F. duriuscula* panicula secunda diffusa, flosculis aristatis, culmo subtetragono, foliis culmeis (canaliculatis) subplanis, radice fibrosa perenni. SMITH. WILLD. Host. *gram.* II. p. 59. t. 83.

Radix fibrosa, fusca perennis. Culmi subtetragoni, striati, geniculis purpurascensibus intercepti, tantum in paniculae vicinia scabri; in apricis asperis pede breviores, in meliori solo et in sylvis pedales aut sesqui pedales, (basi copiosis vaginis a foliis relictis vestiti). Folia dura ad oras et carinam aculeis scabra, facie brevissimo villo consita; culmea canaliculata aut plana, fasciculorum complicato-setacea, culmeis multo longiora. Vaginae glabrae, (obtusè striato-angulatae), inferiores et extimae fuscae, interiores dilatatae purpurascens, superiores culmeae virides. Ligula brevissima, truncata, ciliata. Panicula erecta secunda, florens patens; contracta ante et post florescentiam. Racheos anguli scabri. Rami alterni flexuosi scabri; inferiores in ramulos divisi; supremi uncam gerentes spiculam; plerumque singuli singulis racheos denticulis insidentes, raro duo infimo denticulo affixi. Spiculae lanceolato-ovatae, glabrae, vel pilis rarioribus inspersae, e flosculis a tribus ad sex compositae, flosculo, spiculam terminante, imperfecto. Calycis valvulae duae, inaequales, ciliatae, acuminatae, carinatae, carina scabra. Valvula inferior minor, linea unica, superior

major, tribus lineis distincta. Corollae valvula exterior oblonga, dorso convexa, quinque lineis notata, apice aristata, arista breviter; interior lanceolata, apice bifida, margine inflexa, ad flexurae angulos viridis, laevis, glabra. Host l. c. In saxosis circa Stracz circa Leopold. Floret Junio.

125. *F. heterophylla*, foliis radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus (longissimis), panicula rara secunda, spiculis subsexfloris lanceolatis glabris aristatis. HAENKE IN JACQ. COLLECT. WILLD. Host. *gram.* III. p. 13. t. 18, HALLER. *helv.* n. 1438.

Folia radicalia et fasciculorum spithamea et ultra, flaccidissima. Setacea, acute carinata, juniora complicata, dein superne canaliculata et denudata, hinc triquetra. Culmi recti, basi inflexi, 2—3 pedales, paucis geniculis intercepti, foliis paucis, planis, sesquilineam latis et saepius pedem longis vestiti. Ligula oblonga, obtusa. Panicula rara, pauciflora, spiculis glabris, aristis dimidia valvula longioribus.

Cum *F. duriuscula* nequaquam confundenda. Leopoli in sylva Krzwczyensi. Floret Junio.

** Foliis omnibus plantis.

126. *F. pratensis* panicula patente ramosa, spiculis linearibus muticis multifloris, foliis linearibus, radice fibrosa (?) SCHRAD. *F. elatior* Host. *gram.* II. p. 17. t. 79.

Ra-

Radix repens. Culmi adscendentes, saepe caespitosi, 1—3 pedales, teretes, striati, glaberrimi. Folia longa, linearia, acuta, laevia, margine scabriuscula. Vaginae glabrae, striatae. Ligula brevissime truncata. Panicula 3—6 uncialis, secunda, apice cernua; florens diffusa, caeterum contracta. Rachis semiteres, superne cum ramis angulata, ad angulos scabra. Rami geminati, superius solitarii; inferiores quandoque ramulum unum alterumve emittunt. Spiculae lanceolatae, acutae, teretiusculae, quinque-novemflorae, ramis subadpressae. Glumae calycinae ovato-lanceolatae, obtusiusculae, superiori marginis parte, ut gluma corollina exterior, membranaceae albidae aut purpurascens, vix carinatae, inaequales; exterior 3—4 nervis; interior multo angustior, brevior, uninervis. Gluma corollina exterior lanceolata, acutiuscula, convexa, versus apicem carinata, carina scabra, quinquenervis, mutica. Gluma interior parum, brevior, angustior, apice bifida, ad flexurae angulos tenuissime ciliata. Tenet hoc gramen medium fere inter *F. pratensem*, cum qua partibus fructificationis congruit et *F. elatiorem*, cujus radice gaudet. Pro *F. elatiore* sua habet Cl. Host, quocum hanc communicatus sum. In pratis, ad vias. Floret Junio.

127. *F. pinnata* racemo spicato erecto, spiculis remotiusculis aristatis dein patentibus, aristis gluma brevioribus, radice repen-

E

1e. SCHRAD. *Bromus pinnatus*. WILLD.
HOST. *gram. I. p. 18. t. 22.*

Tota planta e flavo viridis. Culmi sesqui-bipedales, stricti. Folia margine et ad nervos ciliata, rarius pubescentia; adultiora denudantur. Vaginae et genicula pubescentia, quandoque nuda. Racemus spicatus, erectus, 2—6 uncialis. Spiculae semiunciales uncialesque, lineares, teretiusculae, 7—18 florum, pubescentes; infimae brevi pedicello insidentes, superiores sessiles, arista dimidiam flosculi longitudinem raro excedente; tempore antheseos patentes caeterum rachi appressae. In fruticosis. Floret Junio.

128. *F. gracilis* racemo spicato subnutante, spiculis remotius-erectis aristatis, aristis glumalongoioribus, radice fibrosa. SCHRAD. *Bromus gracilis*. WILLD. *B. sylvaticas*. HOST. *gram. I. p. 17. t. 21. B. pinnatus Flor. Dan. t. 164.*

Planta laete viridis. Culmi bipedales, erecti, graciles. Folia fere ut in praecedente. Vaginae et genicula villosa, pilis deflexis. Racemus cernuus, serius penitus nutans. Spiculae, similes iis praecedentis, semper erectae, at 5—12 florum. Arista tenuis glumam suam aequans aut excedens. In nemorosis, dumetis Leopoli. Floret Junio.

XLVI. BROMUS. Linne.

Cal. bivalvis multiflorus. Cor. bivalvis val-

vulis lanceolatis: exteriori sub apice aristata. Sem. corollae adnatum. SCHRAD.

129. *B. secalinus* panicula fructifera apice nutante, spiculis oblongo-ovatis compressis nudis, flosculis demum distinctis remotiusculis, aristis flexuosis gluma brevioribus, foliis subpilosis. SCHRAD. WILLD. HOST. *gram. I. p. 10. t. 12.*

Culmi bi-tripediales erecti, teretes, glabri. Folia linearia aut lanceolato-linearia, acuminate, patentia ad oras et nervos praecipue scabra, facie pilis sparsis obsessa. Ligula obtusa, dein lacinulata. Panicula triquadriuncialis patens, sub anthesi plerumque erecta, post anthesin semper apice nutans. Rami longi, simplices aut parum ramosi, superiores sensim breviores. Spiculae oblongo-ovatae, glabrae, virescentes aut ex glauco-virides, primo teretiusculae, dein compressae, 7—13 florum, flosculis distinctis remotiusculis. Variat spiculis muticis. Inter segetes. Floret Junio.

130. *B. mollis* panicula erecta, spiculis oblongo-ovatis subcompressis pubescentibus, flosculis imbricatis, corollarum gluma exteriori apice bifida, aristis rectis glumam aequantibus, foliis mollissime pubescentibus. SCHRAD. WILLD. SCHREB. *gram. t. 6. f. 1. Curt. fasc. 1. t. 8. Host. gram. I. p. 16. t. 19.*

Culmi bipedales. Panicula 2 — 3 uncialis, erecta, coarctata, sub anthesi patens, antea et postea contracta; fructifera plerumque cernua. Rachis et rami pubescentes. Spiculae oblongo-ovatae, subcompressae, pubescentes, ex-glaucovirides, flosculis nervosis, 5 — 12 imbricatis. Varietas monostachya, minus pubescens in solo sterili sylvatico. In pratis pascuis ad vias, murosque. Floret Majo, Junio.

131. *B. arvensis* panicula demum nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumam aequantibus, foliis villosis. SCHRAD. WILLD. Host. *gram. I. p. 12. t. 14.*

Culmi plures in caespitem conjuncti v. solitarii, 1 — 3 pedales adscendentes glabri, geniculis pubescentibus aut glabris. Panicula 3 — 6 uncialis, ramis elongatis, tenuibus, flexuosis. Spiculae lanceolatae, acutae, compressae, nudae, quandoque obsoletae pubescentes, nitidae virescentes vel ex viridi et purpureo variae, flosculis 5 — 10 imbricatis. Arista flosculo plerumque longior, viridis aut purpurea. Leopoli inter segetes, ad vias. Floret Julio.

132. *B. inermis* panicula erecta, spiculis linearibus subteretibus nudis, flosculis imbricatis muticis vel brevissime aristatis, foliis glabriusculis. SCHRAD. WILLD. SCHREB. *gr. t. 13. Host. gram. I. p. 8. t. 9.*

Culmi sesqui-tripedales, erecti, glabri. Folia inferiora saepius pilis adspersa. Ligula brevissima, truncata. Panicula 4 — 6 uncialis, apice saepe cernua; sub anthesi patentissima: caeterum contracta. Spiculae lineares, ante anthesin teretiusculae acutae; nudae, e viridi et spadiceo variae, flosculis 5 — 8, laxe imbricatis. Arista brevissima, rarius lineam aequat. Ad sepes, margines agrorum, viasque. Floret Junio, Julio.

133. *B. tectorum* panicula (florente) apice nutante, spiculis compressis foliisque pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis glumam aequantibus. SCHRAD. WILLD. Host. *gram. I. p. 15. t. 15.*

Culmi pedales, basi procumbentes, oblique adscendentes. Panicula 3 — 5 uncialis, contracta, ab initio erectiuscula, sub anthesi apice nutans et secunda. Rachis ut rami divisi, cum ramulis spicula brevioribus, pubescens. Spiculae lineares acutae, nitidae, pubescenti-villosae, virides aut viridi et purpurascenti variae; primo subteretes, dein compressae superne latiores, flosculis remotiusculis. Gluma corollina exterior septem-nervis, nervo intermedio tantum versus aristam scabro, quae gluma sua potissimum longior est. Ad muros vetustos, in locis ruderatis, arenosis. Floret Junio.

134. *B. sterilis* panicula (ante anthesin) apice nutante, spiculis scabris lineari-lanceo-

latis, dein flosculorum remotione compressis et superne latoribus, aristis rectis gluma longioribus, foliis pubescentibus. SCHRAD. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 9. Host. gram. I. p. 13. t. 16.*

Praecedenti valde similis, differt habitu proceriore, panicula ampla primo nutante, florente expansa majore, rachi et ramis spicula longioribus et plerumque simplicibus scabris, spiculis majoribus nudis, flosculo terminali sterili, arista longiore, nervisque glumae corollinae omnibus scabris. Cracoviae ad murum horti Nosocomii ad S. Lazarum versus hortum botanicum. Floret Junio, Julio.

XLIX. ARUNDO. Roth.

Cal. bivalvis multiflorus. Cor. bivalvis, valvula exteriori basi pilosa. Sem. liberum corolla tectum. *Fl. d. Wett.*

135. *A. Phragmites* calycibus quinquefloris, flosculis calycem excedentibus, SCHRAD. *t. 5. f. 14. WILLD.*

Culmi 5 — 8 pedales, potissimum simplices, stricti. Folia oblongo-lanceolata, acutissima, plana. Ligulae loco series pilorum brevium. Panicula diffusa, ramosissima, semi-sesquipedalis usque, ampla. Glumae fuscescenti-virides. Pili corollae sericei splendoris. Vulgatissima in stagnis, paludibusque. Floret Julio, Augusto. —

XLVII. AVENA. Linne.

Cal. bivalvis multiflorus. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis; exteriori dorso aristata. Sem. corolla plerumque corticatum. SCHRAD.

136. *A. tenuis* panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus: inferiori apice uniaristato, reliquis apice aristis duabus brevibus et unica dorsali geniculata instructis, radice fibrosa annua. SCHRAD. WILLD. *Host. gram. II. p. 40. t. 55 A. dubia. HOFFM. T. 1. t. 12.*

Culmi pedales, sesquipedales, erecti totti aut geniculis inferioribus procumbentes, plerumque simplices, tenues, teretes, striati, laeves. Folia linearia, acuminata, plana, margine et superiori carinae parte scabra. Ligula elongata, acutiuscula, dein bifida vel lacinulata. Panicula aequalis erecta vel apice cernua, ante anthesin contracta: postea patens. Rachis ramique angulati, scabri. Rami binati, vel ternati, filiformes, longi, flexuosi, ramosi. Spiculae lanceolatae, teretiusculae, bi-quadriflorae, albido-virescentes. Aristae longae, tenuissimae. Leopoli ad sepes, in pomariis, nemorosisque. Cracoviae in sepibus humidis versus Lobzow. In horto noscomii ad S. Lazarum. Floret Junio, Julio.

139. *A. pubescens* panicula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem exceden-

tibus, foliis pubescentibus, radice subrepente. SCHRAD. Host. *gram. II. p. 37. t. 50.*

Radix fibrosa, subrepens, densum foliorum culmorumque caespitem sustinens. Culmi erecti, teretes vel teretiusculi, striati, glabri, sesquipediales, bipediales, in solo tertiori altiores: in aliis superiori parte nudi, in aliis toti foliorum vaginis tecti. Folia obtusiuscula, plana, margine et apicem versus ad carinam scabra, utrinque molliter pubescentia: culmea suprema foliis fasciculorum latiora, breviora et pilis rarioribus inspersa. Vaginae subcompressae, striatae: inferiores praecipue pilis brevibus, rigidulis, deorsum versus obsessae. Ligula obtusa cum acumine, primo crenulata aut denticulata, dein lacinulata: in foliorum fasciculis brevissima: in culmi vaginis superioribus paulo longior; duplo longior et acutior in vagina summa. Panicula et spiculae fere praecedentis; sed minores. Flosculi plerumque tres: terminali potissimum sterili. Glumae lanceolatae, tenuissimae, diaphanae: calycinae acutae, compressae, carina scabrae; inferiori minori, nervo unico; superiori majori, nervis tribus distincta: corollina exterior punctis scabris inspersa, quinquenervis, apice inaequaliter 3—5 dentata, e dorso medio aristata, arista valvula sua longior, primo recta, dein geniculato-retrofracta; interior paulo minor, apice subbifida vel tenuissime lacinulata, ad flexurae angulos glabra. Axis

pilosus, pilis flosculo vicino longioribus. Schrad l. c.

Variat culmis pedalibus, foliis nudis vaginaeque scabra et paniculae sesquiuncialis ramis solitariis simplicibus. AnA. sesquitertia, an A. pubescens Willdenovii hujus sit loci, annotatione Cl. Schraderi confusus, revera ignoro: adducit enim A. sesquiterciam Willd. qua synonymon et in nota eandem pro varietate A. distichophyllae declarat.

XLV. TRITICUM. Linne.

Cal. oppositus, bivalvis, solitarius, valvulis subaequalibus. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis muticis vel apice aristatis. Sem. corollae adnatum. SCHRAD.

138. *T. repens* spica disticha, glumis calycinis subquinenervis 4—8 floris, flosculisque muticis vel apice aristatis, radice repente. SCHRAD. WILLD. SCHREB. *gram. t. 26. f. 1—II. Flor. Dan. t. 748. Host. gram. II. p. 17. t. 21. Var. flosculis aristatis. VAILL. Bot. par. t. 17. f. 2.*

Radix longe lateque repens. Culmi 2—3 pedales, erecti, glabri. Folia undique scabra. Spica 2—4 uncialis, disticha, erecta. Rachis flexuosa, angulis scabra. Spiculae sessiles, solitariae oblongo-lanceolatae, e flosculis 4—9 compositae, virides. Glumae calycinae in brevem aristam protensae, versus apicem carinatae. Gluma corollina exterior a-

cūta mutica aut arista ipsa breviorē terminata. Variat calycibus muticis. Floret Junio, Julio in cultis; inter segetes; ad vias.

139. *T. intermedium*, glaucum, spica disticha, spiculis multifloris, calycis valvulis corollaeque valvula exteriorē obtusis truncatisve, racheos angulis scaberrimis, radice repente. *Host. gram. II. p. 18. t. 22.*

A praecedente facile distinguendum, cui habitu simile: culmis humilioribus, glaucis, quem autem colorem cultura amittit, foliis vaginisque pilis raris adspersis, calycibus, corollaeque gluma exteriori obtusis subpraemorsis.*) Circa Zaleszezyki DF. Cracoviae in collibus supra Podgorze. Floret Junio, Julio.

XXXVIII. LOLIUM. Linne.

Cal. lateralis, univalvis, fixus, solitarius, multiflorus. Cor. 2 valvis, valvulis lanceolatis: exteriori sub apice aristata vel mutica. Sem. corolla corticatum. *SCHRAD.*

140. *L. perenne* spica mutica, spiculis longioribus, radice perenni. *SCHRAD. WILLD. Host. gram. I. p. 20. t. 25.* Varietas tenuior. *L. tenue*, *WILLD.* et var. spica ramosa.

*) D. Flügge hoc cum *T. elongato* *Host.* confundisse videtur. Undique *T. intermedium* in collibus sabulosisque Austriae occurrit, *T. elongatum* Littoralis solum incola est.

Culmi vix pedales, sesquipedales, plures cum foliorum fasciculis in densum caespitem juncti, oblique adscendentes, subcompressi, glabri. Folia culmea planiuscula, ad oras et carinae partem superiorem scabra. Spica 4 — 8 uncialis, saepius arcuata, compressa, disticha, glabra. Rachis flexuosa, compressa, glabra. Spiculae alternae, sessiles, oblongo-ovatae vel lanceolatae, acutiusculae, muticae, compressae, simplices, 3 — 5 florum. In pratis, ad margines viarum, agrorum. Floret Junio — Augusto.

141. *L. temulentum* spica aristata, spiculis calyce minoribus, radice annua. *SCHRAD. WILLD. SCHREB. gram. t. 36. Flor. Dan. t. 160. Host. gram. I. p. 20. t. 26.*

Culmi subsolitarii, 2 — 3 pedales, erecti, teretes, superne cum rachi et nervis calycinae glumae scabri. Spica recta, similis praecedenti. Calycis gluma spiculam superat aut aequat. Spiculae terminalis calyx diphyllus. Gluma corollina exterior sub apice arista ipsa duplo longiori. Inter segetes. Floret Julio, Augusto.

XXXIII. HORDEUM. Linne.

Cal. lateralis, bivalvis uniflorus ternus: flosculo intermedio hermaphrodito, lateralibus masculis v. neutris. Cor. valvula exteriori apice aristata. Sem. corolla corticatum. *SCHRAD.*

142. *H. murinum* glumis calycinis intermediis lineari-lanceolatis ciliatis; exterioribus

setaceis scabris. SCHRAD. WILLD. HOST.
gram. I. p. 25. t. 32.

Radix fibrosa plures culmos sustinens. Culmi pedales et ultra adscendentes, glabri, saepe ad apicem usque vaginati. Vaginae laxae, subcompressae, striatae, suprema subventricosa. Spica 1—3 uncialis, disticha, viridis, erecta. Rachis articulata, fragilis, flexuosa, compressa, margine scabra. Flores distichi, imbricati, terni, intermedio subsessili, hermaphrodito; lateralibus minoribus, breviter pedicellatis, masculis vel neutris. Glumae calycinae hermaphroditi lineari-lanceolatae, trinerves, ciliatae, apice in aristam gluma sua multo longiorem, desinentes; masculorum exteriores setaceae, scabrae, haud ciliatae; interiores hermaphroditi glumis similes, sed angustiores et nonnisi interiori margine ciliatae. Glumae corollinae longitudine fere aequales, lanceolatae; exteriori dorso glabra, subcarinata, nervis quinque obsoletis distincta, apice aristata, arista, inprimis hermaphroditi floris, validiori et longiori, ac in glumis calycinis. Gluma corollina interior angustior apice bifida, ad flexurae angulos ciliata. Semen corolla corticatum. Schrad l. c.

Trigynia.

L. HOLOSTEUM. Linne.

143. *H. umbellatum* WILLD. *Flor. Dan.*
t. 1204. HAYNE *Choix d. pl. d'Eur.* KROKER
Flor. Sil. t. 31.

Tota glauca. Caules 3—6 unciales, oblique adscendentes. Folia opposita, lineari-oblonga, crassiuscula. Flores umbellas formant. Pedunculi elongantur primo sub anthesi et post florescentiam deflectuntur. Corollae albae. Stamina 3, 4, 5. Variat in solo sterili cauliculo unico, erecto, unciali, paucifloro. In arvis et cultis Cracoviae frequentissima. Floret Aprili, Majo.

Classis IV.

TETRANDRIA.

Monogynia

* *Flores monopetali, monospermi, superiori.* Aggregatae.

LI. DIPSACUS. Cal. communis polyphyllus: proprius (simplex) superus. Recept. paleaceum. WILLD.

LII. SCABIOSA. Cal. communis polyphyllus: proprius duplex superus. Recept. paleaceum s. nudum. WILLD.

** *Flores monopetali, monocarpi, superiori.*

LIII. SANGUISORBA. Cal. diphyllus inferus. (Corolla plana quadripartita). Germen (tetragonum) inter calycem et corollam. WILLD.

*** *Flores monopetali, dicocci, superiori.*

LIV. GALIUM. Cor. monopetala plana. Semina duo subrotunda. WILLD.

LV. VALANTIA. Flores polygami. Hermaphr. Cal. (sub) nullus (subinteger Jus-sieu) Cor. quadrifida. Stylus bifidus. Sem. unicum: altero saepius abortivo. Fl. mascul. Cor. plurimum trifida, tri-tetrandra: pistillo abortivo. Pers. *Syn. pl.*

LVI. ASPERULA. Cor. monopetala, infundibuliformis. Sem. duo globosa. WILLD.

LVII. SCHERARDIA. Cor. monopetala infundibuliformis. Sem. duo, tridentata. WILLD.

**** *Flores monopetali inferi.*

LVIII. PLANTAGO. Cal. quadrifidus. Cor. quadrifida, limbo reflexo. Stamina longissima. Caps. bilocularis circumscissa. WILLD.

**** *Flores monopetali inferi tetraspermi. Species plures ex Didynamia Gymnosperma ob stamina subaequalia.*

***** *Flores tetrapetali superi.*

* *Evonymus europaeus, verrucosus. Cardamine Impatiens ex Willd. Lythrum Hysopifolia. Schult.*

LVIII. TRAPA. Cal. quadripartitus. Cor. quadripetala. Nux spinis quatuor op-

positis cincta, quae calycis folia fuere. WILLD.

LX. CORNUS. Cal. quadridentatus. Pet. quatuor. Drupa infera nuce biloculari. SMITH.

***** *Flores incompleti.*

LXI. MAYANTHEMUM. Cal. nullus. Cor. quadripartita rotata. Bacca globosa quadrilocularis, loculis tribus abortivis. ROTH.

LXII. PARIETARIA. Cal. quadrifidus inferus. Cor. nulla. Stamina elastica. Semen unicum, calyce elongato tectum. Flores aliquot foeminei, calyce immutato (diphyllo) SMITH.

LXIII. ALCHEMILLA. Cal. octofidus, laciniis alternis minoribus, inferus. Cor. nulla. Semen unicum (raro duo) nudum. WILLD.

* *Thesium alpinum.*

Digynia.

LXIV. CUSCUTA. Cal. quadri-quinquefidus. Cor. quadri-quinquefida, Caps. bilocularis basi circumscissa. Sem. bina. Pers. *Syn.*

* *Gentianae quadrifidae. Ulmus suberosa Galia?*

Trigynia.

* *Holosteum umbellatum. Stellaria media. Tetragynia.*

LXV. SAGINA. Cal. tetraphyllus. Pet. quatuor. Caps. unilocularis. SMITH.

LXVI. RADIOLA. Cal. multifidus. Pet. quatuor. Caps. supera octovalvis, octolocularis. Sem. solitaria. SMITH.

LXVII. POTAMOGETON. Cal. nullus. Pet. quatuor. Stylus nullus. Sem. quatuor. WILLD.

* *Elatine Alsinastrum ex Jussieuo.*

TETRANDRIA.

Monogynia.

LI. DIPSACUS. Tournefort.

144. *D. sylvestris* foliis superioribus sessilibus serratis, paleis rectis, involucris inflexis capitulo longioribus B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 402.*

Folia inferiora connata. Flores dilute purpurei. Variat foliis superioribus integerrimis. Ad sepes humidiusculas, vias. Floret Julio, Augusto.

145. *D. laciniatus* foliis (omnibus) connatis, sinuatis (paleis subulatis, involucris patentissimis capitulo brevioribus). WILLD. JACQ. *Austr. t. 405.*

Flores pallide incarnato-lilacei. Variat foliis grosse crenato-serratis et superioribus integerrimis. Habitat et floret cum praecedente.

146. *D. pilosus* foliis petiolatis appendiculatis, involucris deflexis, capitulo aequalibus SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 248.*

Flores ochroleuci. Scabiosis habitu affinis. In montibus carpathicis DZK. Ad viam caesaream Jaroslaviae. Floret Aug.

LII. SCABIOSA Tournefort.

147. *S. succisa* corollulis quadrifidis aequalibus, caule (sub)simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 270.*

Folia integerrima. Flores subglobosi caeruleo-violacei. Variat α foliis glaberrimis, β foliis glabris basi ciliatis, ciliis uncinatis et γ foliis hirsutis. In pratis udis humidis. Floret Augusto, Septembri.

148. *S. arvensis* corollis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incisus, caule hispido SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 13. Flor. Dan. t. 447.*

Flores dilutae purpurei. Stellula seminis octoradiata. Variat foliis omnibus lanceolatis acutis subintegerrimis. In pratis. Floret Julio.

149. *S. sylvatica* corollulis quadrifidis radiantibus, foliis omnibus indivisis ovato-oblongis serratis, caule hispido. WILLD. JACQ. *Aust. t. 362.*

Caulis adpersus saepius punctis atro-purpureis. Folia magna elliptico-ovata, obtuse acuminata, superiora grosse serrata. Flores caeruleo-purpurascens. Stellula seminibus 10 — 12 radiata. In sylvaticis montium Carpathicorum DZK. In sylva inter Labowa et Krynica?

150. *S. ochroleuca* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus pinnatis, pinnis pinnatifidis, caulinis pinnatis linearibus, petiolis perfoliatis. B. WILLD, JACQ. *Austr. t. 439.* — Flores ochroleuci. In asperis lapidosis siccis. Floret Junio — Augusto.

LVII. SHERARDIA. Linne.

151. *S. arvensis*, foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus, WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 13. Flor. Dan. t. 439.*

Verticilli inferiores tetra-superiores hexaphylli. Flores purpurascens cincti foliolis octo. In arvis et segetibus circa Makow Circ. Myslenicensis usque ad pedem montis Babia Góra. Cracoviae in arvis collium supra Podgorze. Floret Julio, Augusto, Septembri.

LVI. ASPERULA. Linne.

152. *A. Aparine* foliis octonis lanceolatis scabris, margine carinaque retrorsum aculeatis, floribus paniculatis, fructibus granulatis. NOBIS.

Radix perennis. Caules paniculati tetragoni, angulis aculeato-scabris, geniculis laevibus. Rami diffusi. Folia octona, sena, lanceolata, basi attenuata, mucronata, supra scabra, ad marginem et costam retrorsum aculeata. Flores paniculato-corymbosi, pedunculis simplicibus, bi-trifidisque. Foliola floralia quaterna, terna aut solitaria. Corollae speciosae albae infundibuliformi-campulatae laciniis acutis. Germen glabrum. Fructus glabri granulati. Eandem plantam, Sibiriae quoque indigenam, e Russia sub nomine *Galii rubioides* D. Schott obtinuit et ob similitudinem cum *Galio Aparine* eodem insignivit nomine. Circa Zaleszczyki. DF. Leopoli in sylvae Krzywczycensis humidis circa stagna. Cracoviae ad Rudawam EC. Floret Julio. —

153. *A. odorata* foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido. SMITH. WILLD. *Curtis fasc. 4. t. 15. Flor. Dan. t. 562.*

Flores albi odorati. In sylvaticis Leopoli ad S. Sophiam; in monte supra Liszeniec. Circa Krynica. Cracoviae circa Bielany et in vallis Oycow monte altissimo. Circa Duklam E. C. Floret Majo, Junio.

154. *A. tinctoria* foliis inferioribus senis: intermediis quaternis, (summis binis); caule flaccido, floribus (fasciculatis ternis) plerisque trifidis. WILLD.

Flores albi. Radix rufa. Habitat in saxosis statim ad viam inter Stracz et Janow et in collibus sylvarum adjacentium. In saxosis vallis Oycow. Floret Junio.

155. *A. cynanchica* foliis linearibus quaternis; superioribus summe inaequalibus, foliis omnibus quadrifidis (fasciculato-corymbosis), fructu glabriusculo. SMITH.

E radice lignescente ascendunt plures caules pedales et ultra, tetragoni, glaberrimi, geniculis tumidis, ramos ipsi breviores emittentes, tandem trichotome deliquescentes. Folia linearia; margine revoluta, obtusiuscula, submucronata, glabra: inferiora subaequalia: superiorum opposita: minora, omnia inaequalia, ut par intermedium in stipulas minutas abeat. Flores in ramulis trichotomis fastigiati, sessiles, terni, suffulti bracteolis duabus lanceolatis, spinescentibus. Corollae infundibuliformes, quadrifidae, extus pubescentes, roseae. Fructus granulati. In collibus siccis asperis Leopoli. Floret Junio, Julio.

LV. VALANTIA. (*Vaillantia Hoffm.*)
Linne.

156. *V. cruciata* foliis ovato-ellipticis subhirsutis, caule superne piloso, pedunculis ramosis diphyllis. B. *Syst. Veg. Editio XV*
HOFFM. *Flor. germ.*

Caules adulti procumbunt, annotini floriferi adscendentes simplices. Folia quater-

na reticulato-venosa, obsolete trinervia. Flores flavi: masculi plerumque quadrifidi. In sepibus, umbrosis Leopoli frequens. Cracoviae rarior. Floret Majo, Junio.

157. *V. glabra* foliis ellipticis trinerviis ciliatis, caule superne glabro, pedunculis dichotomis aphyllis. B. *Syst. Veg.* HOFFM. SCHKUR. *Handb. t. 345.* WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 31. t. 32.*

Habitus praecedentis. Perfecte glabra exceptis ciliis foliorum. Flores ut supra. Variat caule inferne, foliisque subtus pubescenti-hirsutis. Habitat et floret cum praecedenti - at frequentior.

158. *V. tricornis*, pedunculis trifloris, floribus omnibus pedicellatis, fructu granulato, foliis suboctionis retrorsum aculeatis, ROTH. *Neue Beytr. z. Bot. I. T. p. 142.*

G. tricornis foliis suboctionis lanceolatis margine cauleque retrorsum aculeatis: pedunculis trifloris axillaribus, fructu granulato nutante. Smith. *Fl. Britt.*

G. spurium Willd. exclusis aliquibus synonymis.

Caulis plerumque simplicissimus cum foliis et pedunculis retrorsum aculeatis. Folia acuto mucrone terminata. Pedunculi alterni, trifidi, triflori. Flores omnes pedicellati, laterales plerumque abortivi et masculi, intermedio hermaphroditico et fertili. Pedicellus fructiger arcuato-reflexus; hinc fructus nutans. Semina globosa granulata seu

tuberculis parvis axasperata, magnitudine feminis Canuabis. Roth. l. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

LIV. GALIUM. (*Gallium* Juss.) Linne.

* *Fructu glabro.*

159. *G. palustre* foliis quaternis obovato-lanceolatis inaequalibus obtusis, caulibus diffusis superne ramosis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 423.*

Caulis retrorsum scabriusculi. Folia margine saepius scabra, angusta, inferiora quandoque sena. Pedunculi terminales dichotomi, trifidi, rarius bifidi. Flores nivei subcampanulati germine majores. In pratis humidis, fossis. Variat caule foliisque margine laevibus. Fructus magni deflexi. Floret aestate.

160. *G. verum* foliis octonis linearibus sulcatis; floribus paniculatis, ramis floriferis brevibus. PERS. *Syn. pl.* WILLD. *Curtis fasc. 6. t. 13. Flor. Dan. t. 1146.*

Flores flavi. Variat rarius sulphureis. In pratis collibus, aggeribus. Floret Julio Augusto.

161. *G. Mollugo* foliis octonis elliptico-lanceolatis obtusiusculis mucronatis, margine scabris, floribus paniculatis divaricatis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 155.*

Var. *G. caule* foliisque inferne pubescentibus *G. Mollugo* Lumnitz flor. pos. var. altera e Schrad. *spic. fl. germ. p. 16.*

Caulis ramosissimus debilis, tetragonus glaber, ad genicula incrassatus. Folia glabra, margine aculeato-ciliata, patentissima vel plane reflexa. Flores albi. Fructus rugoso-granulati parvi. — Caulis varietatis adscendens, pedalis, basi foliorumque costa subtus pubescens. In saepibus ad dumeta, Floret Julio, Augusto.

162. *G. sylvaticum* foliis octonis laevibus subtus scabris: floralibus binis, pedunculis capillaribus, caule laevi. WILLD?

Caulis 3 — 5 pedalis, e decumbenti erectiusculi, ramosissimi, ramis patentissimis, obtusissime oblique angulati, teretiusculi, superne tetragono-teretes. Genicula maxima. Folia octona, lato-lanceolata, horizontaliter patentia, margine scabra, carna laevisima, glauca mucrone albo firmo. Ramuli tetragoni, ut plurimum trichotomi, pedunculi divergentes, recti, triflori, foliolis inferioribus quaternis, ternis; superius binis aut solitariis. Flores majores quam in *G. Mollugo*. Corolla plana, mucronato-aristata, mucrone patente. Antherae primum flavae, dein fuscae, Stylus profunde bifidus, divergens, stigmatibus capitatis. Germina compressiuscula, laevia. Fructus nigri rugosuli. Ex hisce apparet vel *Gallium* hocce esse propriam speciem a *G. sylvatico* et reliquis notis diversam vel definitio in *Spec. pl.* data est corrigenda. In fruticosis. Floret Julio.

163. *G. glaucum* foliis suboctonis linearibus margine revolutis subtus laevibus, ramis pedunculisque (sub)trichotomis, corollis companulatis. PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr. t.* 81.

Glaucescens. Corollae albae magnae. In saxosis circa Zaleszczyki. DF. Floret Junio.

** *Fructu scabro.*

164. *G. uliginosum* foliis senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu majoribus. WILLD.

Caulis diffusi. exacte tetragoni, retrorsum scabri. Folia saepe arcuatim reflexa. Flores albi. In udis, paludosis. Floret Junio, Julio.

*** *Fructu hispido.*

165. *G. boreale*, foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, seminibus hispidis, WILLD.

Caulis acute tetragonus, scabriusculus, geniculis tumidis, rubellis. Foliola floralia bina ovata trinervia. Flores albidis. Leopoli in pratis humidiusculis infra Krzyweczyce; in collinis apricis; Cracoviae in pratis collinis. Floret Junio, Julio.

166. *G. rotundifolium* foliis quaternis subrotundo-obovatis trinerviis hispido-ciliatis, caulibus diffusis procumbentibus, pedunculis subnudis elongatis subdichotomis, fructibus

bus hispidis. VEST. *Manuale botan.* WILLD. JACQ. *Austr. t.* 94.

Flores albi. Setae fructuum uncinatae. In syl'a ad pedem montis Babia Góra versus septentrionem. Floret Jul. Aug. Sept., ubi semina matura quoque vidimus.

167. *G. infestum* foliis octonis linearilanceolatis mucronatis scaberrimis, carina caulisque marginibus retrorsum aculeatis, geniculorum angulis subvillosis, floribus minutis (flavescentibus), fructibus uncinato-scabris reniformibus. B. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p.* 226. *t.* 202.

Simillimum *G. Aparine*, a quo differt habitu teneriori, caule bi-ad summum tripedali; foliis minoribus, angustioribus, geniculis quandoque nudis; floribus minimis flavescentibus; et fructibus minoribus, magis reniformibus, setis vix dimidiam lineae partem aequantibus, uncinatis.

Foliorum inferiorum setae margine sitae magis postorsum, superiorum magis antrorsum directae sunt; at neque hoc constant lege.

Ad vias, interque segetes Cracoviae vulgaris. Floret Junio, Julio.

168. *G. Aparine* foliis octonis lanceolatis (mucronatis), carinis scabris (caulisque marginibus) retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructibus globosis hispidis. WILLD.

Caulis flaccidus, fragilis, ramosus, ramis brevibus, supra geniculis marginibus ciliatopilosis. Folia undique, magis tamen margine carinaque retrorsum aculeata, aculeis subuncinatis, modo antrorsum, modo retrorsum directis. Flores albi in pedunculis parum divisus brevibus. Germen hispidum, saepe nigrum. Pedunculi fructiferi parum recurvi. Fructus magni, setis uncinatis hispidi. Inter segetes ad sepes. Floret aestate.

LXI. MAYANTHEMUM. Roth.

169. *M. Conallaria*, foliis cordatis, floribus racemosis. B. ROTH. *Fl. Ger. Conallaria bifolia* WILLD. *Flor. Dan. t. 291.*

Caulis plerumque bifolius. Pedunculi gemini. Flores albi. In sylvaticis lucidis. Floret Majo, Junio.

LVIII. PLANTAGO. Tournefort.

* *acaules.*

170. *P. major*, foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica elongata, flosculis imbricatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 461.*

Corollae lacinae diaphanae. Filamenta alba. Antherae luteae. Ad vias, in cultis. Floret aestate.

171. *P. media* foliis ovato-lanceolatis pubescentibus, scapo tereti, spica cylindrica. WILLD. *Flor. Dan. t. 581.*
Filamenta purpurea. Antherae al-

bidae. In pascuis sterilibus, apricis, siccis. Floret Majo, Junio, Julio.

172. *P. altissima* foliis lanceolatis, spica oblongo-cylindrica, scapo quinquangulati. B. WILLD. JACQ. *Observ. 4. t. 83.*

Folia nequaquam *P. altissimam* et lanceolatam distinguunt; utriusque sunt folia quinque-septemnervia, nervis subtus hirsutulis aut nudis; modo integerrima, modo remote denticulata. Magnitudo distinguit has species primo intuitu. Illa habet folia sesquipedalia, scapos tripedales: haec folia ad summum spithamaea et scapos sesquipedales. Spicularum color sistit aliam differentiam. In *P. altissima* bractearum margines lati spadicei subdiaphani; in altera autem bractea profunde fuscae, margine angustissimo albedo. Anne hi characteres constantes? — Ad viam inter Leopolim et Grzybowice. Floret Julio, Augusto.

173. *P. lanceolata* foliis lanceolatis, spica ovato-oblonga, scapo sulcato-angulato. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 437. Curt. fasc. 2. t. 10.*
Scapus angulis septem Scopolio, Spicae fuscae, juniores fere nigrae. Variat spicis compositis. In pratis, cultis. Floret Junio, Julio.

** *caulescentes.*

174. *P. arenaria* piloso-cana, caule erecto ramoso, foliis subintegerrimis, capitulis foliatis; bracteis, foliolisque calycinis o-

vatis. WALDST. et KIT. *P. rar. Hung. I. p.*
51. t. 51. WILLD. *Anleit. z. Selbststud. p. 122.*

Caulis spithameus. Folia linearia, acuta.
Antherae flavescens. Habitat in arenosis
Leopoli prope viam versus Janow. Circa Ja-
worow, Krakowiec. Floret Julio, Augusto.

LIII. SANGUISORBA. Ludwig.

175. *S. officinalis* spicis ellipticis. B. WILLD.

β auriculata.

Caulis bipedalis et altra subcorymboso-
ramosus. Folia pinnata, foliolis oblongis;
radicalium cordatis, acute serratis, petiola-
tis, basi substipulatis; caulinarum petiolus
communis stipulatus, stipula lunata extus ser-
rata. Spicae profunde purpureae ellipticae,
oblongo-cylindricae, aut obovatae.

In pratis humidis cum Scabiosa succisa et
aliis. Floret Julio, Aug.

LX. CORNUS. Tournefort.

176. *C. sanguinea* ramis rectis, foliis o-
vatis concoloribus, cymis nudis, planis
SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 481.*

Frutex ramis oppositis, teretibus, sangui-
neis. Folia ovato-elliptica breviter acumina-
ta. Flores albi. Fructus nigri. In frutice-
tis, sepibus. Floret Majo.

LIX. TRAPA. Linne.

177. *T. natans* (petiolis ventricosus), nucis
quadricornibus, spinis patentibus. WILLD.

Folia rhombea. In stagnis et paludibus
Cracoviae. Floret Julio, Aug.

LXII. PARIETARIA. Tournefort.

178. *P. officinalis* foliis lanceolato-ova-
tis basi uninerviis, involucri laciniis ovatis,
caule erectiusculo. SMITH. WILLD.

Caulis ramosus patens. Folia utrinque
attenuata, petiolata. Glomeruli dimidiati.
Flores axillares virides.

Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae in monte
monasterii P. P. Comaldensium intra muros.
Floret Junio — Sept.

LXIII. ALCHEMILLA. Tournefort.

179. *A. vulgaris* foliis subnovemlobis
plicatis acute serratis, corymbis terminalibus
B. WILLD. *Flor. Dan. t. 693.*

Flores viridi-flavescens. In pratis um-
brosis, sylvaticis. Floret Junio, Julio.

180. *A. Aphanes* foliis tripartitis, laciniis
trifidis pubescentibus, floribus axillaribus
glomeratis (sub)monandris. WILLD. *Aphanes*
arvensis Linn. *Flor. Dan. t. 973.*

Stamen plerumque unum aut reliqua a-
bortientia. Semina bina in horto bot. vidi.
In arvis Leopoli rarissima. Cracoviae ad S.
Pronislawam frequentissima. Floret tota
aestate.

Digynia.

LXIV. CUSCUTA. Tournefort.

181. *C. vulgaris* floribus subsessilibus, corolla 4—5 fida, 4—5 andra fauce nuda, stigmatibus acutis. PERS. Syn. *C. europaea* WILLD. Flor. Dan. t. 199.

Planta parasitica constans ex filamentis ultra semilineam crassis, longis ramosis, rubellis fasciculatis, floribus in capitula globosa glomeratis sessilibus pallide rubris aut albis, axillaribus. Variat staminibus 4—5. Associans se Urticae et aliis herbis. Floret Junio, Augusto. Saepissime cum *C. epithymo* confunditur, quae multo tenerior, caulibus capillaribus, glomerulis parvis paucifloris ovatis, bracteis membranaceis obvallatis, fauceque corollae squamulis instructa se distinguit.

Tetragynia.

LXVI. RADIOLA. Dillen.

182. *R. Millegrana*. SMITH. *Linum Rhadiola* WILLD. Flor. Dan. t. 178.

Plantula uncialis, biuncialisve. Caulis dichotomus, ramosissimus, corymbosus. Folia opposita, ovata. Flores e dichotomia caulis, pedunculati, solitarii, erecti et terminales exigui albi. Calyx monophyllus, semi-quadrifidus, laciniis trifidis. Petala obovata. Stamina aequalia. Styli breves, stigmatibus capitatis. Capsula structurae Lini. In agris collinis inter Janow et Lelechowka. Cracoviae in subulosis inundatis versus Mogyla. P. Floret Julio Augusto.

LXVII. POTAMOGETON. Tournefort.

183. *P. natans* foliis (superioribus) nantibus petiolatis ellipticis (coriaceis) basi rotundatis subcordatis. WILLD. Flor. Dan. t. 1025.

Spicae fusco-virides. Leopoli in tertio stagno sylvae Krzywczyc; Cracoviae in paludibus circa Rybaki. Floret Junio Julio.

184. *P. lucens* foliis ovato-lanceolatis (lucidis) planis in petiolum attenuatis, spica multiflora coarctata. SMITH. WILLD. Flor. Dan. t. 193.

Folia transperentia. Spicae virides. Vidi specimina foliorum costis elongatis instar macroonis. Leopoli in stagno vulgo dicto Pannieski. Cracoviae cum praecedenti. Floret eodem tempore.

185. *P. crispum*, foliis oblongo-linearibus trinerviis obtusis alternis oppositisve undulatis serrulatis B. WILLD. Curt. fasc. 5. t. 15. Flor. Dan. t. 927.

Caulis rubescentes, subdichotomi, subcompressi. Folia oblongo-linearia, nequaquam lanceolata, margine serrulato, undulata, semiamplexicaulia lucida, superiora conferta, disticha, alterna. Stipulae latae, obtusae. Spica pauciflora, floribus brunneo-rubrescentibus remotiusculis. In aquis stagnantibus. Floret Junio.

186. *P. compressum* foliis linearibus ob-

tusis, caule ancipiti. B. WILLELD. *Flor. Dan.* t. 203.

Folia basi distincta, patentia. Stipulae intrafoliaceae foliis angustiores. In aquis stagnantibus vel lente fluentibus Cracoviae. Floret Junio, Julio.

187. *P. marinum* foliis linearibus (acutis) alternis distinctis inferne vaginantibus. WILLELD. *Flor. Dan.* t. 186. VAILL. bot. par. t. 31. f. 3.

Caulis superne ramosi, ramulis subdichotomis brevibus. Foliorum vaginae utrinque auriculatae, auriculis acutis. Spicae minimae. Pro una eademque specie cum *P. pectinato* declarat Cl. Smith, Leopoli in Bogdanowka P. Schk.

183. *P. pusillum* foliis linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus (stipulis intrafoliaceis foliis latioribus) caule tereti. WILLELD. VAILL. bot. par. t. 32. f. 4. Pedunculi emersi pauciflori. Flores viridescentes. In fossis Cracoviae. Floret Junio.

LXV. SAGINA. Linne.

189. *S. procumbens* caulibus procumbentibus glabris, petalis brevissimis. SMITH, WILLELD. *Curt. fasc.* 3. t. 12.

Radix fibrosa. Caulis plurimi, radican-tes, foliosi, 1 — 3 pollicares. Folia linearia.

mucronata, glabra, connata; radicalia caespitosa. Pedunculi axillares; solitarii, foliis longiores, uniflori. Flores subnutantes, herbacei. Calyx patens, foliolis obtusis. Petala calyce duplo breviora, integra. Capsula ovata. Smith. l. c.

In pascuis arvisque. Floret Majo — Julio.

Classis V.

PENTANDRIA.

Monogynia.

* Flores monopetali inferi dispermi:

Asperifoliae.

LXVIII. CERINTHE Cor. limbus tubulato - ventricosus: fauce pervia. Nuclei duae biloculares. PERS. *Syn. pl.*

** Flores monopet. inf. tetraspermi.

Asperifoliae

LXIX. ECHIUM Corolla ut plurimum irregularis, fauce nuda ampla PERS. *Syn.*

LXX. PULMONARIA Cor. infundibuliformis, fauce pervia. Cal. prismaticus pentagonus. WILLELD.

LXXI. LITHOSPERMUM Cor. infun-

dibuliformis, fauce perforata nuda. Cal. quinquepartitus. Sem. olea. PERS. *Syn.*

LXXIII. SYMPHYTUM. Cor. tubus tubulato-ventricosus, fauce clausa radiis subulatis. WILLD.

LXXIV. LYCOPSIS. Corolla fauce ornata, infundibuliformis, tubo curvato. SMITH.

LXXV. ASPERUGO. (Cal. quinquefidus; laciniis interjecti denticuli minimi bini. Cor. infundibuliformis subclausa fornicibus) Cal. fructus compressus; lamellis plano-parallelis, sinuatis.

LXXVI. CYNOGLOSSUM. Cor. infundibuliformis fauce clausa fornicibus. Sem. quatuor depressa interiore latere tantum stylo affixa. WILLD.

LXXVII. ANCHUSA. infundibuliformis fauce clausa fornicibus. Sem. basi insculpta. WILLD.

LXXVIII. MYOSOTIS. Cor. hypocrateriformis, quinquefida (sub)emarginata, fauce clausa fornicibus. WILLD.

*** Flores monopetali inferi angiospermi.

LXXIX. ANAGALLIS. Cor. rotata. Stamina (basi) hirsuta. Caps. circumscissa. SMITH.

LXXX. LYSIMACHIA. Cor. rotata. Caps. globosa, mucronata, decemvalvis. (Stamina in nonnullis monodelpha). WILLD.

LXXXI. SOLDANELLA. Cor. campanulata, lacero-multifida. Caps. unilocularis, apice multidentata. WILLD.

LXXXII. PRIMULA. Involucr. umbellulae. Cor. tubus cylindricus, ore pervio, limbo emarginato. Stigma globosum. Caps. unilocularis ore decemfido. PERS. *Syn.*

LXXXIII. ANDROSACE. Involucr. umbellulae. Cor. tubus ovatus ore glanduloso. Caps. unilocularis, ovato-globosa, quinquefariam debiscens, polysperma. PERS. *Syn.*

LXXXIV. HOTTONIA. Cor. hypocrateriform. Stam. tubo corollae imposita. Stigma globosum. Caps. unilocularis. PERS. *Syn.*

LXXXV. MENYANTHES. Cor. hirsuta. Stigma bifidum. Caps. unilocularis. WILLD.

LXXXVI. CONVULVULUS. Cor. campanulata, plicata. Stigma. duo (simplicia). Caps. bi-trilocul, loculis dispermis. SMITH.

LXXXVII. DATURA. Cor. infundibuliformis, plicata. Cal. tubulosus angulatus deciduus. Caps. quadrivalvis. WILLD.

LXXXVIII. HYOSCIAMUS. Cor. infundibuliformis (campanulata in H. Scopolia) obtusa. Stam. inclinata. Caps. operculata bilocularis. WILLD.

LXXXIX. VERBASCUM. Cor. rotata irregularis. Stam. declinata villosa. Caps. bilocularis, valvulis inflexis polysperma. Stigma simplex. SMITH.

XC. ERYTHRAEA. Cal. adpressus (adnatus in E. Centaurium.) subpentagonus, quinquedentatus (quinquefidus in nostratibus). Cor. infundibuliformis, tubo longo. Antherae post anthesin spiraliter tortae. Stigm. duo approximata, rarius simplex. Caps. sublinearis, unilocularis; (valvulis inflexis bilocularis in nostratibus). Recept. extantia PERS. *Syn.*

XCI. POLEMONIUM. Cor. quinquepartita, fundo clauso valvis staminiferis. Stigma trifidum. Caps. trilocularis WILLD.

XCII. VINCA. Contorta. Cor. hypocrateriformis, fauce pentagona. Folliculi duo erecti, teretes, angusti. Sem. oblonga nuda. PERS. *Syn.*

XCIII. VINCETOXICUM. Contorta. Cor. rotata erecta. Nectar. squamulas, s. callas quinque carnosas, retusas, sistens. Folliculi duo: seminibus comosis, PERS. *Syn.*

XCIV. SOLANUM. Cor. rotata. Antherae subcoalitae, apice poro gemino dehiscentes. Bacca bilocularis. WILLD.

XCV. PHYSALIS. Cor. rotata, Stam. conniventia. Bacca intra calycem inflatum, bilocularis. WILLD.

XCVI. ATROPA. Cor. campanulata stam. distantia. Bacca globosa bilocularis. WILLD.

**** *Flores monopetali superi.*

XCVII. JASIONE. Cor. rotata, quinquepartita; laciniis linearibus. Stigma clavatum, trifidum. Antherae basi connexae. Caps. infera, semi bilocularis, apice dehiscens. SMITH.

XCVIII. PHYTEUMA. Cor. quinquepartita, (primo teres) laciniis linearibus. Stigma bi-trifidum. Caps. bi-trilocularis, lateraliter (aut poris) dehiscens. WILLD.

XCIX. CAMPANULA. Cor. campanulata, fundo clauso valvis staminiferis. Stigma trifidum. Caps. infera poris lateralibus dehiscens. WILLD.

C. LONICERA. Cor. monopetala irregularis. Bacca polysperma. SMITH.

**** *Flores pentapetali inferi;*

CI. RHAMNUS. Cal. urceolatus. Cor. petala stamina munientia, calyci inserta, qua-

tuor-quinque. Stigma simplex aut quadrifidum. Bacca tri-tetrasperma. Pers. *Syn.*

CII EVONYMUS. Cal. planus Cor. tetrapetala. Caps. tetra-pentagona, quadri-quinquelocularis, quadri-quinquevalvis, colorata. Sem. calyptrata. SMITH.

CIII. IMPATIENS. Cal. diphyllus. Cor. pentapetala irregularis, nectario cucullato. Antherae apice crenatae. Caps. quinquevalvis elastica. SMITH.

CIV. VIOLA. Cal. pentaphyllus basi productus. Cor. pentapetala, irregularis, postice cornuta. Antherae (sub)cohaerentes. Caps. bivalvis, unilocularis. WILLD.

***** *Flores pentapetali superi.*

CV. RIBES. Pet. quinque et stam. calyci inserta. Stylus (sub)trifidus. Bacca polysperma. WILLD.

CVI. HEDERA. Pet. 5 oblonga. Bacca 5 sperma, calyce cincta. WILLD.

***** *Flores incompleti inferi.*

Polygonum Amphibium.

***** *Flores incompleti superi.*

CVII. THESIUM. Cal. monophyllus, cui stamina inserta; Nux monosperma. WILLD.

Digynia.

* *Flores monopetali inferi.*

CVIII. GENTIANA. Cor. monopetala. Caps. bivalvis, unilocularis. Recept. duobus longitudinalibus WILLD.

CIX. SWERTIA. Cor. rotata, Nectariferi pori ad basin laciniarum corollae. Caps. unilocularis, bivalvis. WILLD.

Polygonum Amphibium Cuscuta.

** *Flores pentapetali inferi.*

Staphilea pinnata.

*** *Flores incompleti.*

CX. ATRIPLEX. Hermaphr. Cal. quinque partitus inferus. Cor. nulla. Sem. unicum depressum. Faem. Cal. diphyllus. Cor. nulla. Sem. unicum compressum (calyce aucto tectum.) SMITH.

CXI. CHENOPODIUM. Cal. quinque partitus, inferus. Cor. nulla. Sem. unicum lenticulare, calyce clauso (sub)pentagono, tectum. SMITH.

CXII. HERNIARIA. Cal. quinquepartitus inferus. Cor. nulla. Stamina squamis quinque filiformibus interjectis. Caps. monosperma calyce tecta. SMITH.

CXIII. ULMUS. Cal. quinquefidus, (ia-

ferus, persistens). Cor. nulla. Samara compresso-membranacea. WILLD.

Scleranthus annuus ex Persoonio et Leersio.

*** Flores pentapetali superi, dispermi:

UMBELLATAE.

A. Involucro universali partialique seu involucellis.

CXIV. ERYNGIUM. Flores capitati. Invol. polyphyllum. Recept. commune conicum paleaceum. Fructus (coronatus) muricatus. SMITH.

CXV. SANICULA. Umbellae confertae subcapitatae, Fruct. setis uncinatis muricatus. Flor. disci abortientes. SMITH.

CXVI. ASTRANTIA. Involucra partialia lanceolata patentia, aequalia floribus longiora, colorata. Flor. plurimi abortientes. WILLD.

CXVII. HERACLEUM. Involucr. caducum. Flor. radii abortivi. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ellipticus, emarginatus, compressus, striatus, marginatus. WILLD.

CXVIII. CAUCALIS. Involucr. indivisa aut nulla. Cor. radiatae. Flor. disci masculi. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. setis hispida. WILLD.

CXIX. DAUCUS. Involucr. pinnatifida. Cor. radiatae. Flor. disci abortivi. Fruct. pilis hispidus. SMITH.

CXX. CORIANDRUM. Involucr. monophyllum. Cor. radiata, Pet. inflexo-emarginata, Flor. flosculosi abortivi. Fruct. sphaericus. WILLD.

CXXI. LASERPITIUM. Flor. medii abortivi. Pet. inflexa. Fructus oblongus angulis membranaceis WILLD.

CXXII. PEUCEDANUM. Involucella brevissima, flores disci abortivi. Fruct. ovatus, utrinque striatus ala cinctus. SMITH.

CXXIII. CONIUM. Involucel. dimidiata, subtriphylla. Flor. omnes fertiles. Fruct. ovatus gibbus, utrinque quinquecostatus, costis ante maturitatem crispis. SMITH.

CXXIV. ATHAMANTA. Involucr. polyphyllum. Flor. omnes fertiles. Fruct. ovato-oblongus pubescens striatus. PERS. Syn.

CXXV. BUPLEURUM. Flor. omnes fertiles. Pet. involuta Fruct. compressus striatus. SMITH.

CXXVI. SIUM. Pet. cordata uniformia Flor. plerique fertiles, Fruct. subovatus compressus striatus. SMITH.

CXXVII. SELINUM. Involucr. reflexum. Pet. inflexo-cordata aequalia Fruct. ovali-oblongus, compresso-planus medio striatus WILLD. (Inclusa Athamanta Cervaria et Oroselinum)

CXXVIII. FERULA Involucr. (saepius) caducum. Involucel. polyphylla. Flor. plerique fertiles: Pet. involutis integris. Fruct. compresso-planus striis utrinque tribus. PERS. *Syn.*

CXXIX. LIGUSTICUM. Involucr. membranacea. Cal. quinqueidentatus. Flor. aequales fertiles: Pet. involutis integris. Fruct. oblongus utrinque quadrisulcatus. Juss. *gen. pl.*

CXXX. IMPERATORIA. Cal. integer. Petala inflexo-emarginata, subaequalia. Fructus compressus, ellipticus margine cinctus, utrinque tricostatus. Involucrum nullum. *Syn. Fl. Gall.*

CXXXI. MEUM. Involucr. monophyllum. Involucel. dimidiata. Cal. obsoletus. Flor. plerique fertiles. Pet. inflexa integra. Fruct. elliptico-oblongus tricostatus utrinque. SMITH.

* *Pastinaca sativa. Cicuta virosa.* Schult.
B. Involucro nullo, involucellis praesentibus.

CXXXII. AETHUSA. Involucel. dimidiata, triphylla (pendula) Flor. subradiantes fertiles. Fruct. striatus. WILLD.

CXXXIII. CEREFOLIUM. Involucel. polyphylla reflexa. Pet. inflexo-cordata. Flor. disci saepe abortivi. Fructus laevis subulatus. PERS. *Syn. pl.*

CXXXIV. CHAEROPHYLLUM. Involucel. polyphylla reflexa. Pet. inflexo-cordata. Flor. disci abortivi. Fruct. oblongus striatus glaber. PERS. *Syn. pl.*

CXXXV. PHELLANDRIUM. Flosc. omnes fertiles, disci minores. Fruct. ovatus laevis, coronatus perianthio et pistillo. WILLD.

CXXXVI. ANGELICA. Cal. subquinqueidentatus. Petala lanceolata ineurva. Fructus ovatus, rotundusve angulosus glaber. Semina (convexa), quinquecostata, costis lateralibus majoribus (disantibus) *Syn. Fl. Gall.*

CXXXVII. SESELI Involucr. submonophyllum. Umbellae globosae. Flores omnes fertiles. Fruct. ovatus striatus. WILLD.

CXXXVIII. CICUTA. Flor. omnes fertiles, aequales. Fruct. subovatus, sulcatus. WILLD.

* *Bupleurum rotundifolium. Caucais*

daucoides. Ferula, nodiflora. Heraclea. Imperatoria palustris. Selina nonnulla.

C. Involucris et involucellis nullis.

CXXXIX. CARUM. Involuc. (sub) monophyllum. (Flor. disci saepe abortivi). Pet. carinata, inflexo emarginata. Fructus ovato-oblongus, striatus. WILLD.

CXL. PASTINACA. Pet. involuta integra. Fructus ellipticus, compresso-planus. SMITH.

CXLI. AEGOPODIUM. Flores omnes fertiles. Pet. inflexo-cordata inaequalia, Fruct. ovato-oblongus costatus. SMITH.

CLXII. PIMPINELLA. Flores omnes fertiles. Pet. inflexa. Stigma. subglobosa, Fructus ovato-oblongus striatus. SMITH.

Trigynia.

* *Flores superi.*

CXLIII. VIBURNUM. Cal. quinquepartitus. Cor. quinquefida. Bacca (aut Drupa) monosperma. WILLD.

CXLIV. SAMBUCUS. Cal. quinquepartitus. Cor. quinquefida. Bacca trisperma. * *Flores inferi.*

CXLV. STAPHYLEA. Cal. quinque-

partitus. Pet. quinque. Caps. inflatae, connatae. Nuces duae globosae cum cicatrice. WILLD.

* *Tamarix Willd. Stellaria media. Holosteum umbellatum. Arenaria rubra ex Persoonio.*

Tetragynia.

CXLVI. PARNASSIA. Cal. quinquepartitus. Pet. quinque. Nectar. quinque cordata, ciliata apicibus glandulosis. Caps. quadrivalvis. WILLD.

Pentagynia.

CXLVII. LINUM. Cal. quinquephyllus. Pet. quinque. Caps. quinquevalvis, decemocularis. Sem. solitaria. WILLD.

CXLVIII. DROSERA. Cal. quinquefidus. Pet. quinque. Caps. unilocularis, apice (tri-) quinquevalvis. Sem. plurima. WILLD.

* *Cerastium. semidecandrum. Spargula arvensis. Smith. Pers. Adoxa Moschatellina. Erodium cicutarium.*

Hexagynia.

* *Drosera rotundifolia.*

Pologynia.

CXLIX. MYOSURUS. Cal. quinquephyllus, basi porrectus (deciduus). Pet. (Nectar. Pers), quinque lingulata, ungue tubuloso nectarifero. Sem. numerosa nuda. SMITH.

PENTANDRIA.

Monogynia.

LXXVIII. MYOSOTIS. Linne.

190. *M. palustris* seminibus laevibus, calycibus quinquedentatis scabris, corollae tubum subaequantibus: dentibus subaequalibus obtusiusculis, caule recto simplici, foliis lanceolatis obtusiusculis, radice perenni. B. ROTH. *Fl. Germ. M. scorpioides* WILLD.

Calyces pilis parvis adpressis hirti. Dentes calycini vix tertiam partem longitudinis totius calycis aequant, lati, et plus minusve acuti: fructiferi subcampanulati, dentibus conniventibus. Corollae formosae ab initio carnea, dein azureae, fornicibus flavis. Variat corollis albis rarius.

In pratis humidis, uliginosis. Floret Majo, Junio.

191. *M. montana*, seminibus laevibus, calycibus quinquefidis, hamoso-hispidis, corollae tubum aequantibus; laciniis inaequalibus lanceolatis acutis trinerviis, caulibus erectis, foliis oblongo-lanceolatis obtusiusculis, radice perenni. B. M. *sylvatica* ЕНН Iconem *Flor. Dan.* 583. huc refero ob calyces quinquefidos.

Calyx pilis sursum aduncis basi hispidus, ad duas tertias fissus; lacinae duae in-

feriores in fructiferis latiores longioresque. Corolla ut in praecedente. Planta magis hirsuta. Nomen mu.o. quoniam semper in montosis apricis, nunquam autem in sylvis hanc Myosotidem vidi. Circa Zaleszczyki DF. Prope Krynicam. In valle Oycow copiosissima. Circa Duklam. E. C. Floret Majo — Octobri.

192. *M. arvensis* seminibus laevibus, calycibus quinquefidis hamoso-hispidis tubo corollae subaequalibus, laciniis inaequalibus, racemis multifloris: fructiferis elongatis patentibus strictis, pedunculis distiche cernuis, caulibus rectis parum ramosis, foliis caulibus ligulatis, radice annua. B. WILLD. *M. Scorpioides arvensis* KROCKER. *Flor. Siles.*

193. *M. sparsiflora* seminibus laevibus, calycibus quinquefidis subhamoso-hispidis, tubum corollae superantibus; laciniis subaequalibus, racemis paucifloris laxis: pedunculis fructiferis deflexis, caulibus diffusis ramosis, foliis obovato-lanceolatis, radice annua. B.

M. mit glattem sehr glänzenden Saamen fast einfachen, zerstreutblühendem fünfeckigen Stengel, und länglicht-lancettförmigen halberablaufenden Blättern. Mikan jun. Pohl. in Hoppe Taschenb. 1807. p. 74.

M. scorpioides Krock. *M. sepium* Catal. hort. bot. Cracov.

Has duas species sub titulo *M. arvensis* Krocker qua varietates distinxit, nequaquam tamen strictiori tentamini subiecit. Prior in campis siccis, arvisque occurrit copiosissime, ut agros, illos a longinquo aspiciendo, caesio tegumento induat. Habet tunc planta duorum, quatuorve pollicum altitudinem, vidi tamen et sesquipedalia fructifera exemplaria inter segetes prataque. Radix parva fibrosa. Folia radicalia caespitosa, obovato-lanceolata, caulina ligulata obtusa apice parum callosa. Caules plures ascendunt parum ramosi, terminati racemis nudis, in formam caudae scorpionis, ut in praecedentibus convolutis. Omnes hae partes pilis canis, densis brevibus rigidulis immixtis hamosis hirsutae. Flores brevissime pedunculati et in axillis foliorum superiorum occurrunt. Calyces hirsuti, basi pilis hamosis hispidi: laciniis lanceolato-linearibus acutis trinerviis, duabus in fructiferis manifeste majoribus. Corollae vix emarginatae, minutae pallide azurei, fauce flava. Pedunculi fructiferi elongantur, fiunt cernuo-patentes, distichi. Semina ovata, compresso-trigona, nitida, laevia, atrae. Haec (*M. sparsiflora*) ad vias, sepes, in pomariis vulgatissima, succulenta, habitus laxi. Radix parva fibrosa annua. Folia in petiolos attenuata; radicalia pauca obovata; caulina oblongo-lanceolata obtusiuscula apice callosa, petiolorum lateribus in caulem decurrentibus. Caules diffusi, ramosi, quinqueangulares cum folii horti, pilis caulis, deflexis, terminati racemis brevibus paucifloris pa-

petentibus. Flores solitarii pedunculati, in axillis quoque foliorum superiorum. Calyces hirti, paucis pilis hamosis tecti, laciniis lanceolatis acutis, excisuras limbi corollae aequantibus. Pedunculi teretes; fructiferi elongati, deflexi. Corolla azurea medio pallida, nequaquam emarginata; medium quo ad magnitudinem tenet inter illas praecedentis minoris et majoris altitudinis. Semina, ut in superiori, parum solummodo majora. Nostram eandem cum boemica esse, specimen ab Autore ipso Dno Schott. communicatum me convicit. Floret a Majo in Augustum.

194. *M. Lappula*, seminibus (globosis, undique echinatis) aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. WILLD. *Flor. Dan.* t. 692.

Planta altitudinis variae, caule sub anthesi plerumque simplice, demum racemi undique elongantur, ramosi et patentes fiunt. Flores exigui caerulei, squamis faucium albidis vel flavis. In asperis, argillosis, ruderatis, muris. Floret Junio, Julio.

LXXI. LITHOSPERMUM Linne.

195. *L. officinale* seminibus laevibus (nitidis), corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis acutiusculis venosis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan.* t. 1084.

Genitalia corolla inclusa. Squamulae parvae ad basin limbi cum laciniis alternan-

tes. Flores albido-flavescentes. In collibus asperis et siccis Leopoli ad viam versus fontem martialem Dni Kratter et versus Occid. sylvae Krzywczycensis. Circa Zaleszczyki DF. Floret Junio, Julio.

196. *L. arvense* seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis obtusis aveniis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 456.*

Flores albidiflavescens. Radix rubra. In agris et hortis. Floret Aprili — Junio.

197. *L. purpureo-caeruleum* seminibus laevibus, corollis calycem multoties superantibus, foliis lanceolatis acutis aveniis. SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 14.*

Caules florentes subsimplices, erectiusculi, dein ramosi, diffusi. Flores purpureo-caerulei. In ruderatis, nemoribus circa Zaleszczyki DF. Floret Majo.

LXXVIII. ANCHUSA. Linne.

198. *A. officinalis* foliis lanceolatis strigosis, spicis conjugatis secundis, calycibus quinquefidis, bracteis ovatis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 572.*

Diu hanc plantam pro *A. angustifolia* habui ob calyces quinquefidios, donec D. Schott mihi genuinam *A. angustifoliam* communicaverit, quae calyces profunde 5 dentatos habet, florem multo minorem azureum, foliaque minus strigosa. Caulis angulatus, ramo-

sus, subdiffusus, pedalis, bipedalisque. Folia inferiora lanceolata, obtusiuscula, in petiolos attenuata; superiora sessilia, oblonga, basi subovata, margine mox integerrima, mox spinuloso-denticulata. Spicae floriferae imbricatae. Bractee obtusiusculae. Calyces pentagoni prismatici, fructiferi ovato-globosi, ad tertiam, raro ad dimidiam partem fissi: Variat foliis angustioribus et latioribus et floribus albis. — Corolla caeruleo-purpurea, fornicibus tomentosis albis. In ruderatis, ad vias, agros. Floret aestate.

199. *A. Barrelieri* hispida, foliis oblongo-lanceolatis acutis, caule paniculato, racemis conjugatis nudis, calycibus quinquepartitis, laciniis linearibus, obtusissimis, bracteis linearibus. B.

Buglossum Barrelieri foliis ovato-lanceolatis, caule erecto, axillis foliorum floriferis, racemis florum unilateralibus *Al-lion. Fl. Ped. Barrel. Icones. t. 333.*

Nyosotis obtusa. WALDST. et KIT. Pl. rar. Hung. I. p. 103. t. 100.

Caulis erectus, obtuse angulatus, 1—2 pedalis, hispidus, paniculatus, raro simplex. Folia oblongo-lanceolata, acuta; inferiora in petiolum attenuata; superiora sessilia spinuloso-denticulata, supra magis quam subtus strigosa. Caulis ramisque, ex axillis foliorum superiorum orti, terminantur racemis conjugatis pedunculatis, ante anthesin spiritaliter

revolutis. Pedicelli ipsi calycibus breviores. Bracteae inferiores illis longiores, superiores autem multo breviores, lineares, obtusae. Calycēs profundissime quinquepartiti, laciniis linearibus, apice rotundatis cochleariformibus, pilis albis adpressis, densissime autem apice, tectis. Flores parvi azurei, parum majores quam Lithosp. arvensis. Tubus brevissimus subovatus basi subquadrangulus, Faux clausa fornicibus albis ut in A. officinali. Limbus planiusculus, lobis integerrimis. Semina ovato-triquetra, rugosa, annulo albo tumido basi cincta. — Semina saepius abortiunt. Corolla accedit ad Genus Myosotis, semen autem et totus habitus eam pro Anchusa declarant. Sub nomine A. Barrelieri in hortis italicis testante D. Schott. notissima.

LXXVI. CYNOGLOSSUM. Tournefort.

200. *C. officinale* staminibus corolla brevioribus, foliis lanceolatis undulatis, utrinque tomentosis, sessilibus approximatis, seminibus gibbosis. SCHMIDT. *Flor. Bœm.* WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 16. Flor. Dan. t. 1147.*

Folia mollissima. Flores sordide rubri in racemis paniculatis terminalibus. In ruderalis, ad vias frequens. Floret Majo, Junio, Julio.

201. *C. sylvaticum* (canescenti-scabrum) foliis lanceolatis, utrinque scabris, planis

subsessilibus, remotis, staminibus corolla brevioribus: seminibus rugosis. Schmidt. *Flor. Bœm.* Haenke in Jacq. *Collectan.* C. officinalis var β sylvaticum. Willd.

A C. officinali abunde distinctum floribus quadruplo minoribus caeruleis et foliis scabro-hispidis remotis. Circa Zaleszczyki DF. In valle Oycow, E. C. Floret Junio, Julio. *)

202. *C. scorpioides* caule prostrato, foliis lanceolatis scabris, pedunculis axillaribus unifloris, seminibus umbilicatis glabris. Willd.

Corolla azurea, fornicibus flavis Myosotidis. Antequam semina habentur, cum M. palustri vel montana confundi posset. Differt ab utraque calyce quinquepartito, laciniis lanceolatis acutis magnis; praeterea ab illa caule prostrato, ab hac hirsutiae minori et parviori cauleque. In locis umbrosis vallis Oycow. Floret Majo.

*) *C. sylvaticum* Smith est a nostro distincta species. D. Schott utramque colit. Prior est procerior, viridis, foliis supra lucidis, subtus asperrimis, setis quaquaversum directis, floribus magnitudine C. officinalis; altera canescens, minor, foliis utrinque scabro-hispidis, floribus quadruplo minoribus.

LXX. PULMONARIA. Linne.

203. *P. angustifolia* foliis pubescentibus (ovato-) lanceolatis, radicalibus in petiolum decurrentibus, caulinis amplexi caulibus. *Flor. d. Wetter.* Willd. *Flor. Dan. t.* 483.

Flores purpurei, dein caerulei. Calyces quinquefidi. In sylvaticis et nemorosis. Floret Majo, Junio.

204. *P. officinalis* foliis radicalibus cordato-ovatis in petiolum decurrentibus, caulinis ovato-lanceolatis. (inferioribus petiolatis; petiolis late membranaceo-marginatis, superioribus) semiamplexicaulibus. *Flor. d. Wett.* Willd. *Flor. Dan. t.* 482.

Flores ut in praecedente. Calyces quinquefidi. Variat foliis maculatis. Habitat cum praecedente, ast frequentior. Floret Aprili, Majo.

205. *P. azurea* foliis strigoso-hispidis, radicalibus oblongo-lanceolatis acuminatis in petiolos attenuatis, caulinis decurrentibus, corollae limbo campanulato. Nobis.

Radix perennis, fibrosa, fibris crassis fuscis; intus albis oblique descendentibus. Folia radicalia oblongo-lanceolata, acuminata, in petiolum marginatum attenuata, integerrima, plana, undique hirta, subtus tamen magis, pilis brevibus setosis glandulis insi-

dentibus, subtus reflexis, spithamam longa, unciam lata. Caulis longitudine foliorum radicalium, erectus, tereti-angulatus, pilis reflexis hirtus, foliosus, foliis inferioribus oblongo-lanceolatis, superioribus lineari-lanceolatis basi amplexicauli-attenuatis, decurrentibus. Inflorescentia corymboso-racemosa terminalis, racemis, more gentis, spiralibus laxis, pedunculis floriferis erectis; calyce dimidio brevioribus, fructiferis nutantibus, calycem subaequantibus, foliolo caulinis simili bracteatis, hispidis. Perianthium semiquinquefidum, campanulatum, persistens, laciniis inaequalibus, singulis acutis, basi carinatis, unde calyx prismatico-pentagonus; hirtum, hinc inde punctis adpersum. Corollae tubus cylindraceus, basi subtetragonus, medio angustior, calyce quidquam brevior, albus, superne parum rubescens; limbus campanulatus, quinquelobus, lobis rotundatis patentibus, tubo duplo longior, elegantissime azureus. Faux pervia, licet squamulis parvis fuscis ciliatis, ciliis ochroleucis, obsessa. Stamina filamenta brevissima, in tubo haerentia. Antherae erecto-conniventes, fusco purpureae, polline sulphureo, tubo breviores. Stylus filiformis, calycis longitudine, albus. Stigma obtusum emarginatum. Pericarpium nullum. Calyx magis inflatus semina fovens. Semina immatura (matura nondum vidi) ovata, laevia receptaculo affixa iis. *P. angustifoliae* simillima, saepius nonnulla abortiva. Quinta pars totius floris saepius

deficit. Planta generis dubii. Cum Pulmonariis convenit calyce imprimis, seminibus et habitu; differt vero corolla non infundibuliformi, sed tubulato-campanulata, faucis squamulis, cum in Pulmonaria tantum ciliata faux, staminibus non ultra tubum protuberantibus, sed tubo brevioribus, stylo denique calycis longitudinis, imo longioris, qui in Pulmonaria calycem nunquam attingit. — Habitat in scopulis vallis Oycow, ubi cum D. Christini deteximus. Floret Junio, Julio.

LXXIII. SYMPHYTUM. Tournefort.

206. *S. officinale* (patens) foliis ovato-lanceolatis decurrentibus, calyce patente, tubo corollae brevioribus. HOFFM. WILLD.

Flores purpurei, rosei, albi, laciniis corollae revolutis. In humidis, umbrosis. Floret Majo, Junio.

207. *S. tuberosum*, foliis ovatis semidecurrentibus, summis oppositis, SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 225.*

Flores ochroleuci. Cracoviae inter frutices vallis siti versus Sud-Ost S. Bronislavae. Floret Majo.

208. *S. pannonicum* foliis cordatis acuminatis integerrimis basi aequalibus. PERS. *S. cordatum*. WILLD. in Nov. Act. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 6, t. 7.*

Affine *S. tuberoso*. Radix extus fusca. Folia radicalia et inferiora caulina longissime petiolata. Summa opposita ovata. Flores viridescenti-albidi. Circa Jaslowice DZK. Prope Zaleszczyki DF. Floret Majo, Junio.

LXVIII. CERINTHE. Tournefort.

209. *C. minor* foliis amplexicaulibus integris, corollis acutis clausis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 124.*

Flores flavi. Habitat in asperis, lapidosis agris. Floret Junio Julio.

LXXV. ASPERUGO. Tournefort.

210. *A. procumbens* calycibus fructus compressis. WILLD. *Flor. Dan. t. 552.*

Caulis diffusi, foliorum obovato-lanceolatorum margo et carina hamis ciliata. Flores axillares caeruleo-purpurei, minimi. Calyces fructiferi reflexi. In rudertis ad vias. Floret Majo, Junio.

LXXVI. LYCOPSIS. Linne.

211. *L. pulla* foliis integerrimis, caule erecto, calycibus frutescentibus inflatis pendulis, (radice repente). WILLD. JACQ. *Austr. t. 188.*

Caulis superne corymbosus, floribus purpureo-brunneis, racemosis. In aggere stagni prope Mokrotin Circ. Zolk. Prof. Schk. Cracoviae in Podgorze circa Ecclesiam. S. Adalberti. Floret Majo, Junio.

212. *L. arvensis* foliis lanceolatis dent-

culatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. WILLD. *Flor. Dan. t. 435.*

Tota planta setoso-strigosa. Flores azurei. Calyces fructiferi inflati, nutantes. Habitat in agris, arvis. Floret Majo—Jul.

LXIX. ECHIUM. Tournefort.

213. *E. rubrum*, caule erecto hispido, foliis lineari-lanceolatis hispidis, spica composita terminali, corollis subaequalibus.

WILLD. JACQ. *Austr. App. t. 3,*

Flores purpurei. In montibus carpathicis. DF. et ZK.

214. *E. vulgare* caule tuberculato-hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, spicis lateralibus deflexis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 445.*

Flores secundi caerulei aut rosei. In ruderatis pratis siccioribus, ad vias. Floret tota aestate.

215. *E. violaceum* (caule ramosissimo tuberculato-hispido,) corollis stamina aequantibus, tubo calyce brevioribus, WILLD.

Racemi elongati. Flores violacei. In montibus carpathicis DZK. Cracoviae in valle Oycow circa Grodzisko. E. C. Floret Julio, Augusto.

LXXXIV. ANDROSACE. Linne.

216. *A. elongata* foliis lanceolatis den-

tatis, umbella fructifera elongata, corollis calyce elongato brevioribus. WILLD. JACQ. *Austr. t. 330.*

In montibus carpathicis. DZK.

217. *A. septentrionalis* foliis lanceolatis dentatis, perianthiis angulatis corolla brevioribus. WILLD. *Flor. Dan. t. 7.*

Radix rubra. Involucrum polyphyllum. Corollae albae. Variat foliis antice dentatis, 2. subintegris glabris subcaescentibus et 3. scapo unico aut pluribus. Leopoli in parte antica montis arenosi et in collibus extra cimiterium Judeorum. Floret Majo.

LXXXII. PRIMULA. Linne.

218. *P. veris* foliis rugosis dentatis, limbo corollae concavo, tubi collo oblongo. Willd. *Flor. Dan. t. 433.*

Flores citrini coloris, medio maculis quinque aurantiacis. In nemorosis, pratis umbrosis, sepibus. Floret Martio raro, Aprilis; Majo adhuc in valle Oycow.

219. *P. elatior* foliis rugosis dentatis, limbo corollae plano, tubi collo hemisphaerico. WILLD. *Flor. Dan. t. 434.*

Flores sulphurei. Habitat in pratis umbrosis vel collibus. Floret Aprilis, Majo: mense Septembris in Montis Babia Góra parte septentrionali. Specimen peculiariter monstrum possideo, in quo calyces infundibuliformes campanulati corollas aequantes, germea

ovatum inflatum stipitatum, stipite crasso tubo corollae longiore, terminatum stylo et stigmate. Corolla et stamina sicut et reliquae partes plantae consuetae.

LXXXI. SOLDANELLA. Tournefort.

220. *S. alpina*, corollae laciniis simplicibus trifidisque inaequalibus, foliis reniformibus crenato-lobatis. B. SCHMIDT. *Fl. Boh.* WILLD. var. α .

221. *S. Clusii* corollae laciniis simplicibus connatisque aequilongis, foliis reniformibus integerrimis. B. Schmidt. *Fl. Boh.* WILLD. var. β . *S. alpina* JACQ. *Austr.* t. 13.

Corolla omnino irregulariter multifidolacera, laciniis simplicibus et connatis; hoc tantum cum discrimine, quod in priori corolla major et laciniae subinde trifidae: intermedia productiore; in altera autem subaequales sint, Stylus ubique corollam excedit. Flores caerulei. Scapus 1 — 4 florus. Prior in montibus carpathicis DIK. DF. Floret Junio. Altera in monte Babia Góra. Floret Aug. Sept. Possideo *S. Clusii* specimen calycanthum: calyx scilicet format alteram corollam campanulatum irregulariter multifidam e montibus Tatra.

LXXXV. MENYANTHES. Tournefort.

222. *M. trifoliata* foliis ternatis, corolla superne villosissima. SMITH, WILLD. *Flor. Dan.* t. 541.

Flores speciosi albi, extus purpurascetes. In pratis uliginosis Leopoli in Bogdanowka, prope Krzywczyce. Cracoviae in fossis versus Mogyla. Floret Majo.

LXXXIV. HOTTONIA. Boerhaave.

223. *H. palustris* floribus verticillato-pedunculatis. WILLD. *Curt. fasc.* 1. t. 11. *Flor. Dan.* t. 483.

Folia pectinato-pinnatifida immersa ad basin caulium nudorum emersorum Flores lilacei. In fossis Leopoli ad sylvulam Alnorum prope Bogdanowka. Cracoviae cum praecedente, et extra Ribaki Circ. Bochn.

LXXX. LYSIMACHIA. Tournefort.

224. *L. vulgaris*, paniculata, racemis terminalibus, foliis ovato-lanceolatis acutis. SMITH, WILLD. *Curt. fasc.* 5 t. 19. *Flor. Dan.* t. 689.

Corolla lutea. Stamina monadelphia. Variat foliis oppositis, ternis, quaternisque. Inter frutices locorum humidorum. Floret Julio.

225. *L. thyrsiflora*, racemis lateralibus pedunculatis. WILLD. *Flor. Dan.* t. 517.

Corolla flava, saepe sexpartita, staminibusque sex. In fossis Leopoli cum Hottonia, prope Kulparkow. Cracoviae versus Mogila in sylvula Alnorum. Floret Junio, Julio.

226. *L. nemorum* floribus solitariis, foliis ovatis acutis, caule procumbente. WILLD. *Curt. fasc.* 5, t. 18. *Flor. Dan.* t. 174.

Caules humo adjacentes, repentes, rubentes. Calycis foliola subulata. Flores lutei tenelli. Filamenta libera. In partis septentrionalis Montis Babia Gora sylvaticis umbrosis Floret Aug. Sept.

227. *L. Nummularia* foliis subcordatis (obtusissimis). floribus solitariis, caule repente. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 14.*

Calycis foliola ovata. Corollae speciosae luteae. In pascuis, humidis, umbrosis, nemorosis. Floret Jun. — Aug.

LXXIX. ANAGALLIS. Tournefort.

228. *A. arvensis* foliis ovatis subtus punctatis, caule procumbente, SMITH, WILLD. *Flor. Dan. t. 88. Curt. fasc. 1. t. 12.*

Flores phoenicei. Stamina monodelpha. In cultis et arvis. Floret Jun. Aug.

LXXXVI. CONVULVULUS. Tournefort.

229. *C. arvensis* foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculatis subunifloris, bracteis minutis a flore remotis. SMITH, WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 13. Flor. Dan. t. 459.*

Flores extus carneo alboque varii, intus albi. In arvis sepibus, hortis inextinguibilis. Floret Junio — Augusto.

230. *C. sepium* foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris, bracteis cordatis calyci approximatis SMITH.

WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 13. Flor. Dan. t. 458.*

Flores speciosi candidi. In sepibus humidis et salicetis. Floret Julio, Septembri.

XCI. POLEMONIUM. Linne.

231. *P. caeruleum* foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus corollae tubo longioribus. WILLD. *Flor. Dan. t. 255.*

Flores caerulei. Inter frutices et ad marginem sylvae inter Lelechowka et Stawki. Circa Bogdanowka Pro. Schk. Cracoviae. P. Floret Junio, Julio.

XCVII. JASIONE. Linne.

232. *J. montana* foliis lineari-lanceolatis, basi angustioribus, hispidis, undulato-crispis. WILLD. *Flor. Dan. t. 319.*

Flores capitati caerulei. In collibus apricis siccis. Floret Julio, Augusto.

XCIV. CAMPANULA. Tournefort.

* *Foliis laevibus.*

233. *C. rotundifolia* glabra, caule teretibus ascendenti laxo subpaniculato, foliis flaccidis teneris, radicalibus oblongis reniformibusque dentatis (cito pereuntibus) caulinis linearibus integerrimis, corollis tubuloso campanulatis. VEST. MAN. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 21. C. Rapunculus. Fl. Dan. t. 855. non optima.*

Flores parvi angusti, pallide caerulei.
Caulis pedales.

Talis in demissis habetur sylvae prope Grekow. Circ. Zolkiew. et sylvae Bronowicensis Cracoviae, si montosas autem ascendit regiones, caules abbreviantur, simplices deveniunt, folia radicalia augentur et numero et latitudine; cordato-reniformia enim deveniunt, et corolla expanditur, profundiorque induit colorem et sic in

C. pusillam foliis denticulatis; radicalibus cordato-ovatis petiolatis firmis nitidis: caulinis linearibus, alternis remotis, corolla patula: calycis laciniis subulatis duplo longiore. VEST. MAN. *C. rotundifoliae* var. β WILLD. et caespitosam abit, quae, quam distincta a priori appareat, sola tamen ejus varietas est.

Caulis caespitosi, 4 pollicares, simplices. Corolla ampla, patula ac *C. persicifoliae*. In parte septentrionali montis Babia Góra. In valle Oycow ad rupes. Floret Augusto, Septembri. Alia specimina a dorso occidentali hujus montis possideo inter Juniperi prostratos frutices crescentia, in quibus caules pedales, folia radicalia cordato-reniformia, in plerisque autem jam emarcescenda, caulina lanceolato-linearibus; inferiora quandoque dentata, superiora integerrima, calycis lacinae modo erectae, modo patentissimae. Flos cernuus ut in consuetudine. Est eadem, quam Cl.

Schleicher sub nomine *C. Schleicheri* Villarsii communicat.

234. *C. patula* foliis strictis; radicalibus ellipticis basi attenuatis, crenatis: caulinis sessilibus, panicula patula, corollis semiquinquefidis patentissimis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 373.*

Folia radicalia in petiolos attenuata. Calycum lacinae lanceolatae breves, basi utrinque denticulo potissimum instructae. Corolla basi angusta violacea, raro alba. In arvis. Floret Junio, Julio.

235. *C. persicifolia*, glabra, foliis radicalibus obovatis (in petiolos attenuatis), caulinis lanceolato-linearibus subserratis (rigidiusculis) sessilibus remotis. L. WILLD. *Flor. Dan. t. 1087.*

Foliorum serraturae remotissimae, apice albo cartilagineo terminatae, inflexae. Flores speciosi caeruleo-violacei, calycum laciniis lineari-lanceolatis. Variat caule unilobato et floribus racemosis: caule, foliis margine et in costa subtus hirsutis; aliam varietatem calycibus quadrifidis, laciniis lanceolatis corollam subaequantibus in saxosis prope Duklam legit E. C. In pratibus et sylvaticis.

236. *C. lilifolia* foliis lanceolatis: caulinis acute serratis, floribus (sub) paniculatis nutantibus. WILLD.

Diu haesitavi antequam meam Campanulam, floribus nutantibus styloque exserto seductus, huc amandavi: diu enim hanc ob causam illam pro *C. stylosa* habui. E rhizomate nodoso, inferius ramoso, lignoso, oritur caulis 1—4 pedes altus, teres, striatus; striis basi tortuosis. Folia radicalia inflorente planta nulli; caulinarum inferiora aut obovata in petiolum attenuata, antrorsum serrata, aut ovata, acuta, petiolata, serrata, aut ovato-lanceolata, subintegra, subsessilia; reliqua lanceolata basi attenuata sessilia. Superficies pro diversitate soli varia: laevis in humidiusculis; subtus pilosiuscula in sylvaticis; nitida et rugosa, margine revoluta in apricis, siccis. Flores parvi nutantes modo amplissimam paniculam, modo simplicissimum racemum formant. Paniculae rami erecto-patentes suffulti foliolo lanceolato integerrimo sessili. Bracteae duae subulatae minutae in singulo pedunculo. Calycis lacinae ovato-lanceolatae acutae, serrulatae, pilis brevissimis adpersae. Corolla clausa pyriformis, aperta ampla, basi angustata, laciniis non profundis, rotundatis breviter acuminatis, pallide caerulea: (exsiccatione intensius caerulescit). Filamenta staminum insident squamis ovatis tomentosis nectarium tegentibus. Antherae lineares albae dehiscences ante corollae explicationem. Stylus post anthesin elongatur ad unam tertiam ultra corollam. Stigma clavatum pubescens caeruleum, apice trifidum. Nectarium instar annuli crassi unam lineam alti, obtuse trun-

cati ambit stylum. Germen obovatum, decemsulcatum hirtum, costis nudis. Capsula ejusdem formae, at illo multoties major, basi poris tribus dehiscens. Circa Zaleszczyki DF. Leopoli in fruticetis inter Sknilow et Nawaria. In collibus Sylvae inter Lelechowka et Stawki. Ad viam inter Janow et Szklo. Cracoviae in fruticetis inter Zwierzyniec et Wola. In valle Oycow circa Grodzisko et circa Duklam, E. C. Floret Augusto, Septembri.

** *foliis scabris.*

237. *C. Rapunculoides* foliis cordato-lanceolatis scabris, caule simplici, floribus sparsis secundis cernuis, calycibus reflexis. B. WILLD.

Caulis simplicissimus basi teres, inter folia superiora angulatus, purpurascens, asper, pedalis et ultra. Folia inferiora cordato-ovata, acuta, petiolata; superiora ovato-lanceolata; summa lanceolata, sessilia; omnia scabra, dentata. Flores formantes racemum foliis interstinctum, pedunculati, exceptis supremis, et subnutantes. Pedunculi suffulciuntur bracteolis duabus linearibus parvis. Calycis lacinae lanceolato-lineares, margine hispidulae reflexae, germine scabro longiores. Corolla magna caeruleo-violacea basi angustata, margine laciniarum pilis longis ciliata. In specimine a DF. communicato caulis duplo altior et corollae ampliores

proprie campanaeformes et breviores. In sepibus, fructetis. Floret Julio, Augusto.

238. *C. bononiensis* foliis caulinis ovato-lanceolatis, margine scabris, subtus tomentosis, sessilibus, floribus spicato-paniculatis. WILLD.

Habitus Verbasci nigri. Caulis inferne teres, superne subangulatus, hirsuto-scaber, in defloratis caerulescens; 2-4 pedalis. Folia inferiora cordato-oblonga, acutiuscula, longe petiolata, petiolis costisque foliorum subtus plus minusve villosis. Superiora cordato-ovata, ovato-lanceolata et lanceolata sessilia, semi-amplexicaulia, supra et margine scabra, subtus holosericeo-tomentosa, dentato-serrata. Flores aemulantur longum thyrsum, modo pedicelli brevissimi triflori, modo praeter illos inferius comparent racemi breves, pedicellis unifloris secundis, nutantibus. Flores potissimum cernui et nutantes, rarissime erecti observantur. Calycis lacinae lanceolato-lineares, reflexae scabriusculae. Corollae profunde caeruleo-violaceae, basi angustatae parvae. Circa Zaleszczyki DF. β . foliis supra laeviusculis, pedunculis simplicibus floribus pallidioribus. In collis altissimi versus orientem stagni Janoviensis locis lucidioribus. Floret Julio, Augusto.

239. *C. Trachelium* caule angulato, foliis hispidis dentato-serratis: inferioribus cordatis, superioribus ovato-lanceolatis, caly-

cibus undique ciliatis erectis, corollis intus barbatis, pedunculis axillaribus paucifloris. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 1026.*

Caulis simplex vel ramosus, teretiusculus, angulis a petiolorum lateribus decurrentibus solum ortis. Folia radicalia longe petiolata, late cordata, acuminata. Pedunculi cernui ex axillis foliorum superiorum, simplices, aut 2-3 flori, calyce breviores. Calyx et praecipue germen, margine, angulis, nervisque pilis albis crassis longis ciliatum. Lacinae lanceolatae acutae magnae. Corolla magna dilute caeruleo-violacea. Capsulae nutantes. Variat tamen calycibus germinibusque glabris. In nemorosis, sepibus. Floret Julio, Augusto.

240. *C. glomerata* caule simplici angulato, foliis scabris crenato-serratis, inferioribus cordatis oblongis, superioribus ovato lanceolatis, floribus sessilibus glomeratis. B. WILLD.

Caulis ut in praecedente angulatus. Folia radicalia longe petiolata, suprema sessilia. Flores speciosi violacei glomerati, in capitula terminalia et lateralia bracteis obvallata. Corollae extus subpubescentes. In pratis, fruticetis. Floret Junio, Julio.

241. *C. Cervicaria* hirsuto-hispida, caule simplici angulato, foliis sessilibus oblongo-linearibus obtusis crenatis undulatis, flo-

rum capitulo terminali. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 787.*

Flores caerulei, extus ad angulos ciliati. Circa Zaleszczyki DF. Leopoli ad marginem sylvae Krzywczycensis versus N—W. In fruticeto extra Sokolniki. Cracoviae supra Zwierzyniec. In valle Oycow circa Grodzisko cum sequente. E. C. Floribus albis variat. Floret Junio, Julio.

*** *Capsulae obtectae calycis sinibus reflexis.*

242. *C. sibirica* caule paniculato, capsulis trilocularibus obtectis (foliis linearibus obtusis crenatis scabris). WILLD. JACQ. *Austr. t. 200.*

Variat foliis dentatis. Flores violacei. Leopoli in collibus siccis, ut supra hortum jaculatorium etc. frequens. Circa Zaleszczyki DF. Floret Majo, Junio.

XCVIII. PHYTEUMA. Linne.

243. *Ph. orbiculare*, capitulo subrotundo, foliis crenato-serratis, radicalibus cordato ovatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 437.*

Flores profunde caeruleo-violacei. Folia caulina oblonga. In sylva circa Stawki. Cracoviae in fruticetis supra Zwierzyniec versus Wola. Floret Junio.

244. *Ph. spicatum* spica oblonga elongata, stylis pilosiusculis trifidis, foliis radi-

calibus cordatis (acutis) duplicato-dentatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 362.*

Folia plerumque ad basin macula ferruginea. Flores ochroleuci, In sylvaticis et fruticetis. Floret Junio.

245. *Ph. ovatum*, spica ovata, stylis hirsutis flore longioribus emarginato-bifidis, foliis radicalibus cordatis duplicato-dentatis. PERS. *Syn.* WILLD.

Habitus et folia praecedentis; folia autem immaculata. Flores profunde caeruleo-purpurascens. In montibus carpathicis. DZK.

246. *Ph. canescens* foliis subcanescentibus margine scaberrimis: inferioribus ovatis crenato-serratis basi attenuatis, superioribus lanceolatis subintegerrimis sessilibus: floribus axillaribus sessilibus. B. *Ph. foliis sessilibus, inferioribus obovatis serratis, superioribus lanceolatis integerrimis, floribus axillaribus racemosis.* WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 12. t. 14?*

Caulis erectus obtuse angulatus, sursum canescens, sesquipedalis, tripedalisque, gerens folia caulina inferiora ovato lanceolata, in petiolum brevem marginatum attenuata, crenato-serrata, crenis antice brevissime albo-mucronatis, canescenti-asperiuscula, margine scaberrimo, subtus venosa: superiora lanceolata et lanceolato-linearita, acuta, serrulata et integerrima; terminatus spica panicu-

lata aut simplici, inferius foliis interstineta. Flores solitarii, sessiles, remoti in ramis paniculae inferioribus; suffulti bracteis lanceolato-subulatis: superiores rami brevissimi, ut flores in axillis bractearum coacervati appareant. Calycis lacinae lanceolatae carinatae acutae. Corolla caerulea illis triplo longior, cylindrica, obtusa, canescens, sub anthesi quinquepartita, rotata, laciniis linearibus acutis. Staminum filamenta basi dilatata, tegentia glandulam nectariferam stylum cingentem, Antherae lineares, continentes pollen purpureum. Stylus post anthesin dimidio elongatur. Stigma subclavatum, pubescens, trifidum. Germen inferum canescenti-tomentosum, costis novem nudiusculis; excrescens in capsulam obovato-oblongam trilocularem poris tribus infra calycem persistentem erectum, dehiscentem. Semina oblonga, lutea, nitentia, uno latere complanata.

Medium tenet haec planta inter Campanulam et Phyteuma; florem enim posterioris, fructum vero prioris habet. In montibus catholicis DZK., Circa Zaleszczyki DF.

CIII. IMPATIENS. Linne.

247. *I. Noli me tangere* pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. WILLD. *Flor. Dan.* t. 582.

Caulis ramosus, 2 — 3 pedalis, cum foliis laevibus glaberrimus, succulentus. Flores flavo. In humidis sepibus, palustribus, umbrosis. Floret Augusto.

CIV.

CIV. VIOLA, Tournef.

* *acaules.*

248. *V. uliginosa*, sobolifera glaberrima, foliis cordatis obtusis, petiolis marginatis, pedunculis canaliculatis, corollae fauce nuda. Nobis. *V. primulifolia*, *Catalog. Hort. bot. Cracov.*

Radix perennis, repens, sobolifera, ab initio superne in caudicem intermedium, rectum squamis stipularibus ovato-lanceolatis, nudis. Petioli trigoni canaliculati marginati, margine tamen vix dimidiam lineam aequante. Folia cordata superne attenuata apice plus minusve rotundato, crenata, lucida, nuda, prout et omnes reliquae partes hujus plantae; juniora cucullata adulta multo majora, vix cucullata amplius, superne concava, in petiolum subdecurrentia. Pedunculi compressi: altero latere convexi: altero canaliculati, nutantes. Bractee lanceolato-subulatae ad latera, his opposita altitudine varia. Calycis foliola oblonga, trinervia, obtusa. Corolla violaceo-purpurascens, petalo cornuto basi macula alba purpureo striata, major, quam in *V. canina*, inodora: petala obovato-oblonga, adultiora truncato-retusa linea alba notata: duo ascendunt longiora, reliqua descendunt; medium parum brevius lateralibus, quae basi nuda sunt. Cornu obtusum breve emarginatum recurvum. Stamina ut in congeneribus. Stylus rectus, apice minimo reflexo. Capsula trigono-cylindrica, calyce parum longior.

H

obtusa. A. V. primulifolia Linnei quam quidem non vidi, forma foliorum diversa. Affinis *V. ambiguae* Waldsteinii et cucullatae, a priore differt, radice repente sobolifera? petiolis marginatis, foliis duplo fere majoribus, inodoris et petalis lateralibus basi nudis: ab altera foliis cordato-oblongis obtusissimis, nec obtuse breviterque acuminatis, petiolis marginatis, calcari recurvo emarginato, nec brevissimo saccato solum et petalis lateralibus nudis, nec barbatis. In locis paludosis sylvulae Bronowicensis prope Cracoviam. Floret Aprili, Majo.

249. *V. hirta* foliis cordatis petiolisque piloso-hispidis, (bracteis infra medium pedunculi), calycibus obtusis SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 64. Flor. Dan. t. 618.*

Stipulae ciliatae. Folia cordato-oblonga, praecipue subtus hispida. Calycis foliola subaequalia. Flores pallide caerulei inodori, petalis lateralibus ad faucem villosis. Leopoli in collibus apricis sylvae Krzywczycensis et inter vias ad steinernen Wirthshause et versus Winniki. Cracoviae cum Symphyto tuberoso. Circa Duklam. E. C. Floret Aprili.

250. *V. odorata* stolonibus reptantibus, foliis cordatis petiolisque glabriusculis, (bracteis supra medium pedunculi) calycibus subaequalibus. SMITH. WILLD. *Curtis fasc. 1. t. 63. Flor. Dan. t. 309.*

Stipulae ciliatae. Folia juniora subtus, petiolique externe saepe hispidiusculi. Calycis foliola subaequalia. Flores violacei, odorati. In nemorosis, sepibus, pomariis. Floret Aprili.

251. *V. alba* sarmentis floriferis, foliis glabriusculis, radicalibus cordato-reniformibus, sarmentorum cordato-triangularibus acutis. Nobis. *Violae odoratae* var β *alba* WILLD.

Vulgo pro praecedentis varietate habetur: differt tamen sarmentis simul cum planta materna florentibus, cum *V. odoratae* stiones post anthesin orientes futuro primum anno florent: foliis sarmentorum sub triangularibus acutis, angulis lateralibus rotundatis, tempore florescentiae seriori et corolla denique constanter alba. In montosis et sylvaticis versus Duklam E. C. Floret Aprili, Majo.

252. *V. palustris* foliis cordato-reniformibus glabris, radice repente. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 58. Flor. Dan. t. 83.*

Flores subilacei, petalo cornuto venis coccineis picto. In paludosis sylvulae utraeque Bronowicensis. Leopoli in pratis uliginosis infra Krzywczyce Prof. Schk. Floret Aprili, Majo.

† *V. mirabilis* varietas *acaulis*
** *caulescentes.*

253. *V. mirabilis* subacaulis, caule triquetro, foliis reniformi-cordatis, floribus cau-

linis apetalis (fructiferis) PERS. *Syn.* WILLD.
JACQ. *Austr. t.* 19.

Flores in pedunculis radicalibus corollati, saepe abortivi, lilacei, odorati. Calycis foliola oblongo-lanceolata, acuta, nervis tribus fuscis notata. Petala lateralia basi barbata.

Ab initio potissimum acaulis est; dignoscenda tamen facile a *V. odorata* stipulis non ciliatis et calycis foliolis. In fruticosis et nemorosis. Floret Aprili, Majo.

254. *V. biflora* caule (sub)bifloro, foliis reniformibus serratis. WILLD. *Flor. Dan. t.* 46.

Caulis spithamaeus. Stipulae ovato-lanceolatae integerrimae. Folia saepe tantum duo. Flores flavi. In montibus carpathicis DF. Floret Junio.

255. *V. canina* caule adultiore adscendente subcompresso canaliculato, foliis cordatis crenatis, floribus extimis ecorollatis B. WILLD.

Caulis floriferi erecti, imo spithamaei subtrigoni. Folia radicalia cordato-reniformia, caulina late cordata in acumen obtusum protracta; nunquam cordato-ovata oblonga; profunde crenata, laete virida; juniora pilis brevibus adpersa. Stipulae utrinque ciliato-serratae. Caulis laterales adultiores, et ipsi deflorati basi procumbunt, in summitate floribus corolla aut minuta donatis aut carente instructi. Flores speciosi, petalis ova-

tis, lateralibus basi barbatis, pallide caeruleis, calcari albo, inodori. In nemorosis et fruticosis. Floret Aprili, Majo.

256. *V. lancifolia* caule adultiore adscendente, foliis ovato-lanceolatis subglabris, stipulis elongatis dentato-ciliatis, calycibus acutis. *Syn. Pl. Gall. p.* 400?

Radix perennis. Caulis patentes, subcompressi, altero latere canaliculati, glabri. Folia infima subcordato-ovata, oblonga, obtusa, superiora ovato-lanceolata; juniora cucullata; remote et nequaquam notabiliter crenata, profunde virida, parum nitida, nuda. Petioli trigoni, canaliculati, parum marginati. Stipulae lanceolatae, utrinque ciliato-dentatae; superiores sat magnae. Pedunculi subradicales longissimi, caulini decrescunt longitudine; tetragoni, bracteis prope flexuram minutis lanceolatis. Flores ab initio caeruleo-violacei, dein pallescunt; inodori. Calycis foliola oblonga, parum acuta. Petala duo superiora ab initio obovata obtusissima; mediis subaequalia, serius ovata deveniunt: media basi villis albis barbata; infimum latius, basi albidum, striis septem, extimis ramosis, atropurpureis notatum. Cornu albidum obtusum emarginatum. Planta haec magnitudine valdopere variat. Dum in solo sabuloso aprico crescat, cauliculi brevissimi terrae incumbentes observantur, et folia minima; in graminosis, umbrosisque spithamam superant ascendentes. Haberem pro *V. Ruppii* Schmidt. Boem. II. p. 252, sed caulem ere-

etum et folia uti icon Allionii Fl. Ped. n. 1646. t. 26. f. 6. exprimit, nunquam vidi, et eo magis retineor eam per planta Schmidtii declarandi, quoniam *V. persicifolia* Roth illic citatur, cujus imaginem a Cl. Schkulkrio datam cum *Viola* nostra comparavi. In sylvia prope Stare siol Circ. Brzezan. Cracoviae in collibus prope Bronowice, ad S. Bronislawam. Floret Majo.

258. *V. montana* caule erecto, foliis cordatis oblongis, stipulis maximis: inferioribus basi uno latere inciso-dentatis, superioribus subintegerrimis. B. WILLD.

Caulis semiteres, pedalis. Flores caerulei speciosi. In montibus carpathicis D. F. In sylvis circa Stawki. Floret Junio.

*** stipulis pinnatifidis.

257. *V. tricolor* caule angulato diffuso, foliis oblongis, dentato-crenatis; stipulis lyrato-pinnatifidis, corollis calyce glabro majoribus. HOFFM. *V. tricoloris* var. β . WILLD. *Flor. Dan. t. 623, Curtis fasc. 1. t. 65.*

Flores speciosi, petalis profunde holosericeo-purpureis; media tamen et infimum basi macula flava, striisque aliquot nigris (infimum 7, lateralia 3) donantur. Calcar conicum pallide violaceum. Calyx glaber. Folia et stipulae pilis brevibus rariter ciliatae. In cultis floret ab Aprili in Octobrim usque.

Var. β . *V. bicolor* erecta calycibus stipulisque ciliatis. A praecedenti differt caule

recto, floribus minoribus, petalis duobus superioribus ex integro, lateralibus margine caeruleo-violaceis; infimo et lateralibus flavis, basi fulva lineis nigris uti hortensis striata. Leopoli in horto jaculatorio, hinc inde in arvis. Legi Junio, Julio.

Var. γ *pumila* caule erecto tripollicari simplici, foliis rhombico-ovatis, crenato-serratis; stipulae lyrato-pinnatifidae, parum ciliatae, lacinia extima obtusa. Pedunculi angulati, patentes. Bractae duae minutae; proximae flori. Flos cernuus. Calycis foliola oblonga, acuminata, nuda. Petala superiora et media caeruleo-violacea, calycis foliolis breviora, inferius albidum basi macula fulva, lineisque 3 nigris brevibus notatum, calycem aequans. Calcar pallide violaceum appendiculis calycinis vix longius incurvum. In monte supra Krynica, lecta Octobri.

259. *V. arvensis* caule inferne angulato diffuso, foliis oblongis obtusis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, corollis calycibus hirsutis subaequalibus. HOFFM. *Fl. Germ. Viola tricoloris* var. α WILLD.

Flores albidii, petalo infimo basi macula lutea striisque 7; lateralibus 1 aut 3 nigris notatis. Petala duo superiora saepe caeruleo-violacea. Calcar conicum rectum pallide violaceum. Corolla calyce brevior. Folia subcordato-oblonga. In cultis, herbidis. Floret Majo — Septembri.

260. *V. lutea* caule tetragono erecto: foliis (inferioribus) ovatis obtusis, grosse crenatis, (superioribus lanceolatis crenato-serratis); stipulis pinnatifidis, lacinia media lanceolata; corollis calyce duplo majoribus, (*V. saxatilis*.) SCHMIDT *Fl. Boh. p. 60. n. CCLVII.*

Folia infima ovata, media lanceolata, summa lanceolato-lineariter remote serrata, serraturis inflexis. Stipulae pinnatifidae, lacinia extrema lanceolata, acuta. Corolla albidoflavescens, infimo petalo basi luteo strisque nigris notato. Cornu parum longius ac in praecedente. In arvis siccis Cracoviae. Floret aestate.

261. *V. declinata*, caulibus simplicissimis decumbenti-adscendentibus, foliis oblongis crenatis; stipulis pinnatifidis, laciniis (lateralibus falcatis), omnibus linearibus. WALDST. et KIT. *Pl. car. Hung. III. p. 248. t. 223.*

Caules adscendentes spithamaei V tricoloris, quandoque binati. Folia longe petiolata, crenato-serrata, serraturis inflexis, nuda, margine brevissime ciliata; inferiora obovata, superiora lanceolata. Stipulae palmato-pinnatifidae, laciniis falcatis integerrimis, quoque ciliatis. Pedunculi tetragoni apice nutantes, bracteis suboppositis simplicibus aut bifidis, inaequalibus, parvis, membranaceis, ad flexuram sitis. Calycis foliola glaberrima, lanceolata, acutissima: infima 4 fere lineas longa, $\frac{1}{2}$ lata, trinervia, appendiculis linearibus inaequaliter prae-

morsis distantibus, ultra lineam longis. Petala violacea superiora et infimum 7 lineas longa, obovata, versus basin attenuata; lateralia breviora. Calcar rectum, conicum, 2 lineas longum. Stigma capitatum. Capsula oblonga. In montibus carpath. DIK.

C. LONICERA. Linne.

262. *L. Xylosteum* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis integerrimis (ovato-ellipticis) pubescentibus. WILLD.

Frutex quadripedalis saepe, ramis, foliisque oppositis. Flores albi. Baccae rubrae. Cracoviae in fruticetis supra Zwierzyniec versus Wola. Floret Majo, Junio.

263. *L. nigra* pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis ellipticis integerrimis (glabris). WILLD. JACQ. *Austr. t. 314.*

Frutex 3-4 pedalis. Flores purpurascens aut albi. Baccae nigrae. Ad pedem montis Babia Góra.

LXXXIX. VERBASCUM. Linne.

264. *V. Thapsus* foliis decurrentibus obovato-oblongis breviter acuminatis utrinque tomentosis, floribus spicatis subsessilibus, caule simplici. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 631.*

Folia supra magis virescunt; perfecte decurrentia. Flores parvi, aurei, in spica longadensissima. Antherae staminum barbatorum nu-

da. In solo calcareo argilloso Leopoli versus fontem martialem Dni Kratter. Cracoviae in valle Oycow. Floret Augusto.

Varietatem floribus quidquam majoribus cauleque ramoso vidi in lapidicinis extra Rybaki prope Cracoviam, quae autem cum *V. thapsoide* ob caulem ramosum non est confundenda. *Verbasci* enim *thapsodis* inflorescentia et corolla eadem, quae *V. Lychnitidis*, et folia radicalia: — 2 pedalia, undulata, costa crassissima, caulina minus decurrentia.

265. *V. phlomoides* foliis ovatis acutis utrinque tomentosis crenatis, inferioribus in petiolum attenuatis, filamentis staminum barbatis flavescens. *Syn. Flor. Gall. Willd. V. Thapsus* Vietz. *Plant. officin. Tom. II.*

Caulis simplex tomentosus, 1 — 2 pedalis. Folia ovato-oblonga, superiora remota, sessilia, semiamplexicaulia, insertio costae dorsalis altior basi; hinc parum decurrentia, acuminata, plana, sub angulo acuto patentia; summa quandoque basi subcordata. Spica rarior, plerumque simplex, floribus speciosis maximis luteis, ad singulam bracteam cordato-lanceolatam quatuor, quorum intermedius primum, dein infimus et tandem laterales florent. Filamenta, duo inferiora nuda, antheris linearibus. Antherae filamentorum barbatorum reniformes, villosissimae. In rudertis, ad vias. In solo autem fertilliori et in hortis valdopere a speciminibus mox descriptis, in asperioribus lectis, recedit. Folia utrius-

que cum reliquis plantae partibus tomentosa, margine dentato-crenata: radicalia magna, ovato-oblonga, in petiolum attenuata: caulina conferta horizontaliter patentia, basi cordata, lateribus quidquam adnatis; inferiora obovato-oblonga, superiora late cordata; omnia acuminata, acumine adverso. Caulis 3 — 4 pedalis, ex axillis foliorum superiorum ramosus. Reliqua ut in priore. Est *V. thapsoides* horti botanici Cracoviensis, a Linnaena autem planta abunde distincta. Floret ad finem Junii, Julio.

266. *V. Lychnitis* foliis ovato-oblongis dentato-crenatis subtus incano tomentosis, radicalibus petiolatis, caule subangulato, paniculato. B. var. *a* Willd. *Flor. Dan. t.*

586. *V. foliis ovato-lanceolatis crenatis subtus incanis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus alternis, spica ramosa, corollis flavis.* Moench. *Method. 446.*

Flores parvi, minimi inter omnes species indigenas, flavi aut rarius sulphurei, pedicellari, fasciculati: suffulti bractea subulata. In monte arenoso Leopoli; praeterea ad vias, solo cretaceo, lapidoso, in rudertis frequens. Floret Junio, Augusto.

268. *V. album* foliis cordato-oblongis subcrenatis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus alternis, (caule angulato), spica ramosa, corollis albis, Moench. *Meth. 447. V. Lychni-*

tis foliis cuneiformi-oblongis, supra denu-
datis, caule angulato, paniculato. SMITH.

Fl. Britt. exclusa var. β. Var. β. WILLD.

In horto botanico jam per 15 annos culta constanter persistit, ideo cum Cl. Moenchio et aliis pro propria a *V. Lychnitide* distincta specie habeo, Cracoviae c. praecedenti.

Caulis, folia subtus et pedunculi, tomento pulverulento tecti. Antherae miniatae.

268. *V. nigrum* foliis crenatis pubescentibus: inferioribus cordato-oblongis petiolatis; superioribus ovatis sessilibus. WILLD. *Flor. Dan. t. 1088.*

Caulis potissimum simplex, angulatus. Folia bicrenata. Flores aurei, parvi, fasciculati, pedicellati in racemo erecto denso. Filamenta cum villo purpurea. Ad vias, margines sylvarum. Floret Julio, Augusto.

269. *V. phoeniceum* foliis ovatis nudis crenatis; inferioribus petiolatis, caule subnudo racemoso, pedunculis solitariis patentissimis. B. WILLD. JACQ. *t. 125.*

Folia radicalia subtus scabra, humo incurvata. Flores profunde violacei. In arvis Leopoli rarior Prof. Schk. Circa Zaleszczyki DF. Circa Siedliszcze ad Bogum Circ. Chelm: frequens. Cracoviae P. Floret Julio — Septembri.

270. *V. Blattaria*, foliis glabris, imis petiolatis, sinuatis. caulibus amplexicaulibus

oblongis dentatis, floribus racemosis solitariis.

B. WILLD.

Flores lutei, ante anthesin extus rubri. Ad vias, circa pagos, in pascuis sterilibus undis. Floret Julio, Aug.

LXXXVII. DATURA. Linne.

271. *D. Stramonium*, pericarpis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris (sinuato-dentatis). WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 17. Flor. Dan. t. 436.*

Flores albi magni, cum tota herba foetidi. Ad vias simeta ruderata. Floret Julio, Septembri.

LXXXVIII. HYOSCIAMUS. Tournef.

272. *H. niger* foliis amplexicaulibus sinuatis (viscoso-villosis), floribus axillaribus sessilibus. WILLD.

Annua et biennis. Corolla sulphurea violaceo-reticulata. Cum praecedente. Floret Junio — Augusto.

273. *H. Scopolia* foliis ovatis integris (petiolatis), calycibus inflatis campanulatis laevibus. WILLD. *Scopolia carniolica* JACQ. *Observ. p. I. t. 20.*

Planta habitus Atropae, corollaque illius, fructu Hyosciami; calyce Physalidibus appropinquat. Corolla campanulata, truncata, extus ferruginea, intus flava. In sylvaticis circa Zaleszczyki DF. Cracoviae in

valle Oycow versus Piaskowa Skala. Floret Majo.

Cum Hyosciamo praeter capsulam nil fere communis habet; hinc melius, me saltem iudice, foret, si genus Scopoliae a Cl. Jacquino conditum, sub alio nomine restitueretur. Cl. P. Schultes nomen Idria Scopoliae proponit, cum viri optimi Div. Man. alio genere celebramus.

XCVI. ATROPA. Linne.

274. *A. Belladonna* caule herbaceo, foliis ovatis integris. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 16.* JACQ. *Austr. t. 309.*

Caulis 4—6 pedalis, superne ramosus, patens. Flores axillares pedunculati nutantes, corolla sordide violaceo-purpurea. Bacca nigra magnitudine Cerasi nigri. In sylvarum regionibus arboribus spoliatis. In vallis Oycow monte altissimo et aliis. In monte Cergow Góra prope Duklam. E.C. Floret Junio Julio.

XCIV. PHYSA LIS. Linne.

275. *P. Alkekengi* foliis geminis (ovatis) acutis integris, caule herbaceo, inferne subramoso WILLD.

Corolla alba. Calyx fructiferus inflatus, maximus, miniatus. Variat foliis flavo variegatis. In cultis, sepibus. Floret Julio Augusto.

XCIV. OLANUM. Linne.

276. *S. Dulcamara*, caule inerme fruticoso scandente, foliis cordato-(ovatis) glabris, superioribus auriculatis (hastatisve), corymbis oppositifoliis, WILLD. *Flor. Dan. t. 607.*

Flores violacei, rarius lilacei. Baccae rubrae splendentes. In humidis Alnos cingens, in muris. Floret Junio, Jul.

277. *S. nigrum* caule inerme herbaceo, foliis ovatis (sub)dentato-angulatis, umbellis lateralibus nutantibus. SMITH-WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 14. Flor. Dan. t. 460.*

Caulis ramique teretes Flores albidi, Baccae nigrae. In ruderatis, cultis et fimitis. Floret Junio — Sept.

278. *S. judaicum*, caule subinermi herbaceo, ramis angulatis, muricatis, aculeis incurvis, foliis ovatis angulatis, corymbis distichis nutantibus. B. WILLD?

Caulis teretiusculus. Rami angulati, patuli, a quovis enim petiolo anguli duo muricati decurrunt aculeis sursum adpresso-inflexis, seta molli terminatis, caeterum nudiusculi. Folia ovata sinuato-angulata subnuda. Flores in pedunculis distiche corymbosis, infra foliaceis. Corollae albae. Antherae distinctae conniventes flavae. Baccae deflexae nigrae. Ad vias, fimita cum praecedenti. Floret a fine Julii, Augusto.

CI. RHAMNUS. Linne.

279. *R. catharticus* spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis (seratis). WILLD. *Flor. Dan.* t. 850.

Arbor sesquiorgyalis saepius, floribus viridi-flavescentibus, stigmate 3—5 fido, bacca nigra. In sepibus. Floret Majo, Junio.

280. *R. Frangula* inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis (ovato-ellipticis) integerrimis glabris, bacca disperma, SMITH. WILLD. *Flor. Dan.* t. 278.

Frutex orgyalis, floribus parvis purpurascens. Baccae nigrae: junioribus rubris. In fruticetis humidiusculis et collibus. Floret Majo, Junio.

CII. EVONYMUS. Linne.

281. *E. vulgaris* floribus, plerisque tetrandris, (petalis oblongis), pedunculis compressis multifloris, stigmatibus subulatis, foliis glabris. WILLD. (*E. europaeus*) *Fl. Dan.* t. 1089.

Frutex ramis oppositis, laevibus; foliis lato-lanceolatis, petiolatis; floribus sordide albis; fructibus tetragonis purpureis, arillis croceis, seminibus albis. In sepibus. Floret Majo, Junio.

282. *E. verrucosus* (verrucosa) floribus tetrandris, cortice verrucoso, pedunculis filiformibus teretibus, WILLD. JACQ. *Austr.* t. 49.

Frutex ramis brachiatis; foliis ovatis serratis, floribus viridescenti-roseis; fructibus purpureo-tetragonis, arillis croceis dimidiatis, seminibus nigris. In sylvaticis et nemorosis (Leopoli in horto jaculatorio.) Floret Majo, Junio.

CV. RIBES. Linne.

283. *R. rubrum*, inerme, racemis glabris nutantibus, floribus planiusculis, petalis obcordatis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan.* t. 967.

Frutex. Folia quinqueloba, lobis duobus lateralibus minoribus. Flores viridiflavescens. Baccae rubrae. In parte septentrionali montis Babia Góra. Floret Majo, Junio. Fructus Jul. Aug.

284. *R. alpinum* inerme, racemis erectis bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis. SMITH.

Frutex. Folia triloba. Flores luteo-virides dioici polygamique. Baccae rubrae. In rupibus vallis Oycow. Floret Majo.

285. *R. nigrum* foliis subtus punctatis, racemis laxis, floribus campanulatis, bracteis pedicellis brevioribus. WILLD. *Flor. Dan.* t. 556.

Frutex. Folia juniora vidi punctis resinosis et alia floescentiae tempore absque illis; racemos geminos ex una gemma et unicum cum pedunculo simplici ad basin. Flo.

res purpurascens Baccae nigrae. Leopoli ad pedem montis supra pagum Liszeniec siti. Floret Majo, Junio.

286. *R. Grossularia* ramis aculeatis, pedunculis unifloris, germinae baccisque glanduloso-setosis. B. WILLD.

Frutex aculeis potissimum ternatis, binatis simplicibusque sub gemmis, sed et sparsis minoribus. Petiolorum ciliae simplices, apice glandulosae. Folia supra lucida, laete virida. Pedunculi bractea monophylla, rarius diphylla. Flores brunescenti-virides, laciniis calycinis linearibus. Germinis et baccarum setae glandulis rubris capitatae. Styli simplices aut bifidi. Cópiose super saxa vallis Oycow. Ad sepes. Floret Aprili, Majo.

* *R. hybridum* ramis aculeatis, pedunculis subunifloris, germine pubescente, setis glanduliferis intermixtis: petiolorum ciliis glanduliferis, subnudis. Nobis.

Videtur hybrida próles praecedentis et subsequentis: sunt enim folia cum petiolis *R. Grossulariae*. Bracteae cum floribus *R. Uvae* crispae: germen autem de utroque participat. Cum iis Cracoviae in sepibus frequens.

287. *R. Uva crispa* ramis aculeatis, pedunculis unifloris, germinibus albo pubescentibus, baccis glabris. B. WILLD.

Rami inermes praeter aculeos sub gemmis. Petiolorum ciliae pilosae. Folia mollia pubescentia opaca, Pedunculi bractea bi-tri-

phylla, foliolo uno caeteris multo majore, quandoque triflori. Flores viridi-rubescens, laciniis calycinis elliptico-oblongis. Cum praecedentibus.

CVI. HEDERA Linne.

288. *H. Helix* foliis quinquangularibus, floralibus ovatis, umbella erecta. WILLD. *Flor. Dan. t. 1027.*

Caulis scandens, radicans, arborum truncis saxisque arcte radiculis adhaerens. Folia sempervirentia. Floriferas nullibi adhuc observavi. In sylvaticis.

CVII. THESIUM. Linne.

289. *T. intermedium* caule stricto, foliis lineari-lanceolatis trinerviis, panicula foliacea. SCHRAD. *Spicil. T. Linophyllum var. β* WILLD.

Folia utrinque attenuata, obsolete trinervia. Flores viridescenti-flavescentes. In collinis siccis. Floret Julio.

290. *T. alpinum* caulibus prostratis simplicibus, racemo foliato secundo, floribus sessilibus, bracteis obvallatis. PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr. t. 416.*

Flores saepe tetrandri, albido-viridescens. In montibus carpathicis DZK.

XCII. VINCA. Linne.

291. *V. minor* caulibus procumbentibus, foliis oblongo-lanceolatis, margine glabris. Linne. WILLD.

Floriferi rami erecti; flores α caerulei, aut β rubentes, γ rarius γ pleni. Var. α In sylva prope Lelechowka. β et γ Cracoviae in sylva circa Bielany. Floret Majo.

XCIH. VINCETOXICUM. Moench.

292. *V. vulgare* caule erecto, foliis ovatis acuminatis, margine tenuissime ciliatis. PERS. *Syn. Asclepias Vincetoxicum*. WILLD. *Flor. Dan. t. 489.*

Flores albidii. In Asperis, siccis; ad sepes. Floret Junio, Julio.

XC. ERYTHRAEA. Renealm.

293. *E. Centaurium* foliis elliptico-oblongis, caule elongato, floribus sessilibus fasciculato-paniculatis, basi bibracteatis. B. PERS. *Syn. Chironia Centaurium*. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 22. Gentiana Centaurium. Flor. Dan. t. 617.*

Calyces in florentibus tubo multo breviores. Corolla rosea. In collinis siccis apricis. Floret Julio, Aug.

294. *E. ramosissima* foliis ovato-ellipticis, caule ramosissimo, floribus subdichotomis pedicellatis, basi nudis. B. PERS. *Syn. Chironia Centaurium var. β* . WILLD.

Calyces corollae tubum subaequant. Corolla rosea minor. In pratis humidis arenosis Cracoviae P. In pratis vallis Oycow. E. C. Floret Aug.

Digynia.

CIX. SWERTIA. Linne.

295. *S. perennis* corollis quinquefidis quadrifidisque, pedunculis tetragonis, caule indiviso, foliis radicalibus ovalibus. WILLD. JACQ. *Austr. t. 243.*

Flores in caule pedali, sesquipedali ellipticis foliis parvis oppositis acutis sessilibus vestito, terminales, subracemosi. Pedunculi oppositi, inferiores quoque racemosi. Corolla sordide violacea, nigro punctata. Ad marginem rivuli ex prato uliginoso infra Stawki orti et in stagnum Janoviense fluentis. Floret Augusto.

CVIII. GENTIANA. Linne.

296. *G. asclepiadea* corollis quinquefidis, campanulatis, oppositis, axillaribus, subsessilibus, secundis, foliis amplexi caulibus ovatis acuminatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 328.*

Caules simplices, patentes, incurvi. Folia distiche patentia. Flores intense caerulei, erecti. In montibus carpathicis versus Bukowinam. DZK, praeterea a Skavinka incipiendo usque ad apicem montis Babia Góra frequens. Circa Drohobycz. Circa Duklam E. C. Floret Augusto, Septembri.

297. *G. Pneumonanthe* corollis quinquefidis campanulatis acuminatis axillaribus ter-

minalibusque pedunculatis, foliis sublineari-
bus obtusis. WILLD. *Flor. Dan.* t. 269.

Corolla intense caerulea albo-punctata.
Variat caulibus quadripollicaribus unifloris,
foliis inferioribus ovatis obtusis, superioribus
ovato-lanceolatis. In montosis apricis inter
Drohowycz et Truszkawice. Leopoli in pratis
udis, ut extra Bogdanowka, Wolka. Craco-
viae ad viam versus Mogilany. Floret Au-
gusto, Septembri.

298. *G. cruciata* corollis quadrifidis im-
berbibus, floribus verticillatis sessilibus, fo-
liis decussatis connato-vaginantibus. PERS.
Syn. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 372.

Caulis basi attenuatus. Flores caerulei
extus viridescentes. In collibus circa hortum
jaculatorium Leopoli. In valle Oycow. E. C.
Floret Julio, Augusto.

299. *G. pratensis* corollis subquinquefidis
hypocrateriformibus obtusis fauce barbatis,
calycis laciniis inaequalibus, foliis lanceola-
tis. FROELICH. *Dissert. de Gent.* WILLD. *G.*
campestris. Pall.

Radix simplex, fibrosa, lutescens. Caulis
erectus, hexagonus, acutius angulatus palli-
dus, dodrantalis, (saepius 3 — 6 pollicaris);
ramosus; ramis oppositis, erectis, angulatis,
inaequalibus; inferioribus brevioribus quam
internodia. Folia radicalia spathulata; cau-
lina sessilia lanceolata, basi latiuscula, acu-
ta, margine scabra, obsolete nervosa; su-

prema rameaque caeteris angustiora. Flores
terminales axillaresque in caule et ramis, soli-
tarii s. bini; altero altiore s. terni inaequa-
liter alti, s. solitarius ad latus ramuli erecti,
vix semipollicares, G. Amarella, vel campe-
stri floribus multo minores, pedunculis erectis
tenuibus, acute angulatis flore brevioribus, in-
terdum brevissimis insidentes. Calyx cam-
panulatus, non striatus, corolla $\frac{1}{2}$ brevior
ultra dimidium quinquefidus, laciniis linea-
ribus acutiusculis inaequalibus; binis paullo
longioribus maioribusque. Corolla hypocrate-
riformis pallide virescenti-caerulea, recens vio-
laceo-purpurascens, tubo cylindraco, limbo
quadri-quinquefido, laciniis ovatis obtusis,
tubo quater (?) brevioribus. Squamae in ore
tubi multifido-capillares, laciniis duplo bre-
viores. Filamenta tubo breviora. Antherae
ovales versus pistillum conniventes Froel. l.
c. Ob calycis lacinias duas majores diu hanc
pro *G. campestri* L. habui, donec genuinam ex
Helvetia apud D. Schott vidi, quae non so-
lum habitu proceriore; sed floribus majoribus
calycis laciniis duabus revera respectu reli-
quarum maximis ovatis, reliquas amplecten-
tibus aliisque differt. In locis apricis mon-
tium carpathicorum circa Krynica, versus mon-
tem Babia Góra. Floret ab Augusto in Oc-
tobrim usque. *)

*) Iconem Florae Dan. 328 non optime ad
nostram quadrantem, nolo citare, cum

300. *G. lancifolia* corollis hypocrateriformibus 4 — 5 partitis fauce barbatis, laciniis lanceolatis acutis, foliis lanceolatis. PERS. *Syn.* ?

Ut nostratem pro hac declarem, determinant me illa quae Cl. Fröelich instituens comparisonem inter *G. Amarellam germanicam* et anglicam Hudsoni dicit et comparatio inter *Gentianam ex subalpinis Austriae*, quam Cl. Host et alii pro *G. Amarella (germanica)* habent, et nostratem instituta.

Caulis paniculatus 1 — 2 pedes altus, ramis praecipue inferioribus longis, strictis, tetragonis. Folia ovato-lanceolata, sessilia Flores breviter pedicellati axillares et terminales 8 lineas longi, diametro vix sesquilineam metiens. Calyx ultra dimidium fissus 10 angularis, laciniis lineari-subulatis uniformibus. Corollae tubus calyce $\frac{1}{4}$ parte longior albidus, transverse rugosulus, limbus 4 — 5 fidus, purpurascens-violaceus, laciniis ovatis acutiusculis. Faux clausa ciliis albis. Stamina tubo inclusa. Variat et caule tripollicari, ramis tunc vix internodiis longioribus. In collibus apricis Leopoli ut in Cettnerówka, in parte septentrionali collium extra S. Adalbertum. Ad viam inter Szklo et Janow. Cir-

et a Cl. Fröelichio et a Cl. Persoonio bis citatur; superius nempe ad *G. Amarellam* et inferius ad *G. pratensem*.

Circa Duklam. E. C. Floret Augusto, Septembri.

301. *G. ciliata* corollis quadrifidis, laciniis serratis, medio inciso-ciliatis, foliis lanceolatis linearibusque, caule angulato. WILLD. *JACO. Austr. t. 113.*

Flos caeruleus unicus, rarius plures. Leopoli ad latera viae a Janow versus Sklo inter frutices. In monte supra Makow sita. Circa Krynicam. Circa Duklam. E. C. Floret ab Augusto in Octobrim usque.

CXII. HERNIARIA. Tournefort.

302. *H. glabra* herbacea glabra, glomerulis multifloris spicaeformibus. PERS. *Syn.* WILLD. *Flor. Dan. t. 529.*

Caulis prostratus, geniculatus, ut in sequente. Leopoli in partis anterioris montis arenosi latere septentrionali. In arvis inter hortum jaculatorium et illum quondam D. Longchamps. Cracoviae. P. Floret a Junio in Septembrem usque.

303. *H. hirsuta*, herbacea hirsuta, glomerulis paucifloris. PERS. *Syn.* WILLD. Simillima habitu priori. In arvis arenosis Cracoviae. Floret cum praecedente.

CX. ATRIPLEX. Tournefort.

304. *A. hortensis* caule erecto herbaceo, foliis triangularibus, (calycibus fructus orbiculatis). *Linne Syst. Veget. Edit. XV.*

Folia superiora lanceolato-oblonga, obtusa, basi saepe hastata. In cultis. Floret Julio, Augusto.

305. *A. albicans* caule herbaceo patentissimo, foliis rhombeo-triangularibus dentatis, calycibus fructus rhombeis denticulatis, dorso transverse cristatis. B. *rosea* WILLD.

Tota planta cano-viridescens. Caulis erectus, pedalis, ad summum bipedalis. ramosissimus. ramis patentissimis, subteres. Folia petiolata, rhombeo-triangularia, acuta, inaequaliter dentata, dentibus obtusiusculis, basi integra, subtus squamuloso-argentea; summa saepe ovata, integra. Flores in spicis parvis foliosis et axillis foliorum mixti; hermaphroditi saepius abortivi, antheris luteis. Calyces fructus foemineorum rhombeo-convexi, trinervi, marginibus baseos integris; anticis denticulatis, viridi-reticulatis; medio transversim cristati, crista saepe interrupta, rarius dimidiata aut plane nulla. Nomen ideo mutavi, quoniam nil rosei aut rosacei in hac planta se monstrat. Fructuum glomeruli aequae in hac, ac in aliis rosulam aemulant; hinc nil characteristici habet. — An autem nostra planta eadem sit, quam Cl. Link describit, valdopere dubito. Leopoli ad fimeta cum Chenopodiis, Datura et aliis. Floret Julio, Augusto.

306. *A. laciniata* caule herbaceo, foliis triangularibus dentatis subtus argenteis. PERS. *Syn.* WILLD.

Caulis diffusus, subprocumbens, obtuse angulatus. Folia petiolata, triangula, longiora tamen, quam lata, sinuato-dentata, dentibus acutis, obtusa, basi integra, supra pallide et sordide viridia, subtus squamuloso-argentea; superiora basi cuneata, oblonga, hastata, remote dentato-sinuata. Flores in spicis paniculatis subnudis et axillis foliorum mixti. Hermaphroditi saepius abortiunt, antheris flavis. Calyces fructus foemineorum magni rhombeo, antice foliacei trilobi, lobis lateralibus truncatis, interjectis parvis denticulis. Semina matura non vidi: attamen membranae nigrae reticulatae vestigia nulla. Leopoli cum praecedente.

307. *A. patula* caule herbaceo patulo, foliis deltoideo-lanceolatis subhastatis, calycibus seminum disco submuricatis. SMITH?

Caulis erectus, basi teres, superne subquingularis, ramis elongatis; inferioribus oppositis, reliquis alternis, patulis. Folia infima et media oblongo-lanceolata, hastata, subtriplinervia, quandoque angulato-dentata; summa lanceolato-lineararia, obtusa. Calyces fructiferi foemineorum rhombeo-triangularis, acuti, dorso juniores farinoso-tuberculati; maturi nervosi, versus angulos laterales antice denticulo uno alterove. Semen magnum subcochlearum. In ruderalis Leopoli, ad fimeta cum praecedentibus.

CXI. CHENOPODIUM, Tournefort.

308. *Ch. Bonus Henricus*, foliis trian-

gulari, sagittatis integerrimis - spicis compositis aphyllis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan.* t. 579.

Folia pulverulenta, uti in pluribus hujus generis. Spiculae constant floribus glomeratis sessilibus. Flores foemineos minores calyce tri-quadripartito, hermaphroditis caeterum conformes inter hos cum Cl. Prof. Schultes observavimus. Cave autem, ne desfloratos hermaphroditos pro foemineis ob diutius persistentia stigmata habeas. Ad simeta, vias, pagos. Floret Junio, Julio.

309. *Ch. urbicum* foliis triangularibus subdentatis, racemis confertis, strictissimis, cauli approximatis, longissimis. WILLD.

Folia nuda, supra lucida; inferiora basi vix producta; suprema hastato-lanceolata, integerrima. Cum reliquis.

310. *Ch. murale*, foliis (rhombico-ovatis) inaequaliter dentatis acutis nitidis, racemis corymbosis nudis, caule ramoso patulo. WILLD.

Foliis nitidis nudis acute dentatis et racemis ramosissimis subcymosis subdivaricatis facile dignoscitur. Cracoviae in foro Collegii medici, circa Nosocomium ad S. Spiritum. Floret Aug. Sept.

311. *Ch. hybridum* foliis cordatis (sinuato-)angulatis acuminatis, racemis ramosis (di-

varicatis) nudis. WILLD. VAILL. *paris.* t. 7. f. 2.

Folia fere Stramonii utrinque angulis tribus acutis, acuminatae longissime producto, laevia, magna. In cultis, ruderatis. Floret Augusto.

312. *Ch. glaucum* foliis omnibus ovato-oblongis sinuato-repandis subius glaucis, spicis glomeratis nudis, ramis virgatis. B. WILLD. Caules diffusi. Racemi axillares folio subjecto breviores. In cultis, ruderatis, simetis. Floret Julio, Augusto.

313. *Ch. album* foliis rhomboideo-ovatis erosis postice integris; superioribus oblongis integerrimis: (floribus corymboso-racemosis, inferioribus longe pedunculatis), seminibus lacvibus. SMITH, WILLD.

Folia adultiora et juniora fere albida, farinosa. Racemi superne patuli. Calyces fructus alato-pentagoni. In ruderatis, agris. Floret Junio, Julio.

314. *Ch. viride* foliis hastato-sinuatis erosissimis, postice integris; superioribus oblongis integerrimis: (spicis compositis, floribus glomeratis sessilibus); seminibus punctatis. SMITH. sub *Ch. fici folio*. WILLD.

Axillae foliorum rubrae et superiori competunt. Habitat et floret cum praecedenti.

315. *Ch. olidum* foliis integerrimis rhombico-ovatis, floribus conglomeratis axillaribus, caule diffuso. PERS. *Curt. fasc. 5. t. 2 Ch. Vulvaria* WILLD. *Flor. Dan. t. 1152.*

Herba pulverulento-canescens, foetidissima, odoris halicum randicorum. In Stradomo Cracoviae ad murum secundum decursum Vistulae; in platea Canonicorum copiosissime ad latera. Floret Julio, Augusto.

316. *Ch. polyspermum* foliis ovatis integerrimis, caule prostrato, racemis axillaribus et terminalibus divaricatis, aphyllis. WILLD. *Flor. Dan. t. 1153.*

Folia virida, nuda, obtusa, mucronata; stigma opposita. In cultis fimetis, rudiculis. Floret Julio, Augusto.

317. *Ch. Scoparia* foliis lineari-lanceolatis margine ciliatis, floribus glomeratis axillaribus. WILLD.

Caulis ramosissimus cum ramis strictus, glomeruli juniores villosi. In sterilibus circa Zaleszczyki. Floret Augusto DF.

CXIII. ULMUS. Tournefort.

318. *U. campestris* foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, floribus subsessilibus conglomeratis pentandris, fructibus nudis. WILLD.

Arbor ramis annotinis foliisque sessilibus

scabris, fructibus integris. Floret Aprili ad pagos, hortos.

319. *U. suberosa* foliis duplicato-serratis basi subaequalibus (petiolatis), floribus tetrandris, subsessilibus conglomeratis, fructibus nudis, cortice ramulorum suberoso-alato. WILLD.

Fruticosa in horto jaculatorio Leopoli, Cracoviae in colle lapidoso inter Przegorzaly et Bielany.

320. *U. effusa* foliis duplicato-serratis, basi inaequalibus, floribus (sub) octandris pedunculatis effusis, fructibus margine villosis. WILLD.

Arbor ramis annotinis laevibus, foliorum sessilium latere inferiore angustissimo sub-integro, staminibus 5-6-7-8, fructibus bicornibus, apicibus inflexis. Cracoviae ad hortos, pagos. Floret Aprili.

CXIV. ERYNGIUM. Tournefort.

321. *E. planum* foliis radicalibus cordato-ovalibus planis (serrato) crenatis petiolatis, caulinis sessilibus; capitulis ovatis pedunculatis. PERS. *Syn. pl. WILLD. JACQ. Austr. t. 391.*

Serraturae foliorum et involucria spinosa. Capitula et pedunculi amethystini. Leopoli ad viam pedestrium versus steinernea Wirthshaus; praeterea inter Winniki et Ku-

rowice. Cracoviae in asperis. P. Floret Julio, Augusto.

323. *E. campastre* foliis radicalibus petiolatis trifidis, caulinis amplexicaulibus pinato-laciniatis B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 155. Flor. Dan. t. 554.*

Folia radicalia modo simplicissima apice retusa, modo trifida, lateralibus decurrentibus. Caulis superne ramosissimus. Capitula viridescencia. In pascuis siccis circa Zaleszczyki DF. Cracoviae P. Floret Julio, Augusto.

CXV. SANICULA. Tournefort.

323. *S. europaea* foliis radicalibus simplicibus, floribus omnibus sessilibus. WILLD. Folia petiolata glabra, profunde subseptemloba. Umbellae universalis radii inaequalis, saepe ramosi. Involucrum universale subdiphyllum foliaceum, pinnatifidum. Involucella polyphylla, foliolis lanceolatis acutis, integris. Umbellulae globosae. Flores albi, saepius ab initio rosei. In sylvaticis Leopoli, circa Krynica, Cracoviae circa Bielany vallemque Oycow. Circa Duklam. E. C. Floret Junio, Julio.

CXVI. ASTRANTIA. Linne.

324. *A. major* foliis radicalibus quinquelobis, lobis trifidis acutis dentato-serratis, involucellis obovato-lanceolatis. integerrimis. B. WILLD.

Caulis bi-tripedalis. Foliorum dentes setiferi. Involucra trifida, foliacea. Involucella purpurascencia. Seminum anguli plicati rugosi, apicem versus dentati, nudi. Leopoli in fruticosis extra fontem martialem Dni Kratter, ad margines sylvarum. In valle Oycow. Cracoviae supra Zwierzyniec. Circa Duklam EC, Varietatem foliis palmatis, lobis (3-5) subaequalibus, integris, biserratis, serraturis superioribus profundius, omnibus apice setaceis in montosis Circ. Sanoc. legit idem. Floret Junio Julio.

CXXV. RUPLEURUM. Tournefort.

325. *B. rotundifolium* involucellis umbellula majoribus, involucris nullis, foliis persiliatis. B. WILLD.

Caulis superne divisis. Folia subrotundo-elliptica. Flores flavi. Inter segetes. Floret Julio.

326. *B. falcatum* involucellis pentaphyllis acutis umbellulam subaequentibus, involucro subpentaphyllo inaequali, foliis obovato-lanceolatis, caule flexuoso. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 158.*

Involucrum in meis speciminibus triphyllum, foliolo uno acuminato, reliquis obtusis plus triplo majori. Flores lutei. Leopoli in valle ducente breviori via versus steinernen Wirthshaus. Floret Julio, Augusto.

CXVIII. CAUCALIS. Tournefort.

327. *C. daucoides* umbellis triradiatis subaphyllis, umbellulis trispermis triphyllis.

WILLD. JACQ. *Austr. t. 157.*

Caulis sulcatus, ad genicula villosus. Folia ternata, foliolis pinnatis, pinnis decomposito-pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis. Involucrum raro monophyllum supplet villus albus. Flores albi aut purpurascens. Fructus oblongi setis flavescens distantibus, basi incrassatis. Fructus 2 — 4, umbellulamque diphyllam vidit Cl. P. Schultes. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

328. *C. Anthriscus* involucris polyphyllis, seminibus ovatis, reflexis, foliis decompositis-foliolo extimo lineari-lanceolato (inciso-serrato.) WILLD. *Tordylium Anthriscus*.

JACQ. *Austr. t. 261.*

Biennis. Rami erectiusculi. Fructus ovatus viridis, stylis reflexis. Flores albi aut purpurascens. In fructuosis, ad sepes Leopoli. Floret Julio.

Caule distinguenda a *C. arvensi*, cui radix annua, involucrum subnullum et semina nigro-viridia. Neque folia neque caulis distinguunt plantas has: caulis patens ramosissimus aequae in nostra, si arva petit ac in *C. arvensi* occurrit, cum ramis erectiusculis elongatis in sepibus reperitur. Setae adpressae reflexae cauli, erectae radiis umbellae non solum *C. Anthrisci*, uti Linneus putavit, sed et *C. arvensis* competunt. Praesentia Involucris

polyphylli, quod Cl. Persoon negat, primo intuitu *C. Anthriscum* ab altera distinguimus.

CXIX. DAUCUS. Tournefort.

329. *D. Carota* seminibus hispidis, petiolis subtus nervosis, foliorum laciniis angusto-linearibus acutis. PERS. *Syn.* WILLD. *Flor. Dan. t. 723.*

Folia glabra aut hirsuta. Umbella florifera plana; fructifera concava. Flores albescentes medio saepe flos difformis atropurpureus. In pratis siccis, ad margines viarum. Floret Junio, Julio.

CXXIII. CONIUM.

330. *C. maculatum* seminibus inermissis, caule ramosissimo nitido; maculato. SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 156.*

Tota planta glabra, adultior mures redolens. Caulis striatus, sanguineo-maculatus. Folia decomposita, foliolis ovatis acutis pinnatifidis, laciniis inciso-serratis. Petioli fistulosi quoque maculati. Involucellum 3 — 5 phyllum, foliolis saepe connatis. Flores albescentes. In cultis et ad margines fossarum sepibus. Floret Julio, Augusto.

CXXVII. SELINUM. Linne. *)

*) Antequam species hujus generis hujates exponam, liceat mihi quaedam monere, ex quibus patebit, species plures latere

331. *S. palustre* caule striato, radiis umbellae hispidis, foliis subtriangulis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis acutiusculis, petiolis laevibus. B. WILLD. *S. sylvestre* Jacq. *Austr. t. 152.*

Caulis unicus quadri-quinquepedales, striato-angulatus, glaber, angulis nonnullis quandoque scabriusculis, superne ramosus. Folia inferiora maxima, triangulum fere referentia, longitudine tamen latitudinem excedente, tri- aut quadripinnato-supradecomposita, patentissima. Foliola pinnatifida aut saepius inciso-pinnatifida, ovata, acuta, laciniis lanceolatis acutis, extima elongata; callo albedo aut rubescente terminatis Umbellae terminales multiradiatae planiusculae. Involucrum polyphyllum, foliolis lanceolatis, linea-

sub nomine *Sel. Sylvestris* et *palustris*; *S. palustri* enim Cl. Smith tribuit stylos post florescentiam divaricatos; Host erectos; Smith declarat caulem glabrum, Crantzio sulci caulis hispidi. Krocker videtur sub nomine *S. Sylvestris* habere *S. palustre*; ipsius autem *S. palustre* ob defectum involucri et alia, quod apud D. Schott e Silesia missum vidi, nova species est. Alia planta est *S. Sylvestre* Jacquin, alia *S. palustre* Florae Daniicae; quae tamen ad unam eademque speciem citantur.

ribus, acutis, dimidium radiorum aequantibus, lateribus albo membranaceis. Radii umbellae angulati, superne hispidi. Involucella involucro conformia, umbellulam superantia, foliolis exterioribus longioribus. Flosculi albi. Semina elliptico-oblonga, dorso parum convexa, striis tribus elevatis, ala angusta cincta. Leopoli in alnetis paludosis versus Wolka, Bogdanowka. Cracoviae in sylvula posteriori Bronowicensi. Floret Julio.

332. *S. Schiwerekii* caule striato, radiis umbellae hispidis, foliis dilatatis triangulis, foliolis pinnatifidis, laciniis parallelis linearibus obtusis, petiolis inferiorum ad angulos scabriusculis. Nobis.

Praecedenti valde simile, differt ab illo potissimum caule basi saepius scabriusculo humiliore: foliis ambitu triangulis, latitudine excedente longitudinem quadripinnato-supradecompositis, foliorum laciniis magis distantibus, parallelis linearibus, angustioribus, obtusis; involucellis angustioribus, brevioribus; temporeque florendi mense fere seriore. In reliquis convenit cum praecedente.

Hanc pie defunctus P. Schiwerek primus distinxit. Leopoli in sylvula Betularum extra fontemmartialem Dni Kratter versus S—W et in fruticeto inter Sknilow et Nawaria.

333. *S. intermedium* caule striato, radiis umbellae hispidis, foliis ovatis acutis,

foliolis inciso-pinnatifidis, laciniis oblongis obtusis. Nobis.

Icon Florae Danicae 257, repraesentans ipsis *S. palustre*, exprimit habitum et formam foliorum hujus plantae. Etiamsi hujus nec radicem integram, nec semina viderim matura, folia sola collata cum reliquis partibus mihi sufficiunt, ut hoc *Selinum* pro distincte declarem specie. Cum *S. palustri* convenit forma caulis, apicibus callosis foliorum involucro et radiis umbellae; cum *S. Carvifolia* autem et austriaco forma foliorum: distinctum tamen a priori laciniis approximatis, ab altera foliolis basi ovatis non cuneiformibus; ab utraque simul apicibus obtusis, callosis quidem et non mucronatis, laciniisque extrema elongata, minus tamen ac in praecedenti.

Radix foris fusca (superne simplex), digitum infantis crassa. Caulis tripedalis. Folia tripinnato-supradecomposita erecta. Involucella umbellulis breviora. Leopoli in sylvae Krzywczycensis fruticosis versus pagum Floret Augusto.

334. *S. carvifolia* caule sulcato acutangulo, superne alato, involucro universalinullo, foliis ovatis acutis, foliolis inciso-pinnatifidis, laciniis oblongis mucronatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 16.*

Ex hisce notis collatis cum superius dictis facile dignoscetur. Flores albi aut purpurascens. In fruticosis, nemorosis, ad margines sylvarum. Floret Augusto, Septembri,

335. *S. Oreoselinum* caule tereti striato, foliolis incisissimè integerrimis divaricatis. B. VEST. MAN. *Athamanta Oreoselinum* WILLD. JACQ. *Austr. t. 68.*

Folia supradecomposita. Lacinae oblongae obtusae, mucrone albo cartilagineo. Petioli sub angulo recto refracti. Flores albi. In collibus apricis. Floret Julio, Augusto.

336. *S. Cervaria* caule tereti, striato, foliolis subovatis decussatis inciso-angulatis. VEST. MAN. *Athamanta Cervaria*. WILLD. Folia supradecomposita, rigida. Foliola subtus pallidiora, dentibus spinulosis. Flores albi. Semina lato-ovalia. In collibus siccis apricis. Floret Augusto.

CXXIV. ATHAMANTA. Persoon.

337. *A. Libanotis* foliis bipinnatis planis, foliolis oblongis (inciso)-dentatis, umbellis hemisphaericis densis, fructiferis planis, VEST. MAN. WILLD. JACQ. *Austr. t. 392. et t. 392. **

Caulis angulatus, laevis, aut pubescens, ramosus, ramis strictis, foliola imò decussata ad petiolum communem. Flores albi. Ad viam inter Janow et Sklo. In rupibus sylvae inter Lelechowka et Stawki Circ. Leopoli. In saxosis vallis Oycow. Floret Julio, Augusto.

CXXII. PEUCEDANUM. Linne.

338. *P. officinale* pinnis foliorum quinques-tripartitis, laciniis linearibus acutis indivisis. WILLD.

Caulis bi-quadripedalis, teres, striatus, foliis longis, pinnis brevibus. Involucrum polyphyllum, Flores lutei. In sylva inter Narajow et Brzezany. Circa Zaleszczyki DF. Floret Julio.

339. *P. alsaticum* foliolis pinnatifidis, laciniis trifidis latiusculis, involucre polyphyllo. PERS. Syn. WILLD. JACQ. Austr. t. 70.

Caulis ramosissimus. Folia decomposita. Flores lutei. In montibus carpathicis DZK, Circa Zaleszczyki DF.

340. *P. Silaus* foliolis pinnatifidis, laciniis lineari-lanceolatis mucronatis, involucre submonophyllo B. WILLD. JACQ. Austr. t. 19.

Caulis striato-angulatus, tripedalis. Folia supradecomposita, laciniis, ut in plerisque, inferioribus oppositis, extimis confluentibus. Involucrum deciduum 1 — 2 — 3 phyllo, saepius autem nullum. Flores flavescens. Habitat in pratis Cracoviae versus Mogilany. Floret Julio.

CXXVIII. FERULA. Tournefort.

341. *F. nodiflora* foliolis linearibus angustissimis (appendiculatis), umbellis pedun-

culatis ad nodos verticillatis. PERS. Syn. WILLD. JACQ. Austr. app. t. 5.

Caulis altus. Folia supradecomposita, foliolis binis ternis et quaternis ad axillas vel nodos. Involucri foliola linearia mucronata. Flores flavi. In montibus carpathicis. DZK.

CXXI. LASERPITIUM. Linne.

342. *L. latifolium* foliolis oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis, seminum alis undulatis. B. WILLD. JACQ. t. 146.

Caulis teres striatus. Folia biternata; caulinarum foliola ovato-lanceolata subintegerrima, Flores albi. Semina alis quatuor. In fruticetis prope Zychow, Nawaria circ. Leopoli. In vallis Oycow sylvaticis. Floret Julio.

343. *L. prutenicum* (subhispidum), foliolis (pinnatifidis), laciniis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis. WILLD. JACQ. Austr. t. 153.

Caulis angulatus basi retrorsum hispidus. Folia decomposita. Involucella et flores albi. Leopoli ad margines sylvarum, ut in Wólka, versus septentrionem sylvae Krzywczycensis. Floret Augusto.

CXVII. HERACLEUM Linne.

344. *H. Sphondylium* foliis pinnatis, foliolis sinuato-pinnatifidis serratis. B. WILLD. Caulis tri-sexpedalis, angulatus, sulcatus, erectus, ramosus, foliosus, inferius hispi-

do-hirsutus, pilis albis subpalaceis reflexis, superne nudiusculus. Folia pinnata, foliolis quinis, aut tribus, dum tria exteriora confluent: foliolo extimo trilobo, lobo medio trifido: supra laevia aut pilis brevissimis adpressis adpersa, margine grosse serrato scaberrimo, subtus hirta. Petioli ad divisiones cum stipula ventricosa, caulem amplectente, hirsutissimi. Umbellae saepe subjecti rami oppositi vel terni umbelliferi ipsa breviores. Involucrum universale et partiate polyphyllum, foliolis setaceis. Umbellae radii 15—20 et ultra. Umbellulae planae, radiatae albae, petalis radii bifidis.

In cultis et pratis Cracoviae ubique. Floret Julio.

345. *H. flavescens* foliis pinnatis, foliolis oblongis inciso-pinnatifidis acutis dentatis, petalis subaequalibus viridi-flavescens. B. *H. angustifolium* JACQ. *Austr.* t. 173.

Hujus eadem est statura atque Sphondylii. Caulis striato-sulcatus, pilis albis adspersus, ad 2—3—4 ve pedum altitudinem attolitur. Foliorum laciniae, quam in Sphondylio sunt angustiores, acutae, facie glabrae, dorso inprimis ad nervos hirsutulae. Petala viridia idque modo saturate, modo cum alique flavedine dilutius, subaequalia totius umbellulae omnia, nulla vere unquam radiata a me visa aut alba, caeterum subovata, quoadque latiora, propter inflexum obtusum a-

picem subcordata, patentissima. Germen vi-
ret. Filamenta pallent. Antherae cum viro-
re flavent. Semina Sphondylii. Involucrum uni-
versale aut nullum habetur aut fere simile est
partiali constanti ex foliis linearibus acutis et
reflexis Jacq. l. c. p. 46. An *H. flavescens*
Willden. sit eadem cum Jacquiniana spe-
cies, ob flores non radiatos, valdopere du-
bito. In pratis floret Julio.

346. *H. longifolium* foliis decussato-pin-
natis, foliolis lineari-lanceolatis inaequaliter
dentatis, umbellis radiantibus. B. JACQ. *Austr.*
t. 174. *H. angustifolii* var. β . WILLD.

Folia pinnata, bi-trijuga, cum impari. In-
fimum par breviter petiolatum, foliolis decur-
sive pinnatifidis; ad petiolum, uti duo pa-
ria intermedia sessilia, cruciatim pinnatis:
in his (paribus nempe intermediis) autem fo-
liolum anterius duplo longius bilobum, lobo
antico brevissimo. Extimum est trifidum aut
tripartitum. Omnia lineari-lanceolata lon-
gissima, dentata. (Petala alba subovata et ob
inflexum apicem subcordata; exteriora sunt
radiantia majora et semibiloba. Jacq. l. c. p.
46.) A *H. angustifolio* gallico revera specie
differre, D. Schott, qui utrumque colit, mi-
hi asseruit. Leopoli et Cracoviae cum praec-
edentibus.

347. *H. elegans* foliolis decursive pinna-
tifidis acutis dentatis. WILLD, JACQ. *Austr.*
t. 175.

Planta ab unico ad 4 pedes alta, priorum habitu. Fructificatione convenit cum *H. longifolio*. Foliis propius accedit ad *H. angustifolium* (seu *H. flavescens*); tamen ab hoc etiam sic, magis a reliquis diversum: scilicet laciniae valde angustae nec longae; tum multum confluent. Folia plerumque ternata, sed inveniuntur etiam ultra divisa in individuis majoribus. Jacq. l. c. Umbellae radii inter affines longissimi, 3 — 4 pollicares, laxiores, pauciores.

Leopoli cum praecedentibus. Floret Julio.

348. *H. alpinum* foliis simplicibus cordatis obsolete lobatis serratis. WILLD.

Scapus sesquipedalis angulato-sulcatus, inferne hirsutus. Folia obsolete tri-quinqueloba, lobis subtrifidis, hirsutula. Involucrum caducum. Flores radiati. In montibus carpathicis. DIK. Floret Augusto.

CXXIX. LIGUSTICUM. Linne.

349. *L. austriacum* foliis (ternato-)bipinnatis, foliolis confluentibus incisissimis integerrimis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 151.*

Flores albi. Petala subovata patentissima. Caulis 3 — 5 pedalis. Variat involucro saepius foliaceo, foliolis trifidis incisissimis. Leopoli in fruticetis prope Zychow, Wolka et Navariam inter et Sknilow. In sylva inter Stawki et Lelechawka. Floret Junio, Julio.

CXXX. IMPERATORIA. Tournef.

350. *I. sylvestris* (caule-striato) foliolis aequalibus ovato-lanceolatis serratis, (vaginis ovatis ventricosis, seminibus subrotundis) B. *Angelica sylvestris*. WILLD.

Tota planta glabra, laevis. Caulis trisexpedalis, striatus, teres, supra parte sulcatus. Folia supradecomposita. Petioli insidentes stipulae amplae ventricosae. Involucrum submonophyllum. Involucella 6 — 7 phylla. Umbellulae hemisphaericae albae. Semina ala latissima cincta, latitudine longitudinem aequante. In sylvis et pratis humidis. Floret Julio, semina Augusto.

351. *I. flavescens* caule striato, foliolis ovato-oblongis obtusis inaequaliter serratis, vaginis oblongis, seminibus ellipticis. NOBIS.

Radix. . . Caulis erectus, teres, laevissime striatus, glaber, tripedalis et ultra, superne parum ramosus, infra umbellam striato-angulatus, angulis scabris. Folia supradecomposita magna: foliola oblonga, subovata, obtusa, aut parum acuta; nunquam tamen, si exceperis supra plerumque minora et angustiora, ovata, acuta, aut lanceolata ut in praecedente; utrinque laevia. Serraturae ut in illa, cartilagineo mucrone instructae, majores. Par extimum lateribus decurrens, cum impari, illis duplo majore, saepius cohaerens. Petioli compressi subangulati, superne canaliculati, marginati; insidentes vaginae amplae, oblongae, bipollicari, amplexicauli. Umbella planiuscula, 20 — 30 radi-

ta. Radii angulati, scabri. Umbellulae densae convexae. Involucrum monophyllum. caducum aut deficiens. Involucelli foliola plura setacea, umbellula breviora. Flores viridescenti-flavicantes ut in praecedente, exteriores solum fertiles. Semina elliptica duplo longiora ac lata, medio tricostata, ala ad latera cincta spadicea. Dum maturant semina, pedunculi cum germinibus sterilibus deflectuntur. Floret Julio, Augusto. In paludosis sylvae Bronovicensis et circa Tynec. E. C.

352. *I. palustris* caule sulcato, foliis cordato-ovatis dentato serratis, venis subtus hispidis. Nobis.

Radix vix digiti minimi crassitie, ramosa, pallida, rugosa, saporis fere Apii Petroselini. Caulis basi purpureus, sulcatus, sessi-quadripedalis, pauca folia supradecomposita divaricata gerens. Petioli stipula ventricosa caulem ambientes, sulcati, angulo inferiore petiolorum partialium pilis rigidis brevibus albis tecto, cinguloque similium pilorum ad genicula petiolorum. Foliola ovato-cordata, quandoque lanceolata, acuminata omnia distincta, excepto impari cum uno alterove lateralium saepe confluenta, supra glabra, subtus venosa, venis hispidis, acute inaequaliter dentato-serrata, apicē rarius integro, petiolata excepto ultimo pari. Involucrum subnullum. Involucella polyphylla, foliolis lanceolatis acuminatis brevibus. Umbellae radii 15 - 30. Umbellulae minus con-

vexae albae. Corollae et semina I. sylvestris. Germen delapsis petalis supra purpureo. Infra umbellam terminalem oriuntur e vaginis suboppositis apice bifidis interjecto foliolo trilobo lanceolato, quandoque decomposito, rami, qui umbellis sterilibus terminantur, serius florent et altiōres terminali fiunt. Rami inferiores rariōres, caule breviores. Leopoli in pratis uliginosis prope Bogdanowka rara; ad ortum autem septentrionalem stagni Janowiensis versus Stawki in paludosis frequens. Floret Augusto.

CXXVI. SIUM. Linne.

353. *S. latifolium* caule elongato sulcato-angulato, foliis pinnatis, foliolis (subcordato-)lanceolatis aequaliter serratis, umbella terminali. PERS. *Syn. Willd. Flor. Austr. t. 66. Flor. Dan. t. 246.*

Folia radicalia primo vere sunt supradecomposita et bipinnata; caulina vero pinnata. Foliola sessilia; inferiora cordato-ovata. Caulis superne ramosus, ramis erectis. In pratis humidis Leopoli infra pagum Krzywczyce. Floret Junio, Julio.

354. *S. angustifolium* caule ramoso striato. foliis pinnatis, foliolis inciso-lobatis: umbellis oppositifoliis (pedunculatis), involucro foliaceo. PERS. *Syn. Willd. Jacq. Austr. t. 67. Flor. Dan. t. 247.*

Rami patentissimi. Foliolorum par imum a reliquis distans, stipulae approximatum.

Involucri foliola saepius incisa. Cum priori in fossis. In simili loco Cracoviae versus Lobzów. Floret Julio Augusto.

355. *S. Falcaria* foliis ternatis, foliolis bi-trifidis linearibus decurrentibus connatis.

WILLD. JACQ. *Austr. t. 257.*

Caulis ramosissimus, ramis divergentibus. Folia rigida glauca. Flosculi albi remoti in umbella planiuscula. Fructus oblongi. Inter segetes. Floret Julio, Augusto.

CXXV. PHELLANDRIUM. Tournef.

256. *Ph. aquaticum* foliorum ramificationibus divaricatis. WILLD.

Caulis teres, fistulosus, divaricatus. Foliola pinnatifida, laciniis oblongis obtusis. Umbellae oppositifoliae albae. In planta submersa folia sunt supradecomposita, foliolis multifidis, laciniis linearibus angustissimis; stolonum. repentium autem ternata, foliolis multipartitis capillaribus. In paludosis, fossis. Floret Julio.

CXXXVII. CICUTA. Linne.

357. *C. virosa* umbellis oppositifoliis, petiolis marginatis obtusis. WILLD. *Flor. Dan. t. 208.*

Radicis rhizoma tuberosum, loculosum. Caulis bi-tripedalis, ramosus, sulcatus, foliosus. Folia bipinnata, foliolis trifidis, laciniis lineari-lanceolatis, serratis. Rami suboppositi umbella terminali altiores. In-

volu-

volucella deflexa, longitudine pedunculorum. Flores albi. Involucrum monophyllum vidit Cl. Schultes. In fossis, palustribus. Floret Julio.

CXXXII. AETHUSA. Linne.

358. *Ae. Cynapium* foliolis pinnatifidis nitidis. PERS. *Syn.* WILLD.

Radix fusiformis. Caulis teres, ramosus, leviter striatus, foliosus. Folia glabra, saturate virida, decomposita, foliolis pinnatifidis decurrentibus, laciniis incisis basi cuneatis. Umbellae terminales longe pedunculatae, planae, albae. Involucella lanceolata-lineararia, umbellulis multo longiora. Fructus sulcatus. Variat laciniis foliolorum elongatis lineari-lanceolatis et involucellis elongatis. In hortis, cultis, agris. Floret Augusto.

CXXXI. MEUM. Bauhini.

359. *M. Mutellina* caule subnudo, foliis bipinnatis, foliolis pinnatifidis, laciniis lanceolatis. B. PERS. *Syn.* *Phellandrium Mutellina.* WILLD. JACQ. *Austr. t. 56.*

Radix comosa, aromatica. Caulis teres, striatus, raro ramum fert. Involucrum foliolum lineare. Involucella constant foliolis quatuor lanceolatis, margine membranaceis, umbellula brevioribus. Umbella rosea, parum radiata; mediis flosculis saepe abortivis. In montibus carpathicis versus Comit. Marmoros DIK. In montis Babia Góra pascuis elatis. Floret Augusto, Septembri.

K

CXX. CORIANDRUM. Tournefort.

360. *C. sativum* seminibus globosis.

WILLD.

Caulis erectus, teres, striatus, ramosus. Folia radicalia pinnata, foliolis subovatis inciso-ferratis; caulina bipinnatifida, latiniis linearibus. Involucrum caducum. Umbella alba aut purpurascens. Herba cimices redolens. Propè Jaroslaviam ad pagos, vias quasi sponte. Floret Julio, Augusto.

CXXXII. CEREFOLIUM. Haller.

361. *C. sylvestre* caule striato, geniculis lumidiusculis (umbellis terminalibus). *Chaerophyllum sylvestre* WILLD. JACQ. *Austr. t. 149.*

Caulis erectus, striatus, basi et ad genicula; annulo purpureo cincta, hirsutus. Folia fere supradecomposita, foliolis ovatis, acutis, pinnatifidis, petiolis costisque subtus hirsutis. Stipularum margines tomentosae. Involucella ovata, acuta membranacea. Umbellae albae, radiantes. Singularem monstrositatem vidi. Flores radiantes quadruplo majores fuerant, petalis foliaceis, viridibus, obcordatis, planis, emarginatis, nervosis; antheris viridibus; stylis setaceis apice purpurascens, petalis duplo fere longioribus; germine purpurascens. Flores disci multo minores, caeterum hisce similes, masculi. In sepibus, pomariis umbrosis. Floret Aprili, Majo, Junio.

362. *C. sativum* umbellis lateralibus, subsessilibus, oppositifoliis. B. PERS. *Syn. Scandix Cerefolium* WILLD. JACQ. *Austr. 390.*

Caulis laevis, striatus, aequalis, ramosus. Folia de- aut supradecomposita, foliolis ovatis acutis pinnatifidis, incisus distantibus laevibus. Umbellae quadri-sexradiatae. Involucella bi-triphylla, lanceolata, inaequalia. Flores paucissimi, abortientes. Fructus rostro brevi, stylis rectis coronato, terminatus. In cultis, ad sepes circa Zaleszczyki DF. Floret Majo; Aprili.

CXXXV. CHAEROPHYLLUM. Linne.

363. *Ch. bulbosum* caule laevi, geniculis tumidis, basi (pilis deflexis) hirtis; WILLD.

Radice rhizoma tuberosum. Caulis quadri-sexpedalis, erectus, superne ramosus, teres, versus ramos lineatus, maculis sanguineis adpersus. Folia supradecomposita glabra costis hirtis; foliola pinnatifida, laciniis lineari-lanceolatis, acutis; superiorum angustissimis; brevi emarcida; nam in caule florifero pauca adhuc vigent folia. Involucella lineari-lanceolata. Umbellae parum radiatae. In ruderatis, cultis, sepibus. Floret Junio, Julio.

364. *Ch. temulum* caule maculato scabro. geniculis tumidis. PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr. t. 65.*

Caulis uni-tripedalis, erectus, ramosus, foliosus, teres, obsolete striatus, scabriusculus, purpureo-maculatus. Folia hirsutula, decomposita, foliolis ovatis, obtusis, pinnatifidis, incis. Umbellae albae, ante anthesin nutantes. Flores radii majores. Ad sepes in umbrosis. Floret Junio, Julio.

365. *Ch. hirsutum* foliis ternato-supradecompositis latis, foliolis inciso-serratis, fructibus biaristatis divergentibus. B. *Ch. palustre*. PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr. t.* 148.

Simile Cerefolio sylvestri, a quo praeter characterem genericum differt 1. foliis latis, ut latitudo longitudinem fere superet, 2. foliolis lanceolatis elongatis acutis inciso-serratis 3. caule aequali 4. petalis florum radiatorum ciliatis, et 5. aristis fructuum longioribus. Fructus juniores teretes. Variat foliis biternatis, foliolis bipinnatifidis; praeterea floribus albis et roseis. Leopoli ad S. Sophiam, in humidis umbrosis. In valle Oycow retro arcem in umbrosis fruticosis. Floret Majo, Junio.

366. *Ch. aromaticum* caule aequali, foliis biternatis, foliolis subovatis subcordatis subacuminatis integris serratis, fructibus biaristatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t.* 150.

Hirsutie caulis et foliorum distinguit se ab Aegopodio Podagraria ipsissimillimo. Umbellae albae. Flores radii majores. In po-

maris, pratis sylvaticis umbrosis. Floret Junio, Julio.

CXXXVI. ANGELICA, *Syn.* Fl. Gall.

367. *A. Archangelica* foliolis ovato-lanceolatis, impari inciso-lobato. B. WILLD. Folia decomposita; superiora biternata, foliolis serratis. Flores albi. In sylvaticis montosis legit P. Sebk.

CXXXVII. SESELI. Linne.

368. *S. annuum* caule striato, sub umbella sulcato, radiis pubescentibus, involucellis umbellulas superantibus, foliis bipinnatis glabris, pinnis pinnatifidis, trifidisque, laciniis linearibus; radice bienni. B. WILLD. JACQ. *Austr. t.* 55.

Umbella rigida alba. Involucella albomarginata, ciliata. Seminibus maturescentibus tota planta atro-purpurea. *) In pratis siccis collibusque apricis. Floret Augusto.

369. *S. tortuosum* caule alto rigido striato, (foliis supradecompositis), foliolis lineari-

*) Simile *S. glauco*, quod differt caule superne striato, patulo, radiis umbellae laevibus. Involucellis paucioribus, angustioribus, umbellula brevioribus, radice pereuni et aliis.

bus subbifidis subfasciculato-oppositis, involucellis umbellulas superantibus. VEST. WILLD.

Folia supradecomposita, foliolis pinnatifidis, bi-trifidisque, laciniis oppositis linearibus; glabra, rigida. Involucrum nullum. Umbella rigida alba. Radii ad angulos hispiduli. In montibus carpathicis DZK.

CXL. PASTINACA. Tournef.

370. *P. sativa* foliis simpliciter pinnatis. WILLD.

Caulis profunde sulcato-angulatus. Folia simpliciter pinnata, foliolis oblongis, basi saepe trifidis, lobis aut auriculis ad petiolum communem decussatis. Involucra saepius adsunt polyphylla. Flores flavi.

In rudertis ad vias, in cultis: Floret Julio.

CXXXIX. CARUM. Linne.

371. *C. Carvi* caule ramoso, vaginis foliorum ventricosus, involucreo partiali nullo. WILLD. JACQ. *Austr. t. 393.*

Caulis erectus, angulatus, sulcatus. Folia glabra, pinnata. Foliola pinnatifida incisa, laciniis linearibus, acutis, decurrentibus; infima decussata. Ad basin vaginarum stipulae caulinae multifidae, foliaceae. Umbellae albae. Habitat in pratis. Floret Majo.

CXLII. PIMPINELLA. Linne.

372. *P. Saxifraga* caule striato, foliis pinnatis glabris; radicalibus foliolis subrotundis argute dentatis; caulinis pinnatifidis, laciniis linearibus. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 395. Flor. Dan. t. 669.*

Caulis pedales et ultra glabri. Umbellae ante anthesin nutantes, prout in sequentibus. Flores albidi. In pratis siccis et collibus apricis. Floret Augusto.

373. *P. nigra* caule striato, foliisque pinnatis pubescentibus: radicalibus foliolis subcordatis obtusis inciso-dentatis; caulinis pinnatifidis, laciniis linearibus acutis. B. WILLD. Flores albi. Habitat et floret cum praecedenti.

374. *P. magna* caule sulcato, foliisque uniformibus pinnatis glabris, foliolis ovatis oblongis lobatis, terminali trilobo. B. WILLD.

Planta bi-tripedalis. Flores albi. In sepius umbrosis, sylvaticis. Floret Julio.

375. *P. dioica* (foliis decompositis), foliolis linearibus, umbellis paniculatis, floribus dioicis. SMITH. WILLD. JACQ. *t. 28.*

Caulis angulatus, sulcatus, pedalis et ultra, ramosissimus. Flores albidi. Masculini germine et foeminei plerumque antheris destituuntur. Fructus ovatus, sulcatus. Prope Zaleszczyki DF, Floret Majo, Junio.

CXLI. AEGOPODIUM. Linne.

376. *Ae. Podagraria* Willd. *Flor. Dan.*
t. 670.

Radix repens vix exstirpanda. Caules sulcati, erecti, sicut et folia glabri. Folia radicalia biternata, caulina ternata, summa opposita. Foliola obovata, oblonga, summa ovato-lanceolata, serrata. Umbellae albae. In pomariis, sepibus. Floret Majo, Junio.

Trigynia.

CXLIII. VIBURNUM. Linne.

377. *V. Lantana* foliis cordato-(ellipticis) serratis venosis subtus tomentosis. Willd. *Jacq. Austr. t. 341.*

Frutex ramis junioribus tomentosis. Cymae terminales. Flores albi. Fructus primum rubri, dein nigri. Prope Uszkowice Circ. Brzezanyensis ad viam versus Kimirz.

378. *V. Opulus* foliis trilobis, acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris. Willd. *Flor. Dan. t. 661.*

Frutex. Flores albi cymosi; radiales dilatati, plani, irregulares, abortivi. Baccae rubrae. Variat cymis non radiatis.

Cracoviae in fruticetis supra Zwierzyniec versus Wola. Varietas Leopoli in colle versus occidentem pagi Krzywcyce sito. Floret Majo, Junio.

CXLIV. SAMBUCUS. Tournefort.

379. *S. Ebulus* cymis tripartitis, stipulis

foliaceis, caule herbaceo. Willd. *Curt. fasc. 3. t. 18.*

Caules herbacei. Folia imparipinnata, multijuga. Flores albi. Antherae purpureae, Baccae nigrae. In ruderatis, ad sepes &c. Floret Julio, Augusto.

380. *S. nigra* cymis quinquepartitis, stipulis duabus utrinque setaceis, foliis pinnatis, foliolis ovatis serratis, caule arboreo. Pers. *Syn.*

Flores laevissime flavescens. Baccae nigrae. In sepibus, dumetis, ad pagos. Floret Junio, Julio.

381. *S. racemosa*, racemis compositis ovatis, caule (sub)arboreo. Willd. *Jacq. Icon. rar. t. 59.*

Frutex arborescens. Gemmae subglobosae. Folia pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, serratis. Flores flavescens. Baccae rubrae. Leopoli in monte sylvae supra Liszenice. Cracoviae in valle Oycow circa Paskowa Skala. E. C. Floret Aprili, Majo.

CXLV. STAPHYLEA. Linne.

382. *St. pinnata*, foliis pinnatis. Willd.

Frutex ramosus, bi-quadripedalis: in hortis et sesquiorgyalis, gemmis suboppositis, oblongis, foliiferis, floriferisque simul. Folia imparipinnata. Foliola ovata, acuminata, argute serrata. Flores in racemis terminalibus, compositis, pendulis, albescenti-

purpurascens. Styli potissimum duo apice connati. Leopoli cum Viburno Opulus. In collibus circa Jariczow Circ. Leop. P. Schk. Floret Majo, Junio.

Tetragynia.

CLXVI. PARNASSIA. Tournefort.

383. *P. palustris* foliis radicalibus cordatis, nectariis multisetis. PERS. *Syn.* WILLD. *Flor. Dan.* t. 584.

Caulis pedalis, unifolius, folio amplexicauli cordato-subrotundo, uniflorus. Flos albus, striatus. In pratis collibusque humidis. Floret Augusto, Septembri.

Pentagynia.

CXLVII. LINUM. Tournefort.

384. *L. usitatissimum*, foliolis calycinis ovatis acutis trinerviis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario. SMITH, WILLD. *Curt. fasc.* 5 t. 22.

Flores dilute caerulei. Inter segetes frequens. Floret Julio.

385. *L. flavum* calycibus subserratis scabris lanceolatis subsessilibus, paniculae ramis dichotomis, caulibus angulatis erectis: foliis lanceolato-spathulatis basi biglandulosis. VEST. MAN. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 214.

Caulis simplices, in summitate paniculati. Flores alterni flavi. Leopoli in hortu ja-

culatorio et vicinis collibus. Floret Junio, Julio.

386. *L. catharticum* foliis oppositis obovato-lanceolatis, caule superne dichotomo, petalis acutis. B. WILLD. *Curt. fasc.* 3 t. 19. Flores albi. In apricis humidiusculisque. Floret Junio, Julio.

Hexagynia

CXLVIII. DROSERA. Linne.

387. *D. rotundifolia* foliis orbiculatis radicalibus, scapo racemoso. SMITH, WILLD. Scapus spithamaeus. Folia orbiculato-spathulata, supra tecta setis rubris, apice glandulosis. Flores albi unilateralis. In ericetis uliginosis. Floret Julio, Augusto.

Polygynia.

CXLIX. MYOSURUS. I. Bauchini.

388. *M. minimus* WILLD. *Flor. Dan.* t. 406.

Planta 1 — 3 pollicaris annua, foliolis copiosis radicalibus linearibus acutis. Scapi uniflori. Stamina 5 — 20. Receptaculum elongatum subulatum. Flores pallide virescentes. In agris prope Stare siolo Circ. Brzezany: Cracoviae in arvis ad S. Bronislavam alibi que. Floret Aprili, Majo, Junio.

H E X A N D R I A .

Monogynia.

* *Flores calyculati, calyce corollaeque instructi.*

CL. BERBERIS. Col. hexaphyllus. Pet. sex ad ungues glandulis duabus. Styl. nullus. (Stig. umbilicatum). Bacca disperma supera. WILLD.

CLI. PEPLIS. Perianth. campanulatum, ore duodecemfido. Pet. sex calyci inserta. Caps. bilocularis. WILLD.

* *Lythrum hyssopifolium. Orientalis europaea. Lysimachia thyrsoflora.*** *Flores spathacei s. glumacei.*

CLII. GALANTHUS. Pet. tria concava. Nect. e petalis tribus parvis emarginatis. Stigma simplex. WILLD.

CLIII. NARCISSUS. Pet. sex aequalia. Nect. infundibuliforme monophyllum. Stam. intra nectarium. WILLD.

CLIV. ALLIUM. Cor. sexpartita patens. Spatha. bifida. Stigm. simplex. SMITH.

*** *Flores nudi.*CLV. CONVALLARIA. Cor. sexfida campanulata aut tubuloso-infundibuliformis. Bacca ante maturitatem maculosa, trilocularis. *Flor. d. Wett.*

CLVI. ASPARAGUS. Cor. sexpartita erecta: petalis interioribus tribus apice reflexis. Bacca trilocularis, (loculis)dispermis. WILLD.

CLVII. HYACINTHUS. Cor. subcylindrica apice incisa, laciniis aequalibus. Stam. corollae medio inserta. Caps. locula subsperma. PERS. *Syn.* (Pori tres melliferi germinis. Linne).CLVIII. ANTHERICUM. Cor. hexepetala patens persistens. Filamenta filiformia (nuda). Caps. (ovata) supera. Sem. angulata. SMITH. (Phalangium. PERS. *Syn.*)CLIX. ORNITHOGALUM. Cor. hexapetala, erecta persistens, supra medium patens. Filam. basi dilatata aut subulata. Caps. subrotunda, angulata, trilocularis. Sem. subrotunda nuda. PERS. *Syn.*

CLX. SCILLA. Cor. hexapetala, patens (decidua). Filam. filiformia. Caps. supera trilocularis. Sem. subrotunda. SMITH.

CLXI. STREPTOPUS. Cor. sexpetala subcampanulata. Stigmata brevissima. Bacca subglobosa, laevigata, carthacea. Sem. hilo nudo. Michaux.

CLXII. FRITILLARIA. Cor. hexapetala campanulata, supera. Ungues cavitate nectarifera. Stam. longitudine (fere) corollae. Sem. plana. PERS. *Syn.*

CLXIII. LILIUM. Cor. hexapetala campanulata, (petalis saepe reflexis), linea longitudinali nectarifera. Caps. valvulis pilo cancellato connexis. WILLD.

CLXIV. ACORUS. Spadix cylindricus, tectus flosculis. Cor. hexapetala nuda. Styl. nullus. Caps. trilocularis. WILLD.

†††† Flores incompleti.

CLXV. JUNCUS. Cal. hexaphyllus, persistens. Cor. nulla. Stigm. tria. Caps. unilocularis, trivalvis. PERS. *Syn.*

* *Peplis Portula*. Willd. *Polygonum minus*.

Digynia.

* *Polygonum lapathifolium*, *Persicaria incanum*, *Hydropiper*, *minus*, *Ulmus effusa*.

Trigynia.

CLXVI. COLCHICUM. Cal. spatha. Cor. sexpartita: tubo radicali. Caps. tres, superae, connexae, inflatae, polyspermae. SMITH.

CLXVII. TRIGLOCHIN. Cal. triphyl-

lus. Pet. 3 calyciformia. Styl. nullus. Caps. basi dehiscens. WILLD.

CLXVIII. RUMEX. Cal. triphyllus. Pet. tria conniventia. Sem. unicum. triquetrum. WILLD.

CLXIX. TOFIELDIA. Cal. trifidus, Pet. sex. Styli verticales breves. Caps. superae tres basi junctae polyspermae. Antherae subrotundae. SMITH.

CLXX. VERATRUM. Cal. nullus. Cor. sexpetala eglandulosa; Caps. tres polyspermae. In flor. masculis pistilli rudimentum. PERS. *Syn.*

* *Stellaria media*.

Pologynia.

CLXXI. ALISMA. Cal. triphyllus. Pet. tria. Caps. plures monospermae. WILLD.

HEXANDRIA.

Monogynia.

CLH. GALANTHUS. Linne.

389. *G. nivalis* WILLD. JACQ. *Austr.* t. 330.

Radix bulbosa tunicata. Folia duo linearia obtusa et scapus vaginantur infra teram ochrea membranacea truncata. Flos nectans albus, nectaria viride picta. In nemoro-

sis et sylvaticis Leopoli. Floret primo vere. Martio nempe et Aprili.

CLIII. NARCISSUS. Tournefort.

390. *N. poeticus* spatha uniflora, nectario rotato brevissimo scarioso crenulato, foliis margine inflexis. PERS. Syn. WILLD.

In collibus et hortis desertis quasi sponte. Floret Aprili, Majo.

CLIV. ALLIUM. Linne.

391. *A. Scorodoprasum* caule planifolio bulbifero, foliis integris: vaginis ancipitibus. staminibus truncuspidatis. HOFFM. WILLD.

Folia linearia, 4 circiter lineas lata, margine et carina scabra, acuta, vaginis compresso-ancipitibus. Flores profunde violaceo-purpurei. Petala exteriora basi carina tuberculata, Leopoli in collibus aridis circa hortum jaculatorium etc. Floret Junio.

392. *A. Sphaerocephalon*, caule teretifolio umbellifero, (umbella ovata), foliis semiteretibus, staminibus truncuspidatis corolla longioribus. WILLD.

Caules pedales, sesquipedales. Pedunculi dense umbellati formant magnum capitulum ovatum. Flores profunde purpurei. Prope Wawczowice Circ. Cracow. E. C. Floret Julio, Augusto.

393. *A. paniculatum* caule subteretifolio capsulifero, pedunculis capillaribus effusis,

staminibus simplicibus (corollam aequantibus), spatha longissima. WILLD.

Spathae valvula una longissima rostrata. Pedunculi plurimi, medii longiores, erecti; laterales deflexi. Flores rosei. In montibus carpathicis. DZK.

394. *A. oleraceum* caule teretifolio bulbifero, foliis scabris canaliculatis subtus sulcatis, staminibus simplicibus. WILLD.

Spatha bivalvis elongata. Umbella multibulbosa, pedunculis paucioribus elongatis divergentibus effusis. Flores dilute purpurascens. In collibus fruticetisque prope hortum jaculatorium Leopoli. Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae in asperis extra Rybaki. Floret Julio, Augusto.

395. *A. senescens*, scapo nudo ancipiti, foliis linearibus subtus convexis laevibus, umbella subrotunda, staminibus subulatis. WILLD.

Folia spithamaea saepius, apice obliquo, imo torto. Petala erecta, a se invicem dehiscentia, distantia, canaliculata, inflexa, purpurascens. In scopulis vallis Oycow. Floret Julio. —

396. *A. angulosum* scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. WILLD. JACQ. t. 423.

Scapus superne angulato-striatus, fere tetragonus. Flores purpurascens, Leopoli in

collibus circa Stracz et inter Janow et Lelechowska. Cracoviae in collibus apricis lapidosis supra Podgorze. Floret Julio, Augusto.

CLXIII. LILIUM. Tournefort.

397. *L. Martagon* foliis (sub)verticillatis ovato-lanceolatis, floribus nutantibus, corollis revolutis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 351.*

Corollae sordide purpurascens, nigropunctatae. Leopoli in fruticetis circa hortum quondam D. Barambon. Cracoviae supra Zwierzyniec inter frutices. Floret Junio, Julio.

CLXII. FRITILLARIA. Linne.

398. *F. Melcagris*, foliis alternis linearibus canaliculatis, caule (sub)unifloro. WILLD. JACQ. *Austr. Append. t. 32. Curt. fasc. 3. t. 20. Flor. Dan. t. 972.*

Flos nutans, eleganter purpureo tessellatus. Stamina corolla breviora. Nectarium oblongum, extus gibbosum. In montibus Bucovinae. DZK. Floret Aprili.

CLXI. STREPTOPUS. Michaux.

399. *S. distortus* foliis amplexicaulibus, pedicellis solitariis, medio distorto-geniculatis. *Uvularia amplexifolia* WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 182. t. 167.*

Caules ramosi, patentes. Folia ovata nervosa. Pedicelli uniflori sub foliis. Flores ob pedicelli geniculum penduli, viridescens.

Baccae miniatae, ellipticae, 3 sulcatae. In montibus carpathicis. DZK.

CLIX. ORNITHOGALUM. Tournefort.

400. *O. luteum* scapo anguloso diphylo, pedunculis umbellatis simplicibus glabris, (petalis linearibus, obtusis) PERS. *Syn. Willd. Flor. Dan. t. 378.*

Folia dimidium pollicem lata. Petala interne flava, persistentia, linearia, apice obtusa. In pomariis, umbrosis. Floret Aprili.

401. *O. minimum* scapo angulato, pedunculis subumbellatis ramosis subtomentosis, petalis aequalibus lanceolatis acutis. B. WILLD.

Folia angustissima. Pedunculi tomento arachnoideo tecti, evanido. Flores minores, interne flavi. Cum praecedenti.

402. *O. umbellatum* corymbo paucifloro, pedunculis bracteis longioribus, filamentis basi dilatatis. PERS. WILLD. JACQ. *Austr. t. 343.*

Flores intus candidi, extus virides albo marginati. Germen hexagonum. Pedunculi semper erecti. In umbrosis, graminosis, pomariis Cracoviae P. Floret Majo.

403. *O. nutans* floribus secundis pendulis, filamentis dilatatis tridentatis in campanam conniventibus. WILLD. JACQ. *t. 301.*

Flores intus aquose albi, margine subdiaphano. In graminosis et pomariis Cracoviae. P. Floret Majo.

CLX. SCILLA. Linnæ.

404. *S. bifolia*, floribus (sub)racemosis (ebracteatis), foliis lanceolato-linearibus subbinis in scapo elevatis, WILLD. JACQ. *Austr. t. 117.*

Flores pauci laete caerulei, pedunculis inferioribus parum brevioribus. Folia 1 — 3. Leopoli in valle inter stagnum dictum Panienski et Palczynski sito. In sylvis prope Cracoviam P. Floret Aprili.

CLVII. ANTHERICUM. Linne.

405. *A. ramosum* foliis planis, scapo ramoso, corollis planis, pistillo recto, WILLD. JACQ. *Austr. t. 16.*

Flores candidi teneri. Stylus saepius incurvus. Apertos jam quinta hora matutina vidi. In collibus, lapidosis prope Stracz et inter Janow et Lelechowka Circ. Leop. Cracoviae in saxosis inter Przegorzaly et Bielany; supra Podgorze in locis lapidosis collium copiosissimum. In pratis elatioribus versus Mogilany E. C. Floret Julio, Augusto.

CLVI. ASPARAGUS. Tournefort.

406. *A. officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis (fasciculatis), stipulis subsolitariis. WILLD.

Flores flavescentes, dorso virides. Bacca miniata, nitida. In arvis circa Gaja Circ. Leop. Circa Kolikow Prof. Schk. Cracoviae in arvis prope Bielany. E. C. Floret Julio. CLV. CONVALLARIA. Linne.

407. *C. majalis* scapo nudo semicylindrico, floribus racemosis campanulatis nutantibus, foliis ellipticis B. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 24. Flor. Dan. t. 854.*

Flores albidii odorati. Folia utrinque attenuata. Leopoli in orto jaculatorio inter arbores. Cracoviae cum Lilio Martagone Floret Majo, Junio.

408. *C. verticillata* foliis verticillatis (floribus cylindricis). WILLD. *Flor. Dan. t. 86.*

Folia caulina 3 — 7, lanceolata, acuta. Flores cylindrici, lactei, apice virides. In sylvis umbrosis et declivibus montium carpathicorum circa Dorna DIK. Circa Krynica. In vallibus Oycow sylvis montosis rara. Floret Junio.

409. *C. Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule angulato, pedunculis axillaribus subunifloris (corollis oblongis). SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 377.*

Caulis sesqui-bipedalis apice cernuus, subanceps, a basi sua jam angulatus, flexuosus. Folia adscendentia elliptico-lanceolata nervoso-striata. Flores subsolitarii, nutantes, axillares, pedunculati, medio crassiores, sub-

ventricosi, albescentes, apice virides. In colle sito versus occidentem pagi Krzyweczyce. In sylvaticis circa stagnum Janoviense. Cracoviae in collibus fruticosis et valle Oycow. Floret Majo, Junio.

410. *C. multiflora* foliis alternis amplexicaulis, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris, (corollis cylindricis), WILLD.

Habitus praecedentis; characteribus tamen mox adductis facile dignoscenda. Flores angusti subinfundibuliformes albi, apice virides. In sylvaticis et nemorosis. Floret Majo, Junio.

CLVII. HYACINTHUS. Linne.

411. *H. comosus* corollis angulato-cylindricis: summis sterilibus longius pedicellatis. WILLD.

Scapus bi-tripedalis; ad unam tertiam partem floribus tectus: inferiores fertiles, horizontaliter patentes, fusco-viridescentes; summi erectiusculi, cum pedicellis et scapi parte pulcherrime caeruleo-violacei. Leopoli in agris collium supra cimiterium Judeorum versus Lapidicinas. Floret Junio: Julio.

CLXIV. ACORUS. Tournefort.

412. *A. Calamus* scapi mucrone foliaceo longissimo. WILLD.
Radix crassa horizontalis repens. Folia longissima ensiformia. Spadix lateralis brunescens. In stagnis et fossis. Floret Junio.

CLXV. JUNCUS. Tournefort.

* *Culmis nudis.*

413. *I. glaucus* culmo nudo stricto glauco, panicula laterali erecta, (floribus acuminatis), capsulis ellipticis acutis. SMITH. WILLD. *Host. gram. III. p. 54. t. 81.*

Culmi bipedales. Paniculae rami erecti. Calycis foliola lanceolata, acutissima; altera parum breviora, purpurascens-virida. Capsula ovata, triquetra, cum brevi mucrone. In humidis Cracoviae. Floret Julio.

414. *I. conglomeratus* culmo nudo stricto, panicula laterali conglobata, capsulis retusis, floribus triandris. SMITH. WILLD. *Host. gram. III. p. 55. t. 82.*

Capitula brunnea, calycis foliola lanceolata, acuta. In uliginosis, limosis humidis, inundatisque. Floret Junio, Julio.

415. *I. effusus* culmo nudo stricto, panicula laterali effusa supradecomposita, capsulis obtusis. SMITH. WILLD. *Host. gram. III. p. 55. t. 83.*

Culmi pallidiores, molles, fragiles. Panicula lateralis, effusa, divaricata, ramosissima, multiflora. Calycis foliola anguste lanceolata, acuminata, striata. (Stamina tria). Capsula obovata, obtusa (trigona). Smith. l. c. Flora Wetteraviensis tribuit et huic et praecedenti foliola calycina obtusa. Anne plures sub his nominibus latitent species? Cum praecedenti.

416. *I. squarrosus* culmo nudo, foliis setaceis, panícula terminali composita glomerata. SMITH, WILLD. *Flor. Dan. t. 436.*

Folia radicalia caespitosa, rigida, patentia, canaliculata. Calyx fuscus, margine scarioso, albicante. Habitat in pratis udis prope Bogdanowka in latere septentrionali sylvulae Alnorum Leopoli. In sylvula anteriori Bronowicensi et cum Vaccinio Vitis Idaea Cracoviae. Floret Junio, Julio.

** *Culmis foliosis.*

417. *I. adscendens* culmo adscendente compresso, foliis nodoso-articulatis compressis laevibus, capitulis paniculatis multifloris, foliolis calycinis capsulaque superne triquetra acutis. B. Host. *gram. III. p. 58. t. 27.*

I. acutiflorus. ЕРРН. *I. sylvaticus.* WILLD. et var. *β. vivipara.*

Radix horizontalis, nodosa, repens, caespitosa, fibrillata. Culmi obliqui, compressi, basi squamati, semi-sesquipedales, folia gerentes plura, alterna, vaginantia, fistulosa, dissepimentis transversis numerosis nodoso-articulata, acuta. Ligula oblonga obtusa. Panícula terminalis modo simplex, modo ramosa, ramis compositis subbifidis ad latera et apice glomerulos multifloros gerentibus. Omnes suffulciuntur bracteis, quarum infimae subfoliaceae; ceterae lanceolatae acutae spadiceae: sub glomerulis positae ovato-acuminatae, membranaceae, albidae. Calycis foliola lan-

lanceolata, acuta, spadiceo-rubra, dorso virida. Capsulae ovato-lanceolatae, triquetrae acuminatae. In inundatis limosis, humidis pratis. Floret Julio, Augusto.

418. *I. atratus* culmo erecto tereti, foliis subnodoso-articulatis angulato-striatis, capitulis paniculatis multifloris, foliolis calycinis acutis. B. KROCK. *Sil.*

Similis praecedenti et subsequenti, qui omnes radice, structura foliorum et inflorescentia simili gaudent. Hic radicem habet crassiorem, culmos erectos sesqui-tripedales, folia paucioribus dissepimentis transversis interstincta, tereti-angulata, striata. Flores et capsulae sunt ejusdem formae ac praecedentis, differunt tantum colore brunneo-atro, nitido. Panícula semper ramosissima; variat tamen ramis fastigiatis floribusque inde sere glomeratis. In locis humidis fruticeti extra Sknilow et Nawaria siti cum Selino Schiweckii prope Leopolim. Cracoviae in prato humido inter hortum botanicum et pagum Grzeguski sito. Floret Julio.

419. *I. erectus* culmo erecto, foliis nodoso-articulatis teretiusculis striatis, capitulis paniculatis multifloris, foliolis calycinis capsulaque oblongo-trigona mucronatis. B. *I. articulatus.* WILLD. *I. sylvaticus.* Host. *gram. III. p. 57. t. 86. I. obtusiflorus* ЕРРН.

L

Habitu et magnitudine simillimus praecedenti. Culmus parum compressus. Foliola calycina et capsula oblonga obtusa cum parvo mucrone, Cum praecedente Leopoli,

420. *I. uliginosus*, foliis setaceis subnodoso-articulatis, capitulis trifloris (subtriantris) subproliferis, culmo bulboso radicante, SMITH. *I. subverticillatus*; Host. *gram. III.* p. 58. t. 88. WILLD.

Culmi, in solo exsiccato, adscendentes, erectiusculi, subflexuosi, bi-quadripollicares, ramosi. Capitula lateralia et terminalia. Flores purpurascenti-virides. Petala exteriora canaliculata. Capsula triquetra subretusa. In loco depresso sylvulae sitae inter Wola Duchacka et Piaski Circ. Bochn. prope Cracoviam. Floret Junio.

421. *I. bulbosus* culmo compresso indiviso (basi folioso), foliis linearibus canaliculatis, corymbis terminalibus, calycinis foliolis obtusis, capsula obovata obtusa brevioribus. B. WILLD. Host. *gram. III.* p. 59. t. 89. *Flor. Dan. t. 431.*

Radix repens, caespitosa, neque bulbicipites monstrans. Calycis foliola fusca, nitida, dorso virida. Leopoli in prato humido extra Grzybowice versus Grzeda. Cracoviae ad vias in pascuis humidis. Floret Julio.

422. *I. bufonius* culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus oblongis solitariis sessili-

bus. PERS. *Syn. Willd. gram. III.* p. 60. t. 90.

Caespitosus. Flores laterales et terminales. Calycis foliola lineari-lanceolata, acutissima, membranacea, dorso virida, capsula lineari-elliptica longiora. In viis humidis, limosis inundatis. Floret Julio, Augusto.

423. *I. pilosus* foliis planis piloso-(ciliatis), corymbo subsimplici, pedunculis unifloris nutantibus, calycinis foliolis capsula brevioribus ovatis acutis. WILLD. Host. *gram. p. 66. t. 100.*

Folia graminea, ad oras et margines pilis longis, albis obsita, terminata mucrone cartilagineo. Calycis foliola fusco-purpurea, albo marginata. Pedunculi floriferi divergentes; capsuliferi refracti. In sylvaticis et nemorosis. Floret Aprili.

424. *I. maximus* foliis planis piloso-(ciliatis), corymbo decomposito, pedunculis elongatis divaricatis subtrifloris, calycinis foliolis aristatis capsulae subaequalibus. WILLD. Host. *gram. III.* p. 65. t. 98. *Curt. fasc. 5. t. 26.*

Folia ut in praecedente at multo latiora et longiora. Culmus bi-tripedalis, fragilis. Calycis foliola spadicea, margine membranaceo. In montibus carpathicis DIK, DF. In parte septentrionali montis Babia Góra. Floret Junio.

425. *I. albidus* foliis planis piloso-ciliatis, corymbo decomposito, pedunculis subquadrifloris, calycinis foliolis (sub)mucronatis, interioribus paulo longioribus. WILLD.

Host. *gram. III. p. 63. t. 95.*

Folia angustissima inter affines species. Culmi pedales, bipedalesque. Flores spadiceo-albi, nitidi. Cracoviae inter frutices supra Zwierzyniec versus Wola. In sylva ad Bielany. In valle Oycow. Circa Duklam. E. C. Floret Majo, Junio.

426. *I. campestris* foliis planis pilosis, spicis sessilibus pedunculatisque subsecundis demum reflexis. HOFFM. WILLD.

Culmi, erecti floriferi tri-sexpollicares; fructiferi altiores. Folia tres quatuor lineas lata, brevia, patentia. In pascuis collibus apricis. Floret Aprili.

427. *I. nemorosus* culmo folioso, foliis pilosis, paniculae ramis erectis patentibus, floribus capitatis, calyce (bracteis) ciliato, petalis (calycis foliolis) patentibus, capsulis obtusis. Host. *gram. III. p. 64. t. 97. I. erectus.* PERS. *Syn?*

Culmi stricti, floriferi pedales, fructiferi altiores. Folia vix duas lineas lata. In sylvaticis nemorosis. Leopoli ad S. Sophiam. Cracoviae cum *I. albedo*, inque valle Oycow. Floret Majo. Pro distincta a priori specie habeo, vidi enim utrumque simul crescentem et

constanter characteribus supra allatis et praecipue tempore florendi discrepantem.

CL. BERBERIS. Tournefort.

428. *B. vulgaris* racemis simplicibus pendulis, foliis obovatis ciliato-dentatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 904.*

Frutex ramis vimineis angulosis; foliis fasciculatis, spinis trifidis divaricatis suffultis. Flores flavi. Baccae rubrae. Leopoli ad sepes, in horto jaculatorio. Circa Duklam in montosis copiosissima. E. C. Floret Majo, Junio.

CLV. PEPLIS. Linne.

429. *P. Portula* floribus axillaribus solitariis, foliis obovatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 64.*

Caules repentes. Folia opposita. Flores rubri, saepe apetalii. In inundatis, limosis. Floret Julio, Augusto.

Trigynia.

CLXX. VERATRUM. Tournefort.

430. *V. nigrum* foliis ovalibus plicatis, racemo composito, corollis patentibus, bracteis linearibus (acutis) PERS. *Syn. Jacq. Austr. t. 336. Syst. Veg. Ed. XV.*

Corollae atropurpureae, planae. Caulis bi-tripedalis. Circa Zaleszczyki DF.

431. *V. album* foliis ovalibus plicatis, racemo supradecomposito, corollis erectis, brac-

teis (ovato)-lanceolatis: PERS. *Syn. Jacq. Austr. t. 335. Syst. Veg. Ed. XV. Flor. Dan. t. 1120.*

Flores viridescenti-flavi, raro albi, petalis erectis. Leopoli in pratis humidis intra Krzywoczyce. Cracoviae. P. Floret Junio, Julio.

CXVIII. RUMEX. Linne.

* *Flores hermaphroditi.*

432. *R. Hydrolapathum* valvulis ovato-oblongis integerrimis (coriaceis) graniferis, foliis lanceolatis glabris acutis integerrimis, basi attenuatis. WILLD.

Folia radicalia cubitalia, margine crispata serrulata. Caulis tri-quinquepedalis, angulato-striatus. Panicula magna foliis lineari-lanceolatis, integris, interstincta. Flores viridescens. Valvulae seminum ovato-oblongae, obtusae, granulis albis, longis, notatae. Variat foliis radicalibus albis medio fascia lata, viridi, longitudinali donatis. Ad margines stagnorum, in fossis. Floret Junio, Julio.

433. *R. crispus* valvulis (subcordato-) ovatis integris omnibus graniferis, foliis lanceolatis acutis undulatis. SMITH. WILLD.

Radix fusiformis, flavescens. Caulis tripedalis, angulato-sulcatus, laeviusculus. Folia nequaquam basi cordata. Caulina superiora sublinearia. Racemi basi foliolosi erecti. Pedicelli infra medium geniculati. Flores viri-

descens, valvulae subcordato-ovatae, omnes granulo flavo rubro, oblongo, maximo, notatae. Ad vias, sepes, in pagis. Floret Junio, Julio.

434. *R. palustris* valvulis lanceolatis graniferis basi dentatis, foliis lineari-lanceolatis, verticillis distantibus. SMITH. sub *R. maritimo*. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 23.*

Radix rubens. Caulis pedalis et ultra, ramosus, ramis patentibus. Verticilli florentes rubentes, foliosi. Valvulae seminum lanceolatae, basi utrinque tridentatae, dentibus setaceis, aureae, granulo albo oblongo omnes notatae. Leopoli in uliginosis et humidis ad viam versus Wolka. Cracoviae in fossis circa urbem. Floret Julio, Augusto.

435. *R. acutus* valvulis oblongis subdentatis omnibus graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis, racemis foliolosis. SMITH. WILLD.

Caulis angulatus, sulcatus, glaber. Folia caulina basi ovata. Racemi divaricato-ascendentes elongati. Flores viridescens. Valvulae saepe integrae, granulo oblongo, gibboso, maximo, rubro, notatae. In humidis incultis circa Zaleszczyki DF.

436. *R. obtusifolius* valvulis dentatis unica praecipue granifera: foliis radicalibus cordatis obtusis, caule scabriusculo. SMITH. WILLD.

A praecedenti differt potissimum praeter mox allata: foliis radicalibus obtusis, racemis erectis, fere aphyllis densioribus. In cultis, ad vias, sepes etc. Floret Julio.

** Flores diclini.

437. *R. alpinus* floribus hermaphroditis sterilibus foemineisque: valvulis integerrimis nudis, foliis (radicalibus) cordatis rotundatis rugosis (maximis) WILLD.

Flores viridescenti-rubentes. In pascuis septentrionalibus montis Babia Góra. Floret Julio, Augusto, Septembri.

438. *R. Acetosa* floribus dioicis, foliis (inferioribus) oblongis sagittatis; (superioribus lanceolato-linearibus subundulatis basi subangulatis sagittatis, hamis porretis subadscendentibus). WILLD.

Lapathum sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis retrorsum porrectis. Haller helv. n. 1597.

Flores purpurascenti-virides. In pascuis, pratis. Floret Junio, Julio.

439. *R. arifolius* floribus dioicis, foliis inferioribus ovatis sagittatis; superioribus ovato-lanceolatis acutis hastato-sagittatis, hamis brevissimis descenditibus. B. ALLION. Flor. Pedem n. 2040. *R. Acetosae* var. ϵ WILLD.

Lapathum sexubus separatis, foliis sagittatis, hamis brevissimis recta divergentibus. Haller helv. n. 1598.

Radix perennis. Caulis pedalis. Folia inferiora ab iis praecedentis non differunt, nisi latitudine multo majore: superiora sunt patentia, ne horizontalia, plana: omnia minus carnosa. Panicula minor. Flores, pedicelli et valvulae seminiferae similes iis praecedentis. Semen valvulas excedit. In latere septentrionali et occidentali montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembris.

440. *R. Acetosella* floribus dioicis, foliis omnibus petiolatis lanceolato-hastatis: auriculis (sub)integris, PERS. Syn. WILLD. cum. var. β .

Flores rubri. Planta haec forma foliorum valdopere variat, habetur var β minor, foliis lanceolatis et obovato lanceolatis, alia γ auriculis foliorum hastatorum basi unidentatis et denique δ auriculis tri-quinquefidis seu palmatis hinc alii adhuc eruendi sunt characteres; qui hunc a *R. multifido* distinguunt, ne ulterius erronee commutentur. In collibus apricis arenosisque. β in sylvaticis. γ et δ In arenosis sterilibus. Floret Junio, Julio.

CLXVII. TRIGLOCHIN. Linne.

442. *T. palustre* capsulis trilocularibus, sublinearibus, (radice fibrosa). SMITH. WILLD. Flor. Dan. t. 490.

Folia radicalia vaginantia, bifaria, linearia, canaliculata. Scapus simplex pedalis ut ultra; terminatus racemo florum viridium. Antherae absconduntur sub petalis et calycis

foliis concavis cum ipsis deciduis. In pratis et pascuis uliginosis Leopoli versus Wólka; infra Krzywczyce. Cracoviae prope Trojadin. Floret Junio, Julio, Augusto.

CLXVI. COLCHICUM. Tournefort.

442. *C. autumnale*, foliis planis lanceolatis erectis. WILLD.

Flores lilacei, laciniis erectiusculis, concavis comparent Septembri et Octobri; sequente Majo proveniunt. folia et inter haec capsulae ovatae magnae. Leopoli in horto Ex-jesuitarum. In campis prope Przemysl.

CLXIX. TOFIELDIA. Smith.

443. *T. palustris* petalis obovatis obtusis. SMITH. *Helonias borealis* WILLD. *Anthericum calyculatum*. Flor. Dan. t. 36. Icon. sat mala.

Folia ensiformia, Caulis inferne foliosus, terminatus spica brevi flava. Leopoli in locis uliginosis collis ad viam versus fontem martialem Dni Kratter siti. In viis excavatis versus Steinernen Wirthshaus. Floret Julio, Augusto.

Pogynia.

CLXI. ALISMA. Linne.

444. *A. Plantago* foliis ovatis acutis, fructibus obtuse trigonis. WILLD. Flor. Dan. t. 561.

Folia radicalia ovata, acuta, aut basi cordata aut lanceolata. Scapus erectus, glaber.

Paniculae decompositae rami terni verticillati. Flores dilute lilaceo-purpurascetes. In fossis et aquosis. Floret Julio, Augusto.

HEPTANDRIA.

Monogynia.

CLXXII. TRIENTALIS. Cal. heptaphyllus. Cor. septempartita, aequalis plana, Bacca exsucca. WILLD.

* *Calla palustris* Willd. *Polygonum Bistorta*.

Digynia.

Scleranthus annuus, Leers. *Ulmus effusa*.

HEPTANDRIA.

Monogynia.

CLXX. TRIENTALIS. Linne.

445. *T. europaea*. WILLD. Flor. Dan. t. 86.

Cauliculi tres-novempollicares e radice repente prodeuntes; inferne nudi; medio foliolo uno alterove elliptico, sessili instructi, erecti, teretes. In apice gerunt folia conferta, verticillum aemulancia, obovato-lanceolata, subpetiolata, serrulata, laevia, inaequalia. In medio pedunculus unus alterve capillaris, erectus. Calycis foliola lineari-lanceolata, acuta. Corollae candidae, laciniis ovatis, acutis, mucronatis, calyce fere duplo longioribus. Stamina septem; quandoque sex,

octo. Antherae lineares, flavae, post deflorescentiam in anulum convoluti. Stylus longitudine filamentorum et calycis. Stigma truncatum. Germen globosum. Leopoli inter frutices collis retro hortum quondam D. Barambon In sylvaticis circa Stagnum Janoviense. In vallis Oycow sylvaticis. Cracoviae in sylva Bielanoy. Circa Duklam. E. C. Floret Majo, Junio, quandoque Septembri.

OCTANDRIA.

Monogynia

† Flores completi.

CLXXXIII. ACER Cal. quinquefidus. Pet. quinque. Samarae duae basi unitae superae monospermae (Flores nonnulli masculi et interdum dioici) PERS. Syn.

CLXXXIV. EPILOBIUM. Cal. tubulosus quadrifidus, (laciniis patentibus). Pet. quatuor. Caps. (quadrilocularis, quadrivalvis) oblonga infera. Sem. comosa. WILLD.

CLXXXV. OENOTHERA. Cal. tubulosus quadrifidus, laciniis reflexis. Pet. quatuor. Caps. quadrilocularis quadrivalvis infera. Sem. nuda. WILLD.

LXXXVI. OXYCOCCUS. Cal. superus quadrifidus. Cor. quadripartita, laciniis sublinearibus subrevolutis. Filamenta conniven-

tia. Antherae tubulosae bipartitae. Bacca (quadrilocularis) polysperma PERS. Syn.

CLXXXVII. VACCINIUM. Cal. superus. Cor. (sub)campanulata, quadri-quinquefida, laciniis reflexis. Filamenta germi inserta. (Antherae saepe bicornes). Bacca quadri-quinquelocularis, polysperma. PERS. Syn.

CLXXXVIII. ERICA. Cal. tetraphyllus (interdum duplicatus). Cor. quadrifida. Stam. receptaculo inserta. Antherae bifidae. Caps. quadrilocularis supera polysperma. PERS. Syn.

* *Monotropa Hypopithys. Polygala ex Vestio.*

†† Flores incompleti.

CLXXXIX. DAPHNE. Cal. corollinus quadrifidus marcescens stamina includens. Drupa monosperma. SMITH.

CLXXX. STELLERA. Cal. nullus. Cor. quadrifida. Stam. brevissima. Pericarp. Nux rostrata. WILLD.

* *Myriophyllum verticillatum.*

Digynia.

CLXXXI. CHRYSOSPLENIUM. Cal. quadrifidus coloratus. Cor. nulla. Caps. birostris unilocularis, polysperma. WILLD.

* *Acer Fl. d. Wett. Ulmus effusa.*

Trigynia.

CLXXXII. POLYGONUM. Cal. quinquepartitus coloratus corollinus persistens. Semen unicum superum (plerumque) angulatum tectum. Stamina et pistilla numero incerta. SMITH.

* *Stellaria media.*

Tetragynia.

CLXXXIII. ADOXA. Cal. bi-trifidus inferus. Cor. quadri-quinquefida. Bacca quadri-quinquelocularis, calyce coalita. WILLD.

CLXXXIV. PARIS. Cal. tetraphyllus. Pet. quatuor angustiora. Antherae filamentis medio adnatae. Bacca supera quadrilocularis. PERS. Syn.

CLXXXV. ELATINE. Cal. quadripartitus (quadriphyllus. PERS.) Pet. quatuor sessilia. Germen orbiculatum depressum. Styli quatuor. Caps. quadrilocularis, quadrivalvis Juss.

OCTANDRIA.

Monogynia.

CLXXV. OENOTHERA. Linne.

446. *Oe. biennis* foliis ovato-lanceolatis planis, caule muricato-villoso, staminibus corolla brevioribus. WILLD.

Radix fusiformis, extus rubra, intus alba; primo anno promit tantum folia in rosam digesta. Flores flavi. Capsula subconica truncata. In argillosis, ad vias depressas. Floret Julio, Augusto.

CLXXIV. EPILOBIUM. Linne.

* *Staminibus declinatis.*

447. *E. angustifolium* caule simplici, foliis sparsis lanceolatis venosis, racemis terminalibus elongatis; pedunculis ante anthesin nutantibus. B. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 24. Flor. Dan. t. 288.*

Variat foliis integerrimis et remote denticulatis. Flores speciosi rubri, raro albi. Bractea lineari-subulata, pedunculum subaequans, ad basin ejusdem. In pratis sylvaticis et montosis. Floret Julio, Augusto.

448. *E. angustissimum* caule ramosissimo, foliis sparsis linearibus aveniis, racemis terminalibus laxis, pedunculis erectis. WILLD. WALDST. et KIT. I. p. 78. t. 76.

Folia angustissima. Bractea foliis caeteris similis, parum minor, pedunculi basi adnata. Flores rubri. In montibus carpathicis. DF. prope Krynica. Floret a Julio in Septembris usque.

** *Staminibus erectis regularibus.*

449. *E. hirsutum* caule ramosissimo, pilis patentissimis hirsuto, foliis oppositis alternis-

que decurrenti-amplexicaulibus oblongo-lanceolatis serrulatis glabriusculis, venis hirsutis B. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 21. Flor. Dan. t. 326.*

Foliorum basis altior lateribus. Flores speciosi rubri, antheris stigmatumque albo. Ramositas tamen caulis pro ratione soli et tempestatis valdopere hic ut alibi variat. In pratis humidis inter frutices, ad ripas rivulorum, fossarum, Floret Julio, Augusto.

450. *E. villosum* caule subsimplici villosa, foliis inferioribus oppositis sessilibus lanceolatis denticulatis villosa-pubescentibus. B. *Curt. fasc. 2. t. 22. E. pubescens*, WILLD. *Flor. Dan. t. 347.*

Flores rosei, parvi. Longitudo pedunculi in meis aequat quintam partem capsulae. In locis humidis uliginosis. Floret Julio.

451. *E. montanum* caule (sub)simplici leviter pubescente, foliis suboppositis ovatis acutis dentatis glabris, racemo terminali folioso, capsulis obtusangulis longissimis. SCHMIDT. *Böem. WILLD. Curt. fasc. 3. t. 24. Flor. Dan. t. 922.*

Flores rosei. Capsulae foliis plus duplo longiores pubescentes. Planta saepius uniflora. Capsulis vix pollicaribus specimina legit in sterilibus circa Duklam. E. C. In umbrosis sylvaticis. Floret Junio, Julio.

452. *E. tetragonum* caule paniculato-tetragono, foliis lineari-lanceolatis denticulatis glabris, imis oppositis, pedunculis folio brevioribus. B. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 23. Flor. Dan. t. 1029.*

Caulis adultior teres. Flores parvi, rosei, longe pedunculati, in axillis foliorum superiorum. Stigma clavatum, simplex. Capsulae pedunculis quater longiores. In humidis fossisque, ad viam inter Leopolim et Koli-kow. Cracoviae. Floret Julio, Augusto.

453. *E. palustre* caule tereti stricto, foliis oppositis lineari-lanceolatis integerrimis glabris, pedunculis folio subaequalibus B. WILLD.

Caulis superne cum pedunculis et geminis pubescens. Racemi foliosi. Flores pallide purpurei. Stigma simplex. Capsulae pedunculis vix duplo longiores. In paludosis Cracoviae P. Floret Julio.

CLXXXVI. OXYCOCCUS. I. Bauhin.

454. *O. palustris* foliis ovatis integerrimis revolutis, caulibus filiformibus repentibus nudis. PERS. *Syn. Vaccinium Oxycoccus* WILLD. *Flor. Dan. t. 80. Schollera Oxycoccus* HAYN. *Choix de pl. d'Eur.*

Caulis florifer adscendens. Folia subtus glauca, sempervirentia. Pedunculi terminales, elongati, filiformes. Flores rosei, anthe-

ris luteo-brunneis. Bacca atro-caerulea, rorida. In uliginosis circa stagnum Janoviense Circ. Leopold. In turfosis versus Mogylany Circ. Bochn. prope Cracoviam. E. C. Floret Junio.

CLXXVII. VACCINIUM. Linne.

455. *V. Myrtillus* pedunculis unifloris, foliis ovatis serratis deciduis, caule angulato.

WILLD. *Flor. Dan. t. 974.*

Corolla pallide purpurea, globosa. Stamina saepe decem. In sylvaticis. Floret Majo.

456. *V. uliginosum* pedunculis unifloris, foliis obovatis integerrimis glabris, ramis tetra-

setibus. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 231.*

Fruticulus. Folia venosa, subtus glabra, neque juniora nobis oris ciliata, Corolla carnea quadrifida. In uliginosis circa stagnum Janoviense versus orientem et occidentem. Cracoviae in sylva extra Rybaki Circ. Bochn. Floret Majo, Junio.

457. *V. Vitis idaea* racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis denticulatis subtus punctatis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 40.*

Fruticulus. Folia glaberrima, subtus pallida. Flores albo-carnei. Antherae muticae. Varias foliis orbiculatis, vix in petiolum attenuatis. In collibus sylvae ad latus stagni inter Lelechowka et Stawki sitae. In parte septentrionali et occidentali Montis Babia

Góra. Cracoviae cum praecedenti. Floret Junio.

LXXVIII. ERICA. Linne.

458. *E. vulgaris* antheris aristatis inclusis, stylo exserto, corolla quadripartita calyce brevior, foliis oppositis calcaratis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 30. Flor. Dan. t. 677.*

Fruticulus. Folia bifariam opposita, parva; hinc quadrifariam imbricata; triquetra, basi soluta vel calcarata glabra. Flores racemosi in lateribus ramorum apice foliosorum, cernui. Calyx duplicatus; interior aridus, purpureo-incarnatus. In ericetis. Floret a Julio in Septembrem usque.

CLXXIX. DAPHNE. Linne.

459. *D. Mezereum* floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. WILLD. *Flor. Dan. t. 268.*

Frutex. Rami medio floriferi, serius apice foliosi. Flores rosei, odorati. Drupae carnosae, ellipticae, nitidae, miniatae. In sylvaticis. Floret primo vere. Ad finem Decembris et tota fere hyeme anni 1806 florentem vidi.

460. *D. Cneorum* floribus fasciculatis terminalibus sessilibus, foliis (obovato-) lanceolatis nudis mucronatis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 426.*

Fruticulus. Flores supra rosei, odori. Drupa exsucca. In collibus Galiciae occidentalis P. Floret Aprili, Majo.

CLXXX. STELLERA. Linne.

461. *St. Passerina* foliis linearibus, floribus axillaribus sessilibus quadrifidis. Willd. Jacq. *Icon. pl. rar. I. t. 68.*

Caulis erectus, spithamaeus, pedalisque, ramosus. Folia lineari-lanceolata, glabra, pingua. Flores axillares; sessiles, basi lanam minuta cincti; externe villosiusculi, albidii, laciniis conniventibus flavis. Thesio alpino non dissimile.

Cracoviae prope Czerwony Promnik. P. Floret Augusto.

CLXXXI. ACER, Tournefort.

462. *A. tataricum* foliis cordato-(ovatis) indivisis serratis, lobis obsolete, floribus racemosis. Pers. *Syn. Syst. Veg. Ed. XV.*

Frutex orgyalis. Racemi erecti compositi. Flores albidii. Samarae alae conniventes, laete purpureae. In montibus carpathicis DZK. Floret Majo, Junio.

463. *A. Pseudo-Platanus* foliis quinquelobis inaequaliter serratis obtusiusculis, racemis pendulis subtomentosis. Pers. *Syn. Syst. Veg. Ed. XV.*

Arbor speciosa. Folia subtus glauca, juniora pubescenti-villosa. Flores flavescens. Samarae vix villosae; alis patentibus, Flo-

ret Majo. Habitu fruticoso in fruticetis frequens. In valle Oycow.

464. *A. platanoides* foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis erectiusculis glabris. Pers. *Syn. Syst. Veg. Ed. XV.*

Folia laevia basi truncata, petiolis lactescentibus. Flores flavi. Samarae alis divergentibus. Leopoli in horto jaculatorio cum praecedenti. In vallis Oycow montosis. Floret Aprili.

465. *A. campestre* foliis quinquelobis obtusis glabris, racemis erectis, cortice suberoso rimoso. Pers. *Syn. Syst. Veg. Ed. XV.*

Arbor. in nostris regionibus et ultra circiter biorgyalis. Rami juniores cortice laevi. Folia utrinque concoloria. Flores virescentes. Samarae rubicundae, alis divaricatis. Floret Majo, Junio. Leopoli rara arbor in sylvia Krzywczycensi. In montibus carpathicis DZK. In montibus inter Pilzno et Tarnow. Cracoviae P.

Digynia.

CLXXXI. CHRYSOSPENIUM. Tournefort.

466. *C. alternifolium* foliis alternis. Willd. *Flor. Dan. t. 366.*

Herba fragilis, succulenta, humilis. Folia reniformia, crenata, subpilosa. Cerviculus terminalis foliosus, foliis horizontalibus calycibusque flavescens, punctis aureis nitidis.

Flores in nostratibus nunquam decandri; ideo genus in Octandriam relegi. In umbrosis humidiusculis. Floret Aprili, Majo.

Trigynia.

CLXXXII. POLYGONUM. Linne.

* *Floribus digynis.*

467. *P. Amphibium* floribus pentandris digynis, spica ovata. SMITH. WILLD.

Planta in aquis crescens habet caulem natantem, folia subcordato-oblonga serrulata, nitida, glabra, spicam subcylindricam et stamina calyce breviora. *P. Amph. aquaticum.* W. In paludosis caulis erectus, folia lanceolata, acuta, aspera, margine hirsuta. Spica elliptica, stamina calyce longiora. *P. Amph. terrestre.* Willd. Utramque unam eandemque plantam esse, optime evincunt specimina utriusque varietatis characteribus instructa, saepius a me observata, ubi nempe una pars caulis ramosi emersa est, et altera natat.

468. *P. lapathifolium* floribus hexandris digynis, pedunculis viscoso-scabris, stipulis muticis, seminibus utrinque concavis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 24. et 25.*

Caulis procumbens aut patulus ramosus. Folia forma variant, subtus pubescentia aut nuda; maxima rarius pollicem lata, tres quatuorve cum petiolis longa. Stipulae margine muticae, raro subciliatae. Spicae terminales

et axillares pallide flavescenti-viridescentes. In humidis, ruderatis cultisque. Floret Julio.

469. *P. Persicaria* floribus hexandris digynis, spicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, pedunculis laevibus, stipulis ciliatis. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 23. Flor. Dan. t. 702.*

Caulis erectus, ramosus, ramis patulis. Folia utrinque glabra, saepe maculata. Spicae terminales, ramosae, subcylindricae, rubrae. Cum praecedenti.

470. *P. incanum* floribus hexandris digynis, spicis oblongis, foliis elliptico-lanceolatis, subtus villosotomentosis. B. WILLD.

Praecedenti affine, differt potissimum foliis duplo latioribus, ellipticis, utrinque attenuatis, supra saepius macula retrorsum lunata atro-purpurea donatis, subtus albo-tomentosis. Spicae terminales rubrae. Cum praecedentibus. Pro varietate praecedentis habet Persoon.

471. *Hydropiper* floribus hexandris-semidigynis, foliis lanceolatis undulatis immaculatis, spicis filiformibus nutantibus, caule erecto. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 26.*

Stipulae breves, amplae, ciliatae. Bractae nudaе. Flores intus viridescentes, margine albi aut purpurascens. Sapor foliorum urens. In humidis, ad fossas, Floret Augusto.

472. *P. minus* floribus hexandris submonogynis, foliis lineari-lanceolatis planis, spicis erectiusculis, caule basi radicante. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 28.*

Folia subovata. Bracteae ciliatae. Flores purpurascens. Variat caule adscendente. In inundatis, limosis humidis. Floret Julio, Augusto.

** *Floribus trigynis.*

473. *P. Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolos attenuatis. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 22. Flor. Dan. t. 421.*

Radix crassa, in formam S. romani torta. Spica rosea raro alba. Flores plerumque octandri, tamen et heptandri et enneandri. Habitat in pratis humidis. Floret Junio.

474. *P. arenarium* floribus spicatis axillaribusque, corollae laciniis obovatis ampliat. foliis lineari-lanceolatis margine scabrisculis, stipularum acutarum nervis remotis, caule declinato. B. PERS. *Syn. WALDST. et KIT. Pl. rar. Hung. p. 69. t. 67.*

Caulis angulatus ramosus. Stipulae apice fissae, foliorum superiorum axillae floriferae. Spica filiformis aphylla, foliolis ovatis scariosis, amplexicaulibus, bracteata. Corollae medio roseae, limbus albidus. In arenosis et circa Duklam et Cracoviae. E. C. Floret aestate.

475. *P. aviculare* floribus axillaribus, (corollae laciniis lineari-oblongis), foliis elliptico-lanceolatis margine scabris, stipularum (obtusarum) nervis remotis, caule procumbente herbaceo. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 27.*

Folia obtusa, plana, margine parum scabra, basi attenuata. Stipulae, s. ochreae superne scariosae, obliquae, amplae, obtusiusculae. Flores viridescenti-purpurei, imo sanguinei; matutino tempore ad meridiem usque praecipue diebus humidis aperti. Ad vias versuras. Floret a vere in autumnum usque.

476. *P. Fagopyrum* foliis cordato-sagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis aequalibus WILLD.

Florum racemi albo-purpurascens. In arvis quasi sponte. Floret Julio, Augusto.

477. *P. Convolvulus* foliis cordato-sagittatis, caule volubili angulato-(sulcato), calycis laciniis obtuse carinatis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 29. Flor. Dan. t. 744.*

Flores purpurascens. Stylus apice trilobus. Semen triquetrum utrinque attenuatum. In arvis. Floret Julio, Augusto.

478. *P. dumetorum* foliis cordatis, caule volubili laevi, floribus carinato-alatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 756.*

Flores albedo-virescentes. Semina obovata

to-triquetra, angulis alatis. In sepibus. Floret Julio, Augusto.

Tetragynia.

CLXXXIV. PARIS. Linne.

479. *P. quadrifolia* Willd. *Flor. Dan.* t. 130.

Radix repens. Caulis simplicissimus, apice folia tria, sex in verticillo gerens. Variat etiam staminibus decem, calyce, corolla, capsulaque parte quarta aucta. Flos viridis. Baccam nigra.

In nemorosis, sylvaticisque. Floret Majo, Junio.

CLXXXIII. ADOXA. Linne.

480. *A. Moschatellina*. Willd. *Curt. fasc. 2. t. 26. Flor. Dan. t. 94.*

Herba tenera Moschum redolens. Folium radicale biternatum. Caulis vix spithameus, diphyllus. Capitulum terminale quinqueflo. um, lateralibus corolla quinquefida, staminibus decem, stylis quinque, baccaque seminibus quinque: supremus tantum et primarius octandrus. Planta deflorata sarmentosa. Leopoli in horto jaculatorio retro tabernam. Cracoviae ad S. Bronislavam in valle fruticoso, sub rupibus prope Wola. In montis Babia Góra et vallis Oycow umbrosis. Floret Majo.

CLXXXV. ELATINE. Linne.

481. *E. Alsinastrum* foliis verticillatis.

L. Willd. *Alsinastrum Gallii folio* Vaill.

Bot. par. t. 1. f. 6.

Planta in fossis crescens. Folia in caulis parte immersa duodena, linearia, acuta; in parte emersa erecta, quaterna, elliptica. Flores inconspicui in axillis foliorum superiorum. Cracoviae extra Rybaki. Floret Junio.

ENNEANDRIA.

Trigynia.

* *Polygonum Bistorta. Stellaria media.*

Hexagynia.

CLXXXVI. BUTOMUS. Cal. nullus.

Pet. sex. Caps. sex superae polyspermae.

Willd.

ENNEANDRIA.

Hexagynia.

CLXXXVI. BUTOMUS. Tournefort.

482. *B. umbellatus* Willd. *Curt. fasc. 1. t. 29. Flor. Dan. t. 60.*

Planta aquatica formosa. Folia triquetra, scapusii altior, terminatus umbella multiflora. Flores albi extus medio purpurei. In stagnis et fossis. Floret Julio, Augusto.

DECANDRIA.

Monogynia.

* *Flores polypetali irregulares.*

CLXXXVII. DICTAMNUS. Cal. quinquephyllus. Pet. quinque patula. Filamenta

M 2

punctis glandulosis adpersa. Caps. quinque coalitae. WILLD.

** *Flores polypetali aequales et regulares.*

CLXXXVIII. MONOTROPA. Cal. nullus. Pet. decem, horum quinque exteriora basi excavato-mellifera. Caps. quinquevalvis. PERS. *Syn.*

CLXXXIX. PYROLA. Cal. quinquepartitus. Pet. quinque. Caps. quinquelocularis, angulis dehiscens. WILLD.

CXC. LEDUM. Cal. quinquefidus. Cor. plana quinquepartita. Caps. quinquelocularis, basi dehiscens. WILLD.

* *Paris quadrifolia.*

*** *Flores monopetali aequales.*

CXCI. ARBUTUS. Cal. quinquepartitus. Cor. ovata, ore quinquefido, basi pellucida. (Stamina corollae inserta). Bacca quinquelocularis. WILLD.

* *Vaccinium Myrtillus, uliginosum.*

Trigynia.

CXCII. SCLERANTHUS. Cal. monophyllus, cui stamina inserta. Cor. nulla. Seminum - duo calyce inclusa. PERS. *Syn.*

CXCIII. SAXIFRAGA. Cal. quinque-

partitus. Cor. quinquepetala. Caps. birostris unilocularis polysperma. WILLD.

CXCIV. GYPSOPHILA. Cal. monophyllus campanulatus angulatus. Pet. quinque (ob)ovata sessilia. Caps. globosa unilocularis. WILLD.

CXCV. SAPONARIA. Cal. monophyllus (oblongus) nudus. Pet. quinque unguiculata. Caps. oblonga unilocularis. WILLD.

CXCVI. DIANTHUS. Cal. cylindricus monophyllus, basi squamis quatuor, octo. Pet. quinque unguiculata. Caps. cylindrica, unilocularis. WILLD.

* *Chrysosplenium alternifolium.* Willd.

Trigynia.

CXCVII. ALENARIA. Cal. quinquephyllus. Pet. quinque integra. Caps. supera unilocularis, polysperma. WILLD.

CXCVIII. STELLARIA. Cal. quinquephyllus patens. Pet. quinque, bipartita. Caps. supera unilocularis polysperma, apice sexdentata. SMITH.

CXCIX. SILENE. Cal. monophyllus (sub)ventricosus. Pet. quinque unguiculata. Caps. semitrilocularis apice dehiscens, polysperma. SMITH.

CC. SCRIBAEA. Cal. monophyllus membranaceus, campanulato-ampliat. Pet. quinque bifida. Bacca colorata. Faux denticulis coronata. VEST. *qua Viscago.*

CCI. TAMARIX. Cal. quinquepartitus. Cor. petala quinque. Caps. unilocularis trivalvis. Sem. coma instructa. WILLD.

* *Polygonum Bistorta Pers.*

Tetragynia.

* *Silene maritima.*

Pentagynia.

CCII. SEDUM. Cal. quinquefidus. Cor. quinquepetala. Squamae nectariferae quinque ad basin germinis. Caps. superae quinque. WILLD.

CCIII. SPERGULA. Cal. quinquephyllus. Pet. quinque integra. Caps. ovata unilocularis, quinquevalvis. WILLD.

CCIV. CERASTIUM. Cal. quinquephyllus. Pet. quinque bifida. Caps. superae, apice deliscens ore decedentato, unilocularis. SMITH.

CCV. AGROSTEMMA. Cal. monophyllus coriaceus. Pet. quinque unguiculata, limbo obtuso indiviso. Caps. unilocularis. WILLD.

CCVI. LYCHNIS, Cal. monophyllus lac-

vis. Pet. quinque unguiculata, limbo subbifido. Caps. uni-quinquelocularis. PERS. *Syn.*

CCVII. OXALIS. Cal. quinquephyllus. Pet. unguibus connexa. Stamina inaequalia, quinque breviora, exteriora basi connata. Caps. angulis elastice dehiscens. Sem. subaristata. PERS. *Syn.*

* *Adoxa Moschatellina. Rhodiola rosea. Pers. Silene maritima.*

Polygynia.

* *Myosurus minimus. Gerania quaedam.*

DECANDRIA.

Monogynia.

CLXXXVII. DICTAMNUS. Linne.

483. *D. albus.* WILLD. JACQ. *Austr.* t. 428.

Radix obliqua, alba. Caulis simplex foliis impart-pinnatis, firmis, terminatus racemo florum alborum, purpureo pictorum. In montosis circa Zaleszczyki DIK, DF. Floret Majo, Junio.

CLXXXVIII. MONOTROPA. Linne.

484. *M. Hypopithys* floribus glabris, lateralibus octandris. PERS. *Syn.* WILLD. *Flor. Dan. t. 232.*

Planta parasitica insidens radicibus arborum. Scapus squamosus terminatus race-

mo tempore antheseos cernuo, dein erecto. Flos terminalis tantum decandrus. Tota planta flavo-fusca. Variat flore unico. In sylvis inter Lelechowka et Stawki. In sylvis circa Uszkowice, Cracoviae in valle Oycow. Floret Augusto.

CXC. LEDUM, Linne.

485. *L. palustre* foliis linearibus margine revolutis, subtus tomentosus. WILLD. *Flor. Dan. t. 1031.*

Frutex proliferus. Folia subtus ferruginea, caeterum Rosmarini. Flores corymbosi albi. In sylvis turfosis circa Mosti Circ. Zolkiew: — Cracoviae in sylvis versus Mogilany Circ. Bochn. Floret Junio, Julio.

CXCI. ARBUTUS, Linne.

486. *A. Uva Ursi*, caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. WILLD. *Flor. Dan. t. 33.*

Fruticulus depressus. Folia obovato-lanceolata, coriacea, sempervirentia, subtus reticulato-venosa, glabra. Racemi parvi, terminales, bracteolati. Flores rosei. Baccae depressae rubrae. In sylvis prope Niepolowice Circ. Bochn. asserente Pharmacopaeo Bochniensi. —

CLXXXVIII. PYROLA, Linne.

487. *P. rotundifolia* (floribus racemosis secundis) staminibus adscendentibus, pistillo declinato. WILLD. *Flor. Dan. t. 110.*

Scapus nudus. Folia ovalia. Flores albi cernui, antheris aurantiacis. In sylvis circa stagnum Janoviense et Lelechowka. Inter Zwierzyniec et Wola in fruticetis. Floret Junio, Julio.

488. *P. minor* floribus racemosis dispersis, staminibus pistillisque rectis. WILLD. *Flor. Dan. t. 55.*

Folia ovalia. Flores nutantes albi. Leopoli in sylva versus Liszeniec; prope Stawki. Cracoviae in sylvis prope Bronowice. In fruticetis supra Zwierzyniec versus Wola. Floret Junio, Julio.

489. *P. secunda* racemō unilaterali. WILLD. *Flor. Dan. t. 402.*

Folia ovata, crenata. Flores albo-viridescens. In sylva Krzywczycensi, Cracoviae circa Bielany. Floret cum praecedente.

490. *P. uniflora* foliis suborbiculatis, scapo unifloro. PERS. *Syn. WILLD. Flor. Dan. t. 8.*

Flos congenerum maximus, albidus, cernuus. Caps. erecta. In montibus carpathicis. DF. Ad pedem montis Babia Góra versus septentrionem. In montosis vallis Oycow cum praecedente. Floret Junio, Augusto.

491. *P. umbellata* pedunculis subumbellatis, foliis obovato-lanceolatis serratis. B. WILLD.

Folia in apicibus caulium conferta; flori-
feri superne nudi. Leopoli in elatis sylvae
versus Liszenec. In sylva inter Stawki et
Lelechowka. Cracoviae cum *P. minori*. Flo-
ret Julio, Augusto.

Digynia.

CXCIII. SAXIFRAGA. Linne.

492. *S. Aizoon* foliis radicalibus, rosula-
tis cartilagineo-serratis brevibus rotundatis
verticalibus, floribus (racemoso)-cymosis.

PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr.* t. 438.

Flores in caule racemum, in apice cy-
mam aemulant. Pedunculi ut plurimum triflo-
ri, pedunculo proprio intermedio brevissimo.
Calyces glabri pilis raris adpersi. Petala al-
ba punctis purpureis adpersa. Flos ter-
minalis subsessilis. In apice montis Babia Gó-
ra inter saxa. Floret Augusto, Septembri.

493. *S. Hirculus*, foliis caulinis lanceo-
latis alternis inermibus, caule erecto, ger-
mine ovato, supero. SMITH. WILLD. *Curt.*
fasc. 6. t. 26. *Flor. Dan.* t. 200.

Planta stolonifera. Pedunculi et stolones
lana ferruginea plerumque tecti. Flores pau-
ci, 1—4, terminales. Petala flava, basi cro-
ceo-maculata. In uliginosis versus orientem
et occidentem stagni Janoviensis. Floret Au-
gusto.

494. *S. granulata* foliis caulinis reniformi-
bus lobatis, caule subpaniculato, radice gra-

nulata. B. WILLD. *Curt. fasc.* 1. t. 30. *Flor.*
Dan. t. 514.

Tota planta viscido-pilosa. Foliorum
lobi aequales. Flores albidi, germen semi-
inferum. Leopoli et Cracoviae in collibus
siccis, apricis. Floret Majo, Junio.

495. *S. Tridactylites*, foliis cuneiformi-
bus trifidis quinquefidisque alternis: summis
indivisis, caule paniculato, germine infero.
SMITH. *Curt. Lond fasc.* 2. t. 28.

Plantula viscido-pubescentis annua. Fo-
lia prima spathulata. Flores parvi albi. Oc-
currunt et uniflorae et foliis omnibus spathu-
latis. In montibus carpathicis DZK. Craco-
viae in saxosis, muris vetustis frequens. Flo-
ret Majo.

CXCII. SCLERANTHUS. Linne.

496. *S. annuus* calycibus fructus patulis,
(laciniis acutis). WILLD. *Flor. Dan.* t. 504.

Caules ramosissimi, patentes. Folia op-
posita, connata, linearia, acuta, basi ciliata.
Flores et in alis ramificationum solitarii et
terminales subcapitati. Calyces virides. Se-
men alterum saepe abortit. In arvis areno-
sis. Floret Julio.

497. *S. perennis* calycibus fructus clausis,
(laciniis obtusis.) WILLD. *Flor. Dan.* t. 563.

Biennis. Habitus praecedentis. Caules pro-
cumbentes. Tota planta magis glauca. Ca-
lycis lacinae albo marginatae. Leopoli in col-

libus arenosis suburbii Lyczakow. In arvis arenosis Cracoviae. Floret Julio, Augusto.

CXCIV. GYPSOPHILA. Linne.

498. *G. muralis* foliis linearibus planis, calycibus nudis, caule dichotomo, petalis crenatis. WILLD.

Caulis ramosissimus brachiatus. Petala rosea inaequaliter crenata. In arvis, inter segetes demissas, inque muris vetustis. Floret Julio, Augusto.

499. *G. fastigiata* foliis inferioribus lanceolatis obtusis trinerviis, superioribus linearibus obsolete triquetris, floribus dichotomo-corymbosis fastigiatis. B. WILLD.

Caulis simplicis, procumbenti-adscendentes, pedales, sesquipedales, teretes, geniculati, laeves, foliosi. Folia opposita, basi subvaginantia; inferiora lanceolata, obtusa, trinervia, margine scabriuscula; in parte caulis procumbente secunda. Superiora angustiora et crassiora, lineari-lanceolata, acuta, subtriquetra. Caulis deliquescit in corymbos dichotomos fastigiatos, quorum pedunculi viscido-pubescentes suffulciuntur bracteis oppositis, ovatis, acutis, albidis aut rubescentibus, scariois, carinatis nervo fusco. Calyces quinquefidi, campanulati, lividi, laciniis acutis, albo marginatis. Petala obovata alba integerrima vel levissime emarginata. Stamina petalis longiora. Capsulas maturas nondum

vidi. In sylvae inter Lelechowka et Stawki locis lucidis arenosis. Floret Julio, Augusto.*)

500. *G. Saxifraga* foliis linearibus, calycibus angulatis: (basi) squamis quatuor, corollis emarginatis. WILLD.

Caulis plures ex eadem radice adscendentes. Flores pallide rosei. Non inepte a multis ad Dianthos amandatur. Medium fere inter Gypsophilam et Dianthum tenet. Habitus et calyx campanulatus angulatus illius; hujus autem squamae et petala. In siccis sylvaticis circa Cracoviam. P. In Circ. Sanocensi. E. C. Floret Julio, Augusto.

CXCV. SAPONARIA. Linne.

*) Maxime affinis *G. arenariae*, a qua differt foliis inferioribus et radicalibus plus duplo latioribus, obtusis, trinerviis, quae ibi linearia, acuta, carnosae, subtriquetra, enervia sunt; praeterea floribus majoribus, fastigiatis, calycum foliolifascia viridi latiore et bracteis majoribus. Capsulas nondum vidi, sed semina (a Helvetia missa) reniformia plana muricata, ut in hungarica. *G. altissima*, pro qua diu habui, secundum Gmelini Floram Sibiricam, differt a nostra foliis radicalibus spatulato oblongis, caulinis oblongo-lanceolatis, basi attenuatis, mucronatis, aliisque.

501. *S. officinalis* calycibus cylindricis, foliis elliptico-lanceolatis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 29. Flor. Dan. t. 543.*

Flores paniculati, corymbosi; dilute rosei. Capsulae quadrivalves. Variat caule depresso, floribus purpurascenti-roseis, antheris brunneo-purpureis. In pratis et ad sepes. Varietatem tantum in pratis elatis Leopoldi vidi. Floret a Julio in Septembrim usque.

502. *S. Vaccaria* calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acutis sessilibus. WILLD.

Anguli calycis alati. Petala rosea. Inter segetes. Floret Junio, Julio. DZK.

CXCVI. DIANTHUS. Linne.

* *Floribus aggregatis.*

503. *D. barbatus* floribus aggregatis fasciculatis, squamis calycinis ovato-subulatis, tubum aequantibus, foliis lanceolatis (nervo-venosis.) WILLD.

Folia ad dimidium pollicem saepe lata. Nervi foliorum anastomisantes. Squamae calycinae et superant calycem. Flores purpurei, variegati. In montibus carpathicis. DIK. Floret Julio.

504. *D. collinus* floribus bifasciculatis squamis calycinis ovato-subulatis, tubo brevioribus, foliis lanceolato-linearibus quinquer-

viis scabris. PERS. *Syn.* WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 36. t. 38.*

Caulis teres. Squamae calycinae et involucra lanceolata, acuta, flores subaequantia virida. Petala purpurea nuda. In montibus carpathicis, DZK.

505. *D. Carthusianorum* floribus subaggregatis, squamis (ob)ovatis aristatis tubo brevioribus, involucre oblongo aristato capitulo brevioribus, foliis linearibus trinerviis, (petalis superne pilosis). WILLD.

Caulis tetragonus, quandoque uniflorus. Involucra subulato-aristata atro-purpurea medio virida. Squamae calycinae obovato-oblongae brunneae, aristis saepe patulis. Petala fauce pilosa, pallide purpurea, obovata subtruncata, antice dentata. In collibus aridis subulosis. Floret Julio — Septembri.

506. *D. atrorubens* floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucre ovato aristato (connato), longitudine capituli, foliis linearilanceolatis enerviis. WILLD.

Caulis tetragonus. Folia connata prout et in binis praecedentibus, exsiccata striata. Involucra lata. Squamae calycinae profunde purpurascens, longius aristatae. Petala congenerum minima, purpurea, nudiuscula. In colle versus occidentem pagi Krzyweczyce. Floret Julio, Augusto.

507. *D. Armeria* floribus aggregatis fasciculatis: squamis calycinis (ovato-) lanceolatis villosis tubum aequantibus. WILLD. *Flor. Dan. t. 230.*

Tota planta plus minus pubescenti-hirsuta est. Petalorum lamina elliptica, subserrata, purpurea. In collibus fruticosis circa stagna sylvae Krzywczyc: Ad vias supra Zwierzyniec. Circa Duklam E. C. Floret Julio, Augusto.

508. *D. prolifer*, floribus aggregatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis tubum superantibus. WILLD. *Flor. Dan. t. 221.*

Caulis erectus, patulus. Inflorescentia refert gemmam magnam ex squamis ovatis, pallide spadiceis, opacis, laxis, formatam, ex qua proveniunt flores parvi, rubri, brevi evanescentes. Cracoviae in lapidosis collium supra Podgorze. Floret Julio.

** Flores solitarii, plures in eodem caule.

509. *D. sylvestris* floribus solitariis, squamis calycinis brevissimis ovatis; exterioribus acutis, interioribus obtusis, petalis crenatis imberbibus. WILLD. JACQI *Icon. t. 82.*

Folia angustissima, rigida, nuda, Corollae magnae purpureae. Lectus a Prof. Schk.

510. *D. deltoides* floribus solitariis, squamis calycinis ovato-lanceolatis, submucronatis, subbinis, foliis obtusiusculis subpubes-

centibus, petalis dentatis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 577.*

Corolla intense rosea, subtus pallidior, ad ora zona purpurea, dentata, punctis oblongis albis, splendidis, notata. Puncta in formam Δ nunquam distinxi. In collibus herbidis, glareosis, arenosisque. Floret Julio — Septembri.

511. *D. superbus* floribus solitariis paniculatis, squamis calycinis brevissimis acuminatis, petalis multifido-capillaribus, caule erecto. WILLD. *Flor. Dan. t. 578* at formam squamarum calyc: non bene exprimit.

Flores dilute rosei, nocte fragrantissimi. Petala fere ad basin usque fissa, cum macula ibidem livida, tecta pilis purpureis. Habitat in sylvaticis pratisque humidis. Floret Julio, Septembri.

512. *D. serotinus* caulibus subbifloris declinatis, squamis calycinis subsenis, obovato (sub)mucronatis, calyce quadruplo brevioribus, petalis multifidis subnudis. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 188. t. 172. D. hungaricus. PERS. Syn.*

Radix tenuis, extus fusca, parum ramosa, multiceps. Caespitem formant copiosi stolones breves, foliis decussatis. Folia haec sunt linearia, pollicaria, vix lineam lata, carinata, obtusiuscula, margine ciliato-scabra, glauca. Caules simplices, vix semipedales, subte-

retes, laeves, ex quatuor geniculis constantes, terminantur flore unico a. duobus, brevissime pedicellatis. Calycis 3—4 pollicis aequantis dentes profundi, obtusiusculi, margine membranaceo aucti. Squamae ad basin quatuor, brevissimae, latissimaeque; modo obtusae; modo brevissime et obtuse acuminatae, membrana tenui ad latera auctae, exteriores breviores. Petala alba, suaveolentia. Lamina petalorum spathulata, margine profunde lacero, ita ut discus oblongus maneat: ad faucem pilis albis aut purpureis tecta. Antherae albae. Habitat Leopoli in arenosis prope Przechowice et in monte arenoso prope Romanow copiose. Floret Augusto.

Trigynia.

CCI. TAMARIX. Linne.

513. *T. germanica* spicis terminalibus, foliis sessilibus lineari-lanceolatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 234.*

Sulfrutex caulis numerosis, adscendentibus, teretibus, striatis, ramosis, foliis imbricatis, carnosis, glaucis, parvis. Flores rosei. Ad Skawicæ ripam inter Wilczna et Sawoya: ad rivulorum ripas circa Lobowa et Krynica, Floret Julio—Septembri.

CC. SCRIBAEA. Fl. d. Wett.

514. *S. divaricata* Fl. d. Wett. Silene baccifera. WILLD. *Cucubalus bacciferus* olim Linneo et modo Cl. SAITAO,

Caulis scandens, ramis patentissimis, divaricatis. Folia petiolata, ovata. Flores albescentes. Calyces fructus amplissimi inflati. Baccae nigrae. Leopoli, Jaroslaviae in sepibus. Floret Julio, Augusto.

CXCIX. SILENE. Smith.

515. *S. gallica* floribus subspicatis, alternis, secundis, petalis indivisis, fructibus erectis. WILLD.

Petala coronata ad faucem, parva, rosea, adversa. In arvis. Floret Julio—Septembri.

516. *S. chlorantha* petalis bipartitis, laciniis linearibus, floribus paniculatis secundis cernuis, foliis radicalibus margine scabris, calycibus laevibus. B. WILLD. *Dillen. Hort. Eltham. 425. t. 316. f. 408.*

Planta praeter foliorum marginem glaberrima. Calyx cylindricus. Petala ad faucem denticulis binis parvis, supra stramineo-viridescencia, subtus virida, exsiccatione tota viridescunt. Capsula 5 dentata. In colle arenoso ad viam inter Stracz et Janow et in collibus lapidosis inter Janow et Lelechowka sat frequens. Floret Junio, Julio.

517. *S. nutans* petalis bipartitis, laciniis linearibus: floribus paniculatis secundis cernuis, foliis lanceolatis pubescentibus, (calycibus striatis) SMITH, WILLD. *Flor. Dan. t. 242.*

Flores albidus. Petala ad faucem coronata. Ne confundatur cum *S. infracta* Waldst. et Kit. adduco characteres, quibus distingui potest: differt planta hungarica statura minori, nuditate caulium, foliorum, pedunculorum et calycum, quae in *S. nutante* a villis subviscidis densis canescunt, defectu visciditatis inter ramos paniculae, et florescentia uno mense seriore. Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. p. 237. In collibus siccis. Floret Junio, Julio.

518. *S. Otites* petalis linearibus indivisis undulatis glabris, floribus dioicis, pedunculis glabris, caule paniculato. WILLD. sub Cucubalo. Flor. Dan. t. 518.

Folia subspathulata, scabra, subtrineria. Flores viridescentes, pallidi. Petala ad faucem nuda. In collibus glareosis sabulosis. Floret Julio.

519. *S. inflata* petalis bifidis subnudis, staminibus corolla longioribus, calycibus glabris reticulato-venosis, caule erecto. B. SMITH. Cucubalus Behen. WILLD. Flor. Dan. t. 914.

Folia ovato-lanceolata. Flores albi. Petala saepius destituta denticulis ad faucem. Stamina versus apicem purpurea. Styli post anthesin prodeuntes aequales, quandoque apicem versus incrassati. In pascuis, ad vias. Floret Junio — Septembri.

520. *S. maritima* (*littoralis* Pers) petalis bifidis coronatis, staminibus calyce breviori-

bus, floribus subpaniculatis cernuis; calycibus reticulato-venosis, caule decumbente. B. WILLD. Cucub. Behen. repens. Flor. Dan. t. 857.

Caules basi repentes, ex decumbenti-ascendentes, humiliores. Folia lineari-lanceolata, raro ovato-lanceolata; inferiora secunda. Flores albi, raro rosei aut macula purpurea ad faucem. Antherae saepe abortivae. Styli apice in crassati, 3—5. Leopoli ad pedem montis arenosi versus orientem in sabulosis. Cum petalis roseis in lapicidinis, supra hortum Illustr. D. Kortum.

521. *S. noctiflora* calycibus decemangularibus, dentibus tubum (sub)aequantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. WILLD.

Calyces viscidi. Dentes subulati. longiores quam in reliquis speciebus. Flores albi, carnei deveniunt. Petala coronata ad faucem de die involuta. In agris circa Zaleszczyki DF. Leopoli Cracoviaeque. Floret Julio, Augusto.

522. *S. Armeria* floribus fasciculatis, fastigiatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis integris. WILLD.

Folia glaucescentia, in caulis media parte cordato-oblonga. Calyces clavati, saepe rubri. Petala leviter emarginata, coronata ad faucem, intense rosea. In arvis prope Siedliszcze ad Bógum Circ. Chelm. Floret Junio — Septembri.

523. *S. alpestris* petalis quadridentatis, caule dichotomo, capsulis ovato-oblongis, foliis lineari-lanceolatis glabris erectis, pedunculis viscidis. PERS. *Syn. JACO. Austr. t. 96.*

Flores pauci, longe pedunculati, albi. Semina rufa, plana, margine fimbriato. Ad summas scaturigines montium carpathicorum. DIK.

CXCVIII. STELLARIA. Linne.

524. *S. nemorum*, foliis inferioribus cordatis petiolatis; superioribus ovato (-lanceolatis) sessilibus, panicula dichotoma. SMITH. *WILLD. Flor. Dan. t. 271.*

Caulis plerumque simplex, nunquam dichotomus. Calyces glabri, margine scarioso, albido, basi hirsuti. Flores albi. Capsula oblonga, calyce parum longior, sexdentata. Leopoli in sylva Krzywczyc: In vallis Oycow umbrosis. Floret Majo, Junio.

525. *S. media* foliis ovatis, caulibus proeumbentibus; linea laterali pilosa alternata. SMITH. *Alsine media. WILLD.*

Flores albi, stamina 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9, rarissime 10. In arvis et cultis ubique. Floret toto fere anno.

526. *S. Holostea* foliis lanceolatis serratis, petalis bifidis, calyce enervi. SMITH. *WILLD.*

Radix repens. Caules basi gracilissimi, decumbentes, dein erecti: quadranguli geniculati, foliosi, angulis superne scabris. Folia sessilia, lanceolata, acuminata, margine scabra, subrevoluta, acute carinata, glabra, glaucescentia. Panicula dichotoma, foliosa. Pedunculi longissimi, erecti, scabri. Flores formosi nivei. Calycis foliola lanceolata, omnino enervia, margine alba. Petala obcordata calyce multo majora. Smith. l. c. In nemorosis, sepibus. Floret Majo.

527. *S. graminea* foliis lineari-lanceolatis integerrimis, panicula terminali divaricata, calyce trinervi, petalis subaequali. SMITH. *WILLD.*

Planta glaberrima. Caulis pedalis et ultra ancipiti-tetragonus. Panicula amplissima, dichotoma. Petala ad basin usque bipartita, calyce quarta parte longiora, alba, laciniis lanceolatis. Antherae rubrae. Filamenta stylis et calyci aequalia. Capsula oblonga calyce longior. Variat foliis lanceolatis brevibus, panicula minori *Flor. Dan. t. 415* Habitat in sepibus,ATICETIS. β in pascuis arvis. Floret Junio, Julio.

528. *S. palustris*, foliis lineari-lanceolatis integerrimis glaucis, pedunculis erectis, calyce trinervi, petalis bipartitis brevioribus. SMITH. sub *St. glauca. WILLD.*

Flores albi magnitudine *St. Holostea*. In pratis humidis circa Bogdanowka Leopoli.

poli; prope Mogyla Cracoviae. Floret Junio, Julio.

529. *S. uliginosa* foliis elliptico-lanceolatis integerrimis apice (sub)callosis, floribus subpaniculatis lateralibus, petalis calyce brevioribus. SMITH. *S. Alsine* WILLD. *S. lateriflora*. KROCKER. *Fl. Sil. n. 673. t. 3* ***

Pedunculi laterales et rarius terminales, saepius trifidi, quorum laterales paniculato-triflori, tertius uniflorus; omnes divaricati, glabriusculi, sub flore incrassati. Capsula hexagona, oblonga, calyce parum longior, sexvalvis Smith. l. c. Flores albi parvi. Cracoviae ad pedem montis, in quo Monasterium P. P. Camadulensium situm, in fossa versus orientem sita; in simili loco ad marginem sylvulae Piaski Circ. Bochn. prope eandem urbem; Floret ad finem Maji, Junio.

CXCVII. ARENARIA. Linne.

530. *A. trinervis* foliis ovatis acutis petiolatis nervosis, calycibus carina scabris, corolla longioribus. B. WILLD. *Curtis fasc. 4. t. 31. Flor. Dan. t. 329.*

Folia margine saepe ciliata. Flores albi. In umbrosis sylvaticis. Floret Majo — Julio.

531. *A. serpyllifolia* foliis ovatis subacuminatis subsessilibus scabris, calycibus corol-

rolla longioribus. B. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 32. Flor. Dan. t. 977.*

Calycis foliola hirsuta, 3—5 nervia. Flores albi, petalis persistentibus. Caps. ovata, calyce longior, ore 6dentato. Sem. nigra, leviter granulata. In aridis, glareosis, ad muros. Floret Junio, Julio.

532. *A. graminifolia* glabra, foliis radicalibus subsetaceis, caulinis connatis linearibus margine scabris: caule stricto, panicula trichotoma, petalis obovatis, calycibus obtusissimis. B. SCHRAD. *Catal. hort. Gotting.*

Tota planta glaberrima. Radix fasciculata; tubera (?) fusiformia, calamum crassa, extus laevia, pallida, 3—5, adhaerent brevi rhizomati multicipiti. Folia radicalia tempore antheseos emarcida, 2—3 pollices longa, vix dimidiam lineam lata, canaliculata, carinata, margine scabra, conniventia; hinc scabra; basi dilatata purpurascens, ambiunt caules, qui fere pedales, stricti, simplices teretes, articulis sex constantes. Folia caulina articulos multo superantia, duos pollices longa, lineam lata, basi connata, apice subulato, canaliculata, extus trinervia, margine scabra, stricta. Panicula terminalis, trichotoma, ramis erectis, quorum infimi suffulciuntur bracteis lanceolato-subulatis, connatis, scariosis: reliquae bractee ovatae, mucronatae, carinatae. Pedunculorum medius nudus, laterales medio bibracteati. Calycis foliola sesquilineam longa, elliptica, concava, margine

membranacea, carinata, non viscida. Petala obovata, levissime emarginata, calyce triplo fere longiora, albida. Stamina alterna breviora, filamentis albis, antheris luteis. Styli clavati. Capsula ovata, obtusa, sexdentata, calyce longior. Maxime affinis videtur *A. cubaloides*. Hujus loci esse videtur *A. proce-
ra*, glabra, foliis linearibus subulatis, caule stricto subpaniculato, foliolis calycinis obtusiusculis, Sprengel. Ind. pl. hort. Halens. 1807. p. 14, si Pluken Phytogr. t. 7. f. 3. citatam omittere licet. In montibus carpathicis DZK.

533. *A. rubra* foliis linearibus mucronatis, stipulis scariosis vaginantibus, seminibus compressis angulatis scabriusculis. SMITH.

A. rubra campestris. WILLD.

Flores rubro-violacei. Capsula trivalvis, calyce tecta. In arvis, arenosis. Floret Julio, Augusto.

Pentagynia.

CCII. SEDUM. Linne.

* Planifolia.

534. *S. Telephium* foliis planiusculis ovatis serratis sparsis, corymbo folioso, caule erecto. PERS. Syn. WILLD. Flor. Dan. t. 686.

Flores flavescenti-albidi. In lapidosis, glareosis, dumetis. Floret Augusto, Septembri.

** Teretifolia.

535. *S. acre*. foliis alternis subovatis carnosis gibbis adnato-sessilibus, cyma trifida foliosa. SMITH. WILLD. Curt. fasc. 1. t. 32.

Flores aurei. Habitat in arenosis, muris, tectis. Floret Junio, Julio.

536. *S. sexangulare* foliis subternis, teretiusculis obtusis carnosis adnato-sessilibus patentibus, cyma trifida foliosa. SMITH. WILLD. Curt. fasc. 4. t. 33.

Folia duplici ordine digesta; hinc sexfariam imbricata apparent. In caule florente sparsa. Flores aurei. Cracoviae in saxosis inter Zwierzyniec et Bielany. In valle Oycow. In collibus lapidosis prope Rybaki. Floret Julio.

CCVII. OXALIS. Linne.

537. *O. Acetosella* scapo unifloro, foliis ternatis obcordatis pilosis, radice squamoso-articulata. SMITH. WILLD. Curt. Lond. fasc. 2. t. 31. Flor. Dan. t. 980.

Flores albi, rubro-striati. Variat corollis roseis, venis purpureis. In umbrosis sylvaticis. Varietatem in vallis Oycow monte altissimo sub rupibus. Floret Majo, Junio.

538. *O. stricta* caule erecto, ramoso, pedunculis umbelliferis, petiolis semiteretibus exstipulatis, foliis obcordatis emarginatis, corollis integris, stylis longitudine staminum in-

teriorum. PERS. Syn. WILLD. *Oxalis corniculata*. Flor. Dan. t. 873.

Radix repens. Flores parvilinei. Pedunculos non semper umbelliferos, sed 1—2 flores observavit Cl. Schultes. In herbidis umbrosis humidisve Cracoviae. Floret Junio—Augusto.

CCV. AGROSTEMMA. Linne.

539. *A. Githago* hirsuta, calyce corollam superante, petalis integris nudis. SMITH. WILLD. Curt. fasc. 3. t. 27. Flor. Dan. t. 576.

Caulis ramosissimus. Folia linearia. Calyx apice quinquephyllus. Petala rubra. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

CCVI. LYCHNIS. Linne.

540. *L. Flos cuculi*, petalis quadrifidis, fructu subrotundo uniloculari. SMITH. WILLD. Curt. fasc. 1. t. 33. Flor. Dan. t. 590.

Petala rosea, raro alba. In pratis humidiusculis frequentissima. Floret fine Maji, Junio.

541. *L. Viscaria* caule (sub) geniculis viscoso, petalis integris, capsula quinqueangulari. PERS. Syn. WILLD. Flor. Dan. t. 1032.

Flores carmesini. Variant colore albo. In pratis elatis, collibus, fruticetis. Floret Majo, Junio.

542. *L. diurna* floribus rubellis dioicis capsulis unilocularibus subrotundis, denti-

bus recurvis. HOFFM. *L. dioica* var. & WILLD. Curt. fasc. 2. t. 32.

Folia elliptico-lanceolata. In sylvia Kizywezyensis vallibus circa stagna et aliis humidis umbrosis locis Leopoli, sat rara. Cracoviae. P. Circa Duklam. E. C. Floret Junio — Augusto.

543. *L. vespertina* floribus albis dioicis, capsulis unilocularibus conicis, apicibus rectis. HOFFM. *L. dioica* β. WILLD. Flor. Dan. t. 792.

Folia ovato-lanceolata. In arvis et ad vias frequens. Floret tota aestate.

CCIV. CERASTIUM. Linne.

* *Capsulis oblongis.*

544. *C. vulgatum* hirsutum subdiffusum, foliis sublanceolatis: infimis linearibus; floribus subfasciculatis, corolla calycem subaequante PERS. Syn. WILLD. Curt. fasc. 2. t. 34. VAILL. bot. par. t. 30. f. 1.

Non viscida. Caules diffusi, basi procumbentes, oblique ascendentes, superne demum dichotomi, ramis divergentibus, caulis adultioris geniculis superioribus elongatis, hirsutiae ter scabra. Folia oblongo-lanceolata, obtusiuscula, margine subciliata, patentia. Flores albi, ab initio fasciculati. Pedunculi ex dichotomia caulis, longitudine calycum; fructuum quidquam longiores. Calycis foliola hirsuta, margine angusto scarioso. In solo a-

rigo caules fusco-purpurascentes. Cl. Smith appellat hoc ex auctoritate herbarii Linnaei *C. viscosum*; at nomen illud nostrum saltem nequaquam meretur. Vaillant tribuit ipsi stamina quinque. In arvis, ad vias, murisque. Floret a Majo in Septembrem usque.

515. *C. ovale* subviscoso-hirsutum, caule (erecto) basi ramosissimo, foliis caulinis ovalibus majoribus, floribus glomeratis. PERS. *Syn. C. vulgatum* SMITH. VAILL. *bot. par. t. 30. f. 3?*

Tota planta viscido-villosa. Caulis medius bi-sexpollicaris, erectus, geniculis paucis; laterales supra folia radicalia orti, breves, ab initio patentes. Folia radicalia obovata, versus basin attenuata vel spathulata; caulina elliptica. Flores subfasciculati. Pedunculi florum calycibus duplo fere longiores et dichotomia caulis. Rami caulis elongantur dein; semper tamen erecti. Calycis foliola margine tenui, membranaceo, albo, cincta. Petala calycem aequantia alba. Cracoviae in saxosis versus Bielany. Floret Majo.

546. *C. semidecandarum* parvulum caespitosum, caulibus subviscosis, foliis erecto (patentibus) ovato-oblongis, floribus subglomeratis pentandris, petalis emarginatis, calyces subaequantibus. PERS. *Syn.* WILLD. VAILL. *bot. par. t. 30. f. 2. non optima.*

Caules ex decumbenti-erecti et calyces glanduloso-pubescentes. Folia ovato-elliptica: radicalia sublinearia, subnuda: summa ovato-subrotunda, crassa, villosiuscula. Flores terminales conglomerati, bracteis margine scarioso, lato, albo obvallati. Pedunculi successive parum elongantur. Calycis foliola acuta, membrana alba, scariosa, apice elongata. Petala alba calycem vix aequantia. Stamina quinque. In collibus aridis, campisque sterilibus arenosis. Cracoviae. Circa Duklam. E. C. Floret Aprili, Majo.

547. *C. arvense* foliis lineari-lanceolatis; (inferioribus) obtusis (subpubescentibus) basi ciliatis, petalis calyce duplo longioribus. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 29. Flor. Dan. t. 626.* VAILL. *bot. par. t. 30. f. 4.*

Caulis superne viscidus. Flores speciosi nivei. In aggeribus, ad versuras, solo glareoso. Floret Majo, Junio, Jul.

548. *C. alpinum* foliis ovato-lanceolatis, panicula dichotoma pauciflora, capsulis oblongis incurvis. PERS. *Syn.* WILLD. *Flor. Dan. t. 6.*

Planta nostra valde pilosa, non viscida. Petala alba, obcordata, calyce longiora. Capsulae calyce duplo fere longiores. In latere septentrionali montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

549. *C. sylvaticum* diffusum, repens, foliis inferioribus ovatis, reliquis ovato-lanceolatis; corollis, capsulisque calyce longioribus. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 100. t. 97.*

Undique pubescens, pilis patentissimis. Caules diffusi, superne dichotomi. Folia marginata et costa longius ciliata. Flores albi. Capsula oblonga. Leopoli in sylva Krzywczycensi. Floret Julio, Augusto.

550. *C. manticum* glabrum, caule suberecto, foliis lineari-lanceolatis, pedunculis elongatis, petalis submarginatis, capsula oblonga calyce breviora. B. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. p. 99. t. 96.*

Radix fibrosa, exigua. Caulis vix pedalis, laxus, se in situ erecto sustentandi impar; teres, geniculatus, ad genicula nodosus, subcompressus, ramosus. Folia glaucescentia, linearia, acuta, basi parum connata, carinata, plana, enervia, nec striata, patentia, articulis caulibus multo breviora: ramea lanceolata, acuta, dimidio breviora. Panicula terminalis, dichotoma, divergens, interjectis pedunculis sesquiuncialibus; reliqui pedunculi dimidio breviores. Bractea ad singulam divisionem geminae, ovato-lanceolatae, basi connatae, dorso virides, lateribus albido-membranaceae. Calycis foliola oblongo-lanceolata, dorso leviter carinata, striata, uninervia, lateribus membranacea,

albida. Petala oblonga, calyces aequantia (una tertia illos excedentia Waldst. et Kit) integra, aut leviter emarginata, nivea. Stamina decem; alterna parum breviora petala subaequantia. Filamenta filiformia nuda. Antherae flavae. Germen ovato-subrotundum. Stigmata quinque, apice revoluta stamina aequantia. Florum seriorum rameorum petala calyce multo breviora et stamina brevissima. Cracoviae in ruderatis unica vice vidi. Floret Junio.

** *Capsulis subrotundis.*

551. *C. aquaticum* foliis (sub)cordatis sessilibus, pedunculis lateralibus solitariis: fructiferis reflexis: capsula ovata, ore quinque-dentato. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 134.*

Caules debiles, ramosi. Folia ad caulis divisiones ovata, acuminata; stolonum ovata, petiolata. Calyces glanduloso-hirsuti, longiores. Flores albi, antheris caerulescentibus, glandula ad basin staminum petalis alternorum. Capsula subrotundo-ovata.

In aggeribus, fossis, sepiusque humidis Floret Julio, Augusto.

CCIII. SPERGULA. Linne.

552. *S. arvensis* foliis verticillatis, pedunculis fructiferis reflexis, seminibus reniformibus. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 31. Flor. Dan. t. 1033.*

Caulis patentes, modo glabri, modo cum aliis partibus glanduloso-pubescentes. Folia subulato-linearita, subinde pilosiuscula. Pedunculi et calycis foliola obtusa, concava, margine lato scarioso, pubescentia, viscida. Petala alba. Semina reniformia, gibbosa, marginata, nequaquam late alata; demum tuberculato-scabra. In arvis, Floret Junio — Augusto.

553. *S. glandulosa*, pubescenti-glandulosa, foliis oppositis subulatis, caulibus superne ramosis, axillis fasciculiferis, petalis ellipticis calycis foliolis obtusis duplo longioribus. Nobis.

Caespitosa. Caules patenti-erectiusculi, teretes, articulati, geniculis nodosis, superius ramosi, ramis solitariis et oppositis caule semper brevioribus, undique pilis brevibus patentissimis, apice glandulosis, adpersi, 3-5 pollicares. Folia opposita, lineari-subulata, supra planiuscula, subtus convexa, dorso et adoras glanduloso-ciliata; infima pollicaria; caulina inferiora membrana tenui basi connata. In axillis foliorum superiorum et ramorum fasciculi foliorum vix duas lineas longi, folia subaequant. Pedunculi in ramis et caulibus terminales, solitarii uniflori, ad summum semipollicares, erectiusculi. Calycis patentis foliola elliptica, concava, enervia, margine albido membranaceo, dorso pilis glandulosis adpersa. Petala elliptica, obtusa, calyce plus duplo longiora, paten-

tia. Stamina calyce longiora. Germen ovatum. Stigmata versus apicem incrassata, stamina aequantia. Capsula ovata calycem excedit. — Pubescentia aetate imminuitur. Habitu simillima *S. nodosae*, a qua tamen pubescentia glandulosa et petalis obtusis ellipticis aliisque differt. A. *S. laricina* Gmel. quam quidem non vidi, axillis foliorum inferiorum fasciculiferis, pedunculis brevioribus, floribusque minoribus secundum ipsius descriptionem; a *S. laricina* Wulf. pro qua diu habui, caulibus ramosis, nec dichotomis, pedunculis brevibus terminalibus erectiusculis, nunquam pendulis, calycibusque obtusis; et a *S. subulata* pedunculis brevibus, petalis calyce multo majoribus et pubescentia glandulosa? distinguenda. In collibus pascuisque humidiusculis. Leopoli in latere orientali et septentrionali collium extra montem arenosum sitorum. Floret Julio, Augusto.

D O D E C A N D R I A.

M o n o g y n i a.

CCVIII. ASARUM. Cal. trifidus germi-
ni insidens. Cor. nulla. Caps. coriacea (sex-
locularis) coronata. WILLD.

CCIX. PORTULACA. Cor. quinquepe-
tala. Cal. bifidus. Caps. unilocularis circum-
scissa. WILLD.

CCX. LYTHRUM Cal. (6-) 12 dentatus.

Pet. 6. calyci inserta. Caps. bilocularis, polysperma. WILLD.

Digynia

CCXI. AGRIMONIA. Cal. quinquedentatus calyculatus. Pet. quinque calyci inserta. Sem. duo in fundo calycis. SMITH.

Trigynia

CCXII. RESEDA. Cal. monophyllus, partitus. Pet. laciniata. Caps. ore hians, unilocularis, polysperma. SMITH.

CCXIII. EUPHORBIA Cal. monophyllus ventricosus inferus. Nectaria quatuor, quinque calyci insidentia. Caps. pedicellata, tricocca. (Flores saepe polygami abortu germinis.) SMITH.

Hexagynia.

* *Sempervivum hirtum.*

Dodecagynia.

CCXIV. SEMPERVIVUM. Cal. inferus 12 partitus. Pet. 12. Caps. 12, polyspermae WILLD.

Polygynia

* *Myosurus minimus.* Ex Polyandria plures species staminibus paucioribus quam 20.

DODECANDRIA

Monogynia

CCVIII. ASARUM Tournefort.

554 *A. europaeum* foliis reniformibus obtusis binis. WILLD. *Flor. Dan. t. 633.*

Radix repens. Caules breves procumbentes, bifolii, uniflori. Flos atro-purpureus pedunculatus. In nemorosis, sylvaticis. Floret Aprili, Majo.

CCIX PORTULACA Tournefort.

555 *P. Oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. WILLD.

Planta succulenta. Caules palmares, decumbentes, ramosi. Folia carnosa. Flores terminales, congesti, flavi. Variat numero staminum a 6 ad 15 et stylis ab 1 ad 5. In rudertis, cultis, glaucosis. Floret aestate.

CCX. LYTHRUM Linne.

556 *L. Salicaria* foliis oppositis (ternisve) cordato-lanceolatis, floribus spicatis dodecandris. WILLD. *Flor. Dan. t. 71.*

Planta pubescens. Bractee ovato-lanceolatae. Flores purpurei. In humidis, salicetis, ad fossas. Floret Junio, Julio.

557 *L. virgatum* foliis oppositis, panicula virgata, pedunculis subtrifidis, floribus dodecandris. WILLD. JACQ. *Austr. t. 7.*

Planta glaberrima. Bractee floribus purpureis longiores. In montibus carpathicis. DZK.

558. *L. hyssopifolium* foliis alternis linearibus, (calycibus sexdentatis), floribus hexandris. (*L. Hyssopifolia*) WILLD. JACQ. *Austr.* t. 133.

Caulis simplices. Flores rubri. In collibus arenosis humidiusculis inter Wisznica et Mirowana Lipnica. Floret Septembri, Octobri. Folia in planta culta fere elliptica. Calyces nunc 4 — 5 dentati. Corolla 4 — 6 petala. Antherae saepius 4. Schultes.

Digynia.

CCXI. AGRIMONIA. Linne.

559. *A. Eupatoria* foliis caulinis interrupte pinnatis, foliolis majoribus obovatis acutis, fructibus ochinato-hispidis. B. WILLD. *Flor. Dan.* t. 588.

Planta pilosa. Caulis simplicissimus. Folia sublyrata stipulata. Foliola majora intercedunt minima integerrima, trifidaque. Spicifera terminalis. Petala lutea, calyce duplo longiora. In pratis, ad vias, sepes. Floret Julio, Augusto.

Trigynia.

CCXII. RESEDA. Linne.

560. *R. lutea* foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis, calyce trifido, SMITH. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 353.

Caulis ramosi, erecti. Foliorum laciniae lineares, obtusae, undulatae, decurrentes.

Racemus terminalis. Flores flavescentes. Caps. triangularis oblonga. Circa Zaleszczyki. DF. Circa arcem Cracoviae. Floret Junio, Julio.

CCXIII. EUPHORBIA. Linne.

561. *E. exigua*, umbella (sub)trifida: dichotoma, involuclis lanceolatis, foliis linearibus. WILLD.

Herba vix triuncialis; altitudine tamen variat. Caulis plures ex eadem radice. Umbella 3 — 4 fida. Nectaria lunata, flava. Fructus laevis. In arvis montium carpathicorum prope Muszinka, haud procul a Tifchez Circ. Sandecensis. Floret Aug. — Octobri.

562. *E. carniolica* umbella quinquefida: bifida, radiis nutantibus, involuclis ovatis integerrimis, foliis elliptico-lanceolatis petiolatis integerrimis, capsulis glabris verrucosis, B. WILLD. JACQ. *Austr. App.* t. 14.

Radix nodosa. Caulis, petioli, duas circiter lineas longi, folia subtus, involucre et calyces pilis raris adpersi. Foliorum margo saepe ruber, transparent. Nectaria subelliptica, flava. In montibus carpathicis. DF. Floret Junio.

563. *E. dulcis* umbella quinquefida, bifida, involuclis subovatis denticulatis, foliis lanceolatis obtusis apice denticulatis, capsulis

verrucosis, (junioribus) pilosis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 213.*

Radix tuberosa, tuberibus ovatis: Folia oblonga, obtusa, subtus pilosa. Involucra foliis similia. Radii parum nutant. Nectaria subrotunda, ab initio lutea, dein pulchre sanguinea. Germen albo-villosum, verrucosum. Capsulae demum denudatae, verrucis conicis obsessae. In sylvaticis prope Krynica. Floret Aprili, Majo.

564. *E. angulata* umbella tri-quinquefida: bifida, involucellis rhombeo-ovatis, foliisque obovato-ellipticis sessilibus denticulatis, capsulis glabris verrucosis, caule angulato. B. WILLD. JACQ. *Icon. t. 481.*

Radix repens cum tuberibus globosis, conglobatis. Caules inferne teretes, adscendentes. Folia nuda. Flores intermedii nectariis quinque, steriles. Nectaria elliptica. Leopoli in fruticeto sita inter viam ad steinernen Wirthshaus et Winniki. Extra Bogdanowka. In collibus sylvae versus orientem stagni Janoviensis. Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae in fruticosis supra Zwierzyniec. In sylva prope Bronowice. Floret Majo, Junio.

565. *E. segetalis* umbella quinquefida: dichotoma, involucellis cordatis acutis; foliis lineari-lanceolatis (mucronatis), superioribus

lterioribus; seminibus reticulato-rugosis. PERS. *Syn.* WILLD. JACQ. *Austr. t. 450.*

Glaberrima. Caules stricti. Involucra foliis latiora et breviora. Involucella latissime cordata. Nectaria acute lunata, flava. Circa Zaleszczyki DF. Caulem maculatum vidit Cl. Schultes.

566. *E. Helioscopia*, umbella quinquefida: trifida, dichotoma, involucellis ovatis, foliis cuneiformibus serratis glabris, capsulis laevibus. WILLD.

Caulis basi ramosus, pilis patulis adspersus. Involucra quoque obovata, radios nondum divisos aequantia. Radii saepius bis trifidi. Umbellae flavescens. Nectaria elliptica virida. In cultis; ad vias. Floret Julio, Augusto.

567. *E. sylvatica*, umbella quinquefida, bifida, involucel. subrotundis perfoliatis, foliis lanceolato-oblongis subtus cauleque pubescentibus. PERS. JACQ. *Austr. t. 375.* *E. amygdaloides.* WILLD.

Caules crassi, suffruticosi, purpurascens, apice foliosi: floriferi ab initio penduli, dein erecti. Folia fere sempervirentia, firma, juniora subtus purpurascens, obovato-lanceolata, pilosiuscula. Involucra ovata. Nectaria lunata; juniora virida, dein flava, acuminata, et hinc inde erosa. In montibus carpathicis versus Krynica Circ. Sandec. circa

Uszkowice Circ. Brzezan. In sylvis circa Cracoviam. Floret Aprili, Majo.

568. *E. villosa*. Umbella quinque-septem-fida : trifida : bifida, involucellis ellipticis serrulatis, nectaribus integris, foliis lato-lanceolatis serrulatis subtus villosiusculis, capsulis laevibus. B WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 96. t. 93.* WILLD?

Radix lignosa, digitum crassa, romosa, extus fusca, caespitose crescens. Caulis bipedalis, erectus, teres, pubescenti-villosus; denudatur, dum capsulae maturescunt, dense foliosus, lac blandum fundens. Folia 2 circiter pollices longa et dimidium lata, erecta, lanceolata, obtusa, versus basin parum attenuata, sessilia, acute serrulata exceptis infimis, subtus villosiuscula, densissime ad insertionem eorum. Involucra sunt foliis breviora et obtusiora. Radii umbellae 5-7 habet: ob ramos autem umbellae saepius subjectos floriferos, ab initio antheseos multifida apparet: dein caulis adhuc magis elongatur. In centro umbellae est flos pedunculatus primarius. Calyx turbinatus extus laevis, interne sericeus. Inter stamina paleae obcordatae, basi attenuatae, apice tomentosae. Filamenta linearia, articulata. Antherae didymae. Germen abortivum, non in conspectum prodiens. Nectaria quinque transversa, elliptica, lutea. Radii primae divisionis sicut et pedunculi sub umbella prodeuntes habent involuella tria, inaequalia, elliptica, obtusa, an-

tice tenuissime serrulata. Et hic flos masculus pedunculatus medium occupat. Ad secundam et tertiam divisionem involuella bina, prioribus similia, minora. Flores in his occurrentes fere sessiles, hermaphroditi, nectaribus quatuor. Germen subrotundum, trigonum, glabrum, laeveque. In medio suturarum porus lac fundens puncto albo eminente, a lacte indurato, apprensus. Stylus unicus, trifidus. Stigmata sex, parum incrassata, reflexa. Pedicellus germinis terminatur calyce trifido minimo, laciniis obtusis, post dehiscentiam capsulae perstans. Dum capsulae maturescunt, uti germina, lacres et glabrae sunt et erectae. Calyx turbinatus tunc secedit a pedunculo, ibi relinquens discum parvum cum paleis et reliquiis staminum. Semina oblonga, cinereo-brunea. Rami ex alis foliorum inferiorum steriles modo ascendunt ad umbellae altitudinem; modo majorem, folia reliquis minora gerentes. Occurrit Leopoli in pratis humidis infra Krzywczyce et versus Kamienopolim et in fruticeto inter Sknielow et Nawaria. Prope Szklo. Prope Zaleszczyki D.K. Cracoviae ad Vistulam supra Zwierzyniec et extra Rybaki ad margines agrorum humidorum. Floret Majo, Junio.

569. *E. salicifolia*, umbella multifida, dichotoma, involucellis reniformi-cordatis, foliis lanceolatis villosis, (nectariis bicornibus, capsulis scabriusculis) Host. *Syn.* WILLD. WALDST. et KIT. *I. p. 55. t. 55.*

Caules erecti, 1 — 2 pedales, simplices, si exceperis pedunculos infra umbellam e foliorum summorum, involucri phyllis similium, axillis ortos. Folia subsessilia, lato lanceola, margine revoluto, mollia, utrinque villosa. Umbella multifida, involucri polyphylli foliolis ovatis, brevibus, flavicantibus. Involucella bina ad quamlibet divisionem, latissima. Nectaria bicornia. In floribus primariis quina, luteo-virida. Germen uti et capsula, versus angulos punctis elevatis scabrum. Circa Zaleszczyki DF.

570. *E. platyphyllus* umbella subquinquefida: trifida, dichotoma, involucellis ovato-rhombeis carina pilosis, foliis serrulatis, (semiamplexicaulibus), capsulis verrucosis.

SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 367.*

Radix fibrosa, annua. Folia obovato-lanceolata basin versus angustata, semiamplexicaulia, subcordata, subtus saepe pilosa, involucri foliis similia, carina plerumque pilis raris adspersa. Umbella tri-quinquefida. Ad primam divisionem involucella ternaria. Nectaria integra flava. Capsulae parum verrucosae. In arvis, ad vias, in pagis humidiusculis. Floret Julio, Augusto.

571. *E. Esula*. umbella multifida: bifida: involucellis subcordatis, nectariis bicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus. SMITH.

Radix lignosa. Caules pedales, et ultra. Folia lanceolata, obtusa, mucronata. Um-

bella 6 — 8 fida, flavescens. Ex alis foliorum rami floriferi. Nectaria fulva, dein fusca. Involucri variant forma. Modo sunt foliis similia, breviora tamen, paululumque latiora, modo late ovata. Fructus laevis. — Variat umbella quinquefida et tunc facile pro *E. segetali* declaratur: at characteribus superioribus allatis error iste evitari potest. Circa Zaleszczyki DF. Leopoli in arvis inter Krzywoczyce et Laszki sitis. Jaroslaviae ad fluvium San. Cracoviae ubique ad sepes, aggeres, in pascuis arvisque. Floret Junio, Julio.

572. *E. Cyparissias* umbella multifida: dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis, caulinis (lineari-) lanceolatis. WILLD.

Caules et radix ut in praecedente, humiliores tantum. Folia fere linearia, acutiuscula, ramea angustissima. Involucri foliis simillima. Umbellae 8 — 15 fidae. Involucella flavescens, dum maturescunt capsulae, supra ruberrima. Folia tunc patentissima, arcuatim adscendentia. Nectaria fulva, bicornia. Capsulae laeves. In arenosis, arvis, ad vias. Floret Majo, — Julio.

β *E. degener* umbellam gerit quinquefidam: bifidam: ramis superioribus floriferis, inferioribus sterilibus. In floriferis exemplaribus folia lineari-lanceolata, superiora latiora; in sterilibus folia elliptica. Styli breves crassi, germen, calyx, involucella undique et folia subtus Accidio Euphorbiae, scutella

parva, crocea, albo marginata referente, adspersa. In plantis sterilibus occurrunt in apice caulis rosulae purpurascens, foliaceae, floribus Calycanthi floridi nondum apertis non dissimiles.

Dodecagynia.

CCXIV. SEMPERVIVUM. Linne.

573. *S. tectorum*, foliis ciliatis, propaginibus patulis, floribus dodecandris dodecagyniis, nectariis cuneiformibus carunculatis, PERS. Syn. WILLD. Flor. Dan. t. 601.

Folia carnosae lanceolata. Caulis superne racemoso-corymbosus. Flores flavescens. Super scopulas vallis Oycow rarius. Floret Julio. —

574. *S. hirtum* foliis (ciliatis, propaginibus globosis), caule petalorumque apicibus hirtis. WILLD. JACO. Austr. t. 12.

Nomen *S. globiferi* majori cum jure huic ac sic denominatae speciei convenit, nam in hac semper copiosi propagines globosi videntur, qui ibidem nec ita copiosi sunt, nec semper clausi reperiuntur; hinc varietas hujus foliis denudatis margine solum ciliatis saepissime pro *S. globifero* habetur. Petala sex flavescens. Stamina duodecim. Pistilla sex. In collibus apricis saxosis extra Rybaki, inter Przegorzaly et Bielany Cracoviae. In valle Oycow. Floret Julio, Augusto.

575. *S. montanum* foliis integerrimis pu-

bescentibus, propaginibus patulis nudis. L.

JACO. Austr. App. t. 41.

Folia non marginata, solum parum compressa, undique pubescentia. Flores pulchre rubri. In summitate montis Babia Góra.

I C O S A N D R I A .

Monogynia.

CCXV. PRUNUS. Cal. quinquefidus inferus. Pet. quinque. Drupae nux suturis prominulis. WILLD.

* *Mespilus Oxyacantha*, monogyna.

Digynia.

CCXVI. MESPILUS. Cal. superus, quinquefidus. Pet. quinque. Drupa (Pyrenium) nucibus (osseis) duabus ad quinque, dispermis. SMITH.

CCXVII. WALDSTEINIA. Cal. decemfidus, laciniis alternis minoribus. Pet. quinque. Sem. duo obovata. WILLD.

Trigynia.

* *Mespilus Oxyacantha*, *Cotoneaster*. *Pyrus Aucuparia*, *Waldsteinia*.

Tetragynia.

* *Pyrus Aucuparia*, *Mespilus Cotoneaster*. Grimm.

Pentagynia.

CCXVIII. PYRUS. Cal. quinquefidus,

Pet. quinque. Pomum inferum bi-quinque-
loculare, loculis (cartilagineis) dispermis,
SMITH. *)

*) Circa genera *Crataegus*, *Sorbus*,
Mespilus et *Pyrus* Botanici cele-
berrimi valdopere dissentiunt. Cl. Will-
denowius a Linneo in editione Sp.
pl. minime recedit, servavit omnia ejus
genera immutata, sequentibus verbis de-
scripta: *Crataegum* Cal. 5fido. Pet. 5.
Bacc. infera 2 disperma: *Sorbum* Cal.
5fido. Pet. 5. Bacc. infera 3 sperma: *Me-
spilum* Cal. 5fido. Pet. 5. Bacca infera 5
sperma; et *Pyrum* Cal. 5fido. Pet. 5. Po-
mo infero 5 loculari polyspermo. Species
tantum nonnullas ex uno in alterum trans-
locavit; sic *Crataegum terminalis* et *A-
rium*, *Sorbum domesticum* ob fructus
structuram analogam *Pyro* inseruit, ob
eandem causam et *Mespilos* nonnullos
Linnei sub hocce genere habet. Cl.
Smith, quocum magna ex parte Cl.
Schmidt Prof. Bot. in Academia The-
resiana, Dendrologus sane maximus, con-
sentit, *Crataegum* L. cum *Mespilo* ejus-
dem conjungit; *Sorbum*que illius *Pyro* in-
serit. Cl. Persoon in Synopsi planta-
rum ab omnibus recedit: genera illa om-
nia retinet, imo novum adhuc addit, *A-
roniam* nempe. Sub *Crataego* (Cal.
5fido

CCXIX. SPIRAEA. Cal. quinquefidus.
Pet. quinque. Caps. superae, bivalves, po-
lyspermae. SMITH.

5fido. Pet. 5. Drupa (*Pyrenio*) infera, 2
— 5 sperma, farinosa. Sem. (osseis) enu-
merat omnes species Willdenowii et se-
riores et *Mespilos* nonnullos, calycibus
obtusis donatos. *Sorbo* (Cal. 5fido. Pet.
5. Stylis 2 — 3. Pomum-Bacca (*Antro*) in-
fera 2 — 3 sperma, seminibus cartilagi-
neis) in ordinem „*Digynia*“ colloca-
to praeter species Linneanas associat
Crataegum Arium et *terminalem* pomis
5locularibus 5 spermis. *Mespilum*
semitis paucissimis speciebus servat Lin-
nei (Cal. 5fido, laciniis ut plurimum fo-
liaceis serratis. Pet. 5. Drupa (*Pyrenio*)
infera, 5 sperma, seminibus): ergo *M.
Cotoneaster* et *tomentosa* non differunt a
Crataego, nisi drupis non farinosis: cum
autem non omnes fructus *Crataegorum*
sint farinosi et adductorum *Mespilorum*
fructus neque valde carnosi, nec succu-
lenti; hinc constantes non dantur limites
inter utrumque genus. Cr. Azarolus me-
dium inter *Pyrum* et *Crataegum* tenet;
folia enim et habitus *Crataegi*, fructus
autem *Pyri* testante Scopoli. Habitus
Crataegi Oxyacantiae omnino alius ac
Mespili Cotoneastri; at in familia, ubi es-

* *Mespilus Cotoneaster* Scopoli.

Polygynia.

CCXX. ROSA. Cal. urceolatus, (germen inferum mentiens) quinquefidus, carnosus,

sentiales characteres unice in fructu latent, ob habitum in paucis solum speciebus evidentur proprium non possumus statuere genus.

Aroniae (Cal. 5dentato. Pet. 5. Pomum-Bacca 5 — 10 loculare loculis 1 — 2 spermis, seminibus cartilagineis) *Pyros* Willd. plures, quondam *Mespilos*. L. *Mespilum* Willd. unam et *Crataegos* nonnullos Lamarkii inserit. *Pyrus* (Cal. 5fido. Pet. 5. Pomo carnosus magno, infero, 5 loculari, polyspermo) Linneanas solum includit species exceptis *Cydoniis*, qui calycem foliaceum serratum cum *Mesp. axillari* (*Crataego parvifolia* Ait.) communem habent. Calyces in *Aroniae* pluribus speciebus aequè 5fidus vidi ac in *Pyro* et *Sorbo*. *Sorbi Aucupariae* fructus, nec non *Crataegi Ariae* L. *austrinae* et *alpinae* aliarumque semina recondunt loculis cartilagineis, modo mono-modo dispermis. *S. domesticae* fructus excedunt, magnitudine poma *Pyri Pollveriae* et aliarum. Cum essentialia characteres, quibus reliquis frutificationis partibus distingui va-

collo coarctatus. Pet. quinque. Semina plurima, hispida, calycis lateri interiori affixa. WILLD.

CCXXI. RUBUS. Cal. quinquefidus. Pet. quinque. Bacca composita, acinis monospermis. WILLD.

CCXXII. TORMENTILLA. Cal. octofidus. Pet. quatuor. Sem. subrotunda nuda, rugosa, receptaculo parvo exsucco affixa. SMITH.

CCXXIII. FRAGARIA. Cal. decemfidus. Pet. quinque. Recept. seminum ovatum, baccaatum deciduum. WILLD.

CCXXIV. POTENTILLA. Cal. decemfidus. Pet. quinque, sem. subrotunda nuda, saepius rugosa, receptaculo parvo exsucco, affixa, SMITH.

CCXXV. GEUM. Cal. quinquefidus. Pet. quinque. Sem. arista geniculata. Receptaculum columnare. SMITH.

O 2

lerent, non vidi; Cl. Smithium secutus sum.

Conjungendae sunt in duo genera uti et alii monuerunt, sed pro diversitate formae et magnitudinis foliorum, inflorescentiae et fructuum id subdividi debet.

CCXXVI. COMARUM. Cal. decemfidus.
Pet. quinque calyce minora. Recept. semi-
num ovatum spongiosum, villosum persi-
stens. Sem. laevia. SMITH.

* *Spiraea Filipendula, Ulmaria.*

ICOSANDRIA.

Monogynia.

CCXVI. PRUNUS. Linne.

576. *P. Padus* floribus racemosis, race-
mis pendulis, foliis deciduis basi subtus bi-
glandulosis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan.*
t. 205.

Arbor 2—3 orgyiarum. Rami teretes,
laeves. Folia obovato-elliptica, acuminata.
Flores albi, graveolentes. Fructus nigri. —
Racemi in arboribus majoribus solum pendu-
li, in junioribus et fruticibus erecti aut pa-
tentes. In nemorosis, sepibus. Floret Majo,
Junio.

577. *P. avium*, umbellis sessilibus, fo-
liis ovato-lanceolatis subtus pubescentibus
conduplicatis. WILLD.

Arbor 2—3 orgyiarum. Rami teretes, ci-
neri. Flores albi. Fructus dulces, rubri.
Hinc inde in nemorosis, sylvaticis sepibus-
que. Floret Majo.

578. *P. insiticia* pedunculis geminis, fo-

liis ovatis subtus villosis convolutis, ramis
spinescentibus. WILLD.

Arbor mediocris, Pedunculi gemini, terni
quaternique. Flores albi. Fructus subrotundi,
majores quam in sequente; illis tamen et
colore et forma simillimi. In sepibus et ad
Pagos Cracoviae. P. Floret Aprili, Majo.

579. *P. spinosa* pedunculis solitariis, fo-
liis (obovato-) lanceolatis glabris, ramis spi-
nosus. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 926.*

Frutex. Rami divergentes, spinosi. Fo-
lia juniora pubescentia. Flores albi. Dru-
pa nigra austera, subrotunda.

In sepibus, fruticetis. Floret Majo, A-
prili.

Digynia.

CCXVI. MESPILUS. *) Tournefort.

580. *M. Cotoneaster* inermis, foliis ova-
tis integerrimis acutiusculis subtus tomento-
sis, germinibus glabris, baccis ellipticis bi-
trispermis. PERS. *Syn.*

Frutex 2—4 pedalis, patulus. Flores pe-
dunculati, nutantes, axillares, albo-carnei. Sty-

* Genus in huncce ordinem retuli, cum
nulla nostratium species pentagyna sit.
Eodem jure in ordine sequente locum oc-
cupare posset.

li duo-tres. Drupa parva, elliptico-globosa, rubra, livescens. In rupibus Cracoviae inter Przegorzaly et Bielany, vallisue Oycow. Floret Majo,

581. *M. Oxyacantha* foliis apice subtrifidis serratis glabris, lobis conniventibus. B. *Crataegus Oxyacantha*. WILLD. JACQ. *Austr. t. 292. f. 2.*

Frutex ramis spinosis. Folia fere elliptica. Flores corymbosi albi. Variat stylis 1—3. Drupae rubrae dispermae. Cracoviae in collibus inter Zwierzyniec et Bielany; in valle Oyców. Floret Majo, Junio.

582. *M. monogyna* foliis subquinquefidis serratis glabris, lobis divergentibus, floribus monogynis. B. *Crataegus monogyna*. WILLD. JACQ. *Austr. t. 292. f. 1.*

Frutex simillimus praecedenti, heterophyllus: folia enim modo formam fere rhombeam habent; in sterilibus e contra ramis basi subcordata sunt, 5—6loba, folia Betulae albae quodammodo referentia. Inflorescentia et flores, ut in praecedente, nisi quod stylus unicus. Drupa monosperma. Pubescentia est character hic valde inconstans. Leopoli frequens. Cracoviae cum praecedente, ut rarior.

CCXVII. WALDSTEINIA. WILLD.

583. *W. geoides*. WILLD. WALDST. et KIT. *Fl. rar. Hung. I. p. 79. t. 77.*

Folia (longe) radicalia petiolata, quinqueloba, nervoso-venosa, subpilosa, lobis obtusiusculis, obsolete trilobis, dentatis. Caulis ascendens, foliorum longitudine, teres, striatus, pilosiusculus. Folium caulinum unum alteramve, minus trilobum inciso-dentatum. Stipulae oblongae, acutae (subdentatae). Pedunculi terminales, 2—3, longi, filiformes. Flores flavi. Planta Geo affinis. Willd. sp. pl. — Pistylla tria in planta culta plerumque vidit D. Schott.

Variat foliorum lobis dentibusque acutis. Prope Jaslowice ad Strippam, DZK. Varietas prope Zaleszczyki in sylva ad Czow. DF.

Pentagynia.

CCXVIII. PYRUS. Linne.

584. *P. Pyraëster*, foliis (simplicibus) ovatis serratis, pedunculis, corymbosis. WILLD.

Arbor alta, ramis erectis, ramulis dependentibus. Folia elliptico-ovata; juniora subtus et margine tomentosa. Flores nivei. Fructus sphaerico-turbinatus austerus, In nemorosis, ad vias. Floret Majo.

585. *P. Malus sylvestris* umbellis sessilibus, foliis simplicibus ovato-oblongis acuminatis serratis. WILLD.

Arbor mediocris. Rami horizontaliter magis expansi. Pedunculi et germina tomentosa. Flores albi extus rosei. Pomum subtundum, basi umbilicatum. Cum priori habitat et floret.

586. *P. Aucuparia* (foliis pinnatis) foliis aequalibus serratis glabriusculis, floribus corymbosis subtrigynis. SMITH. *Sorbus Aucuparia*. WILLD. *Flor. Dan.* t. 1034.

Arbos mediocris. Folia juniora villosa. Foliola imparia, sessilia, ovato-oblonga, serrata, serraturis parvis, incumbentibus, serrata, subtus glaucescentia. Stipulae falcatae, exus serratae. Corymbi florum albidum in ramis terminales. Styli tres, quatuor. Pomum 3—4 loculare magnitudine pisi majoris, loculis cartilagineis potissimum dispersis: quandoque abortit unum. In nemorosis, sylvaticis. Floret Majo, Junio.

CCXIX. SPIRAEA. Linne.

587. *Sp. Aruncus* (caule herbaceo) foliis supradecompositis: spicis paniculatis, floribus dioicis. WILLD.

Caulis simplex, herbaceus, tri-quinquepedalis. Foliola ovata, longe acuminata, duplicato-serrata, glabra. Panicula terminalis, subnuda, pedalis; (foeminea minor). Spiculae lineares, divaricatae, albae. Styli 3—6 et totidem capsulae. Inter frutices, in collibus, apricis et ad margines sylvarum. Floret Junio, Julio.

588. *Sp. Filipendula* foliis interrupte pinnatis, foliolis uniformibus serratis glabris, caule herbaceo; floribus (corymboso-)cymosis. SMITH, WILLD. *Flor. Dan.* t. 635.

Radix filipendula. Foliola majora intercedunt minima, integra palmataque. Flores albi, extus ante anthesin sanguinei, saepius polygyni. In pratis siccis, collibusque apricis. Floret Julio.

589. *Sp. Ulmaria* foliis interrupte pinnatis, subtus tomentosis: impari majori lobato, floribus (corymboso-)cymosis polygynis. SMITH, WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 33. Flor. Dan.* t. 547.

Folia subtus cana, biserrata: foliola lateralia ovata, acuta. Flores albi. Styli 6—8. In pratis et fruticetis humidis. Floret Junio, Julio.

Polygynia.

CCXX. ROSA. Tournefort

Fructibus subglobosis *)

590. *R. cinnamomea* calycis tubis subglobosis pedunculisque glabris, aculeis stipula-

*) Hic Cl. Smithium secutus sum. Cl. Willdenow ponit calycis tubos globosos aut ovatos, quorum forma non raro, ab illa fructus recedit. Subdivisio a simplicibus aut pinnatis laciniis calycis desumpta Cl. Vestii optima foret, nisi nonnullae species in hoc caractere inconstantes forent. Lacinias integras habent *R. cinnamomea*, et alpina nostratum; re-

ribus, foliis ellipticis subtus villosis, fructibus pyriformibus. B. WILLD.

Frutex apud nos vix 4 pedalis. Aculei ad stipulas oppositi. Folia subtus cinerea. Calycis urceoli glabri; laciniae integrae apice dilatatae foliaceae. Flores saepius pleni, rosei. Leopoli in aggere stagni dicti *Panienski*. Floret Majo, Junio.

591. *R. villosa* fructibus globosis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis rectiusculis, foliolis ellipticis utrinque tomentosus, (serraturis glanduloso-ciliatis). SMITH. WILLD.

Frutex orgyalis et ultra. Foliola subtus potissimum glandulosa. Aculei longi, sat copiosi. Flores rosei. Calycis tubus pyriformi-globosus; laciniae pinnatae dorso, muricatae. Fructus maximi, coccinei, de nigrescentes. In valle Oycow. E. C. Floret Junio.

** *Fructibus ovatis.*

592. *R. tomentosa* fructibus ovatis, pedunculisque hispidis, aculeis caulinis (sub)aduncis, foliis ovatis utrinque tomentosus (serraturis ciliato-glandulosis). SMITH.

Frutex humanae saepe altitudinis. Aculei praecipue sub geniculis. Rami erecto-patentes, subflexuosi. Petioli aculeati, cum

liquae habent pinnates *R.* autem tomentosa et nostra solstitialis variant.

foliolis ovato-ellipticis, acutiusculis, biserratis, serraturis glanduloso-ciliatis, tomento brevi denso tecti. Pedunculi, terminales subsolitarii, calycis tubus ovatus et laciniae ejusdem praepressis, saepius pinnatae, sunt setis glandulosis hispidae. Flos laete roseus. Petala biloba. Fructus coccineus ovatus. Habitat cum congeneribus in fruticosis, sepibus. Floret Junio.

593. *R. rubiginosa* fructibus ovatis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis aduncis, foliolis ellipticis, subtus glanduloso-rubiginosis. SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 50.*

Foliola suaveolentia, pagina inferiore digitos quidquam inquinante. Aculei flavo copiosi. Petala rosea. In loco arenoso extra Rybaki prope Cracoviam. Floret Junio. —

594. *R. alpina* fructibus ovalibus glabris, pedunculis filiformibus petiolisque hispidis, caule subinermi, foliolis subovatis glabris serrato-ciliatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 279.*

Frutex bipedalis, caule subinermi. Foliola 7, oblonga, serrulata. Rami patuli, tenues. Calycis laciniae indivisae, Petala sanguinea. Germen glabrum. In montibus carpathicis DIK. In latere septentrionali montis Babia Góra.

595. *R. pumila* calycis tubo ovato, pedunculisque glanduloso-hispidis, petiolis et

caule superne aculeato, foliis subtus glaucis, serraturis glandulosis, fructibus pyriformibus.

B. WILD. JACQ. *Austr.* t. 198.

Caules pedales et ultra superne aculeatissimi, aculeis rectis inter mixtis setis glanduliferis. Foliola 3 — 5 ovata dependentia. Calycis laciniae pinnatae. Petala magna purpurea emarginata, pallidiora tamen quam Icon. Fl. Austr. exprimit.

In arvis Leopoli inter Krzywczyce versus Laszki; versus N — W oppidi Nawaria. Cracoviae ad S. Bronislawam. Floret Junio, Julio.

596 *R. solstitialis* fructibus ovatis pedunculisque glabris, aculeis stipularibus aduncis, foliolis ovatis subtus tomentosus. Nobis.

Frutex quadripedalis. Aculei sub insertione foliorum 1 — 4, basi dilatati, apice reflexo, purpurascens. Rami subdistichi alterni, patentes, flexuosi. Stipulae serrulatae, serraturis saepe glandulosis, pubescentes. Petioli tomentosi, inermes, raro aculeo uno alterove armati. Foliola 7, late ovata, acuminata, aut elliptica, obtusa, saepe simpliciter serrata, supra nudiuscula, si exceptis juniora, subtus brevi densoque tomentum cum stipula ampla, foliolo unico aut ternatis, sessilibus, ovatis, acutis. Pedunculi terminales, solitarii, rarissimi duo, tres; sex circiter lineas longi, glaberrimi, sicut et calycis tubus ovatus, glaucescentes. Laciniae

duae saepius, pinnatae, omnes elongatae, apice dilatatae, intus et margine albo-tomentosae, caeterum versus basin nudiusculae. Petala rosea emarginata, calycis lacinias subaequantia. Fructus ovatus coccineus glaber. Habitu *R. caninae* simillima. Leopoli et Cracoviae in sepibus et fruticetis cum congeneribus. Floret Junio, Julio.

597. *R. canina* fructibus ovatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis aduncis, foliolis ovatis acuminatis glaberrimis. SMITH-WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 34. Flor. Dan. t. 555.*

Foliola glaucescentia opaca. Petioli glabri aculeati. Stipularum serraturae potissimum eglandulosae. Pedunculi subsolitarii. Calycis tubus ovato-subglobosus, laciniae duae pinnatae, intus margineque albo-tomentosae. Flores dilute carnei. Fructus coccineus, ad maturitatem fere calycis lacinias reflexis obtectus. Duas adhuc hujus Rosae observavi varietates, quarum alteram lubenter pro propria declarassem specie, nisi prima intercederet.

β. Foliola subtus glauca, adulta supra sublucida, glabra. Petioli rubri aculeati, subpubescentes. Serraturae stipularum et laciniarum calycis glandulis purpureis terminatae. Calycum tubi magis ovati. Flores rosei.

γ Foliola minora, concoloria, supra sublucida, serraturis apice nigrescentibus. Petioli minus glanduloso-pubescentes ac prioris, aequae parum aculeati. Stipularum calycumque laciniae

rum serraturae praecedentis. Calycis tubi elliptici, utrinque attenuati. Flores rosei. In fruticosus supra Zwierzyniec. Cum praecedentibus. Floret Junio.

598. *R. collina* fructibus ovatis, subglabris, pedunculis glanduloso-hispidis, aculeis caulinis recurvis, foliolis ovatis subtus venis villosis. B. WILLD. JACO. *Austr. t. 197.*

Caulis laeves. Aculei basi dilatati, sparsi. Petioli aculeati, glanduloso-pubescentes. Calycis lacinae pinnatae, margine glandulosae. Petala carnea, biloba. In sepibus et collibus, Leopoli cum congeneribus, Floret Majo, Junio.

CCXXI. RUBUS. Tournefort.

* *Caulis fruticoso.*

599. *R. Idaeus* foliis quinato-pinnatis ternatisque subtus tomentosus, petioliis canaliculatis, caule aculeato. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 738.*

Folia subtus albida. Flores albi. Fructus sanguinei, opaci. In sylvaticis. Floret Majo, Junio.

600. *R. caesius* foliis ternatis subtus (sub) pilosis: lateralibus saepe bilobis, caule aculeato prostrato glauco. SMITH.

Flores paniculati, panicula foliosa. Petala alba. Fructus niger caesio-roridus, ex acinis paucis magnis compositus. In arvis, ad sepes. Floret Junio.

601. *R. fruticosus* folia quinatis ternatisque, foliolis petiolatis, aculeis aduncis, caule angulato, calyce reflexo. B. WILLD.

Caulis steriles arcuato-patentes, foliis quinatis; floriferi magis erecti, foliis ternatis. Foliola utrinque viridia hirsutula nunquam subtus albido-tomentosa vidi. Panicula multiflora, foliis simplicibus suffulta. Petala alba aut rosea. Fructus purpureo-niger, nitidus, ex acinis parvis copiosis compositus. In sylvaticis. Floret Junio, Julio.

* *Caulis herbaceo.*

602. *R. saxatilis*, foliis ternatis subtus subpilosis, caule herbaceo florifero erecto pubescente subinermi, flagellis reptantibus, panicula pauciflora. WILLD. *Flor. Dan. t. 134.*

Flores albi. Acini sanguinei, nitidi, majusculi, pauci, 3-5. Variat foliolis lateralibus bilobis subnudis. Leopoli in sylva Krzywczycensi rarius, et inter Stawki et Lelechorka frequens. In sylvis circa Cracoviam. P. Floret Junio.

CCXXIII. FRAGARIA. Linne.

603. *F. Vesca* calyce fructus reflexo, pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum adpressa, flagellis sarmentosis. WILLD.

Folia ternata. Scapi apice subcymosi, raro superne foliolo uno instructi. Petala alba. Fructus ellipticus aut globosus, seminibus in superficie, sanguineus. Variat autem fructu globoso, seminibus impressis, coloris di-

lute purpurei tantum in parte solaribus radiis exposita, saporis praestantioris, parum serioribus. In collibus fruticosis, ad sepes; et varietas in collibus aridis.

CCXXIV. POTENTILLA. Linne.

604. *P. anserina* foliis interrupte pinnatis serratis, subtus sericeis, caule repente, pedunculis unifloris. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 544. Curt. fasc. 3. t. 31.*

Caulis potius sarmentosus dicendus. Variat foliis utrinque sericeis et denudatis. Petala aurea. In pascuis glareosis humidisque. Floret a Majo in Septembrim usque.

605. *P. supina* foliis pinnatis; foliolis oblongis profunde dentatis, caulibus dichotomis, floribus axillaribus solitariis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 406.*

Ex radice saepe plus quam annua, ramosa, longa, foris fuscescente, et intus alba caules in ambitum sparguntur herbacei, prostrati, semipedales vel duplo longiores, teretes, supra rubentes, hirsutuli, dichotomi. Folia radicalia et caulina sunt pinnata et petiolata; ramea ternata, et saepe sessilia foliolis ad lentem hirsutis, oblongis vel ovatis obtusis (tribus extimis confluentibus) serratis, utrinque virentibus, dorso pallidius. Stipulae ovatae, acutae, integerrimae vel pariter serratae. Pedunculi solitarii uniflori in dichotomia; in floribus suberecti; in fructifera planta versus terram reflexi. Calycis subpi-

losi foliola 10 subaequalia virent. Petala et calycem vix superantia, obtusissima versus basin angustata (obovata retusa) flavent. Genitalia corollae sunt concoloria. Semina ex ovato subrotunda (leviter) rugosa. Jacq. l. c. — Variat autem caule solitario erecto, radice annua. Cracoviae ad vias in ruderatis, limosisque humidis. Floret Junio, Julio, Augusto. Varietas Jaroslaviae Circ. Przemysl. ad ripas fluvii San. Leopoli vidit Prof. Schiwerek.

606. *P. recta* foliis septenatis quinalisque, foliolis oblongis basi attenuatis grosse dentatis, utrinque subpilosis, petalis calyce majoribus, caule erecto, seminibus rugosis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 383.*

Radix lignosa, perennis, obliqua, praemorsa, fusca, fibras crassas, longas, basi angustatas, uti in *P. alba* (anne tubera?) undequaquam divaricatas, emittit. Caulis adscendens, cubitalis, teres, basi purpurascens, pilis albis patentibus et inordinatis magis minusve densis, vestitus; aetate denudatur. Folia inferiora portantur petiolis triuncialibus. Petioli autem decrescunt adeo longitudine, ut superiora folia sint fere sessilia; vaginantes sunt, trinerves, canaliculati. Stipulae petiolares, oppositae, forma variae: in infimis lineari-lanceolatae, integrae, a inciso serratae; superiores latiores, breviores et saepe in latere externo incisae. Foliola ipsa sessilia, 7 — 5, obovato-lanceolata, sesqui pollicem lon-

ga, quinque fere lineas lata; superiora angustiora et breviora; grosse dentata, dentibus 9—15 utrinque acutiusculis, supra pilis appressis, brevibus subnitida; subtus rarer pilosa, concoloria, quandoque nuda. Caulis superne subdichotomo-corymbosus, ramis pubescentibus pilosisque. Ad divisiones folia opposita, ternata, sessilia stipulis integris incisive: ultimae divisiones suffulciuntur foliolis simplicibus. Flores solitarii in bifurcationibus et in apice ramorum, pedunculati. Pedunculi, ut rami ipsi, villosiusculi, solitarii, vix unciales. Calyces magni, pilosi, laciniis alternis latioribus, lanceolatis, obtusiusculis. Petala obcordata calycis laciniis superantia, pallide flava vel sulphurea. Antherae luteae. Receptaculum gibbosum, villosum. Semina ovata, obliqua, compressa, undulatum rugosa, brunea. Variat cultura pedunculis subradicalibus, longissimis, unifloris, calycisque laciniis trifidis, simplicibus mixtis, foliaceis et foliis pinnato-dentatis, dentibus recurvis. Circa Zaleszczyki DF. Leopoli in collibus apricis horti Jaculatorii et adjacentibus et alibi. Cracoviae in valle Oycow. Floret Julio.

607. *P. canescens*, foliis quinatis, foliolis oblongo-cuneiformibus grosse serratis, subtus sericeo-canis, petalis obcordatis calyci subaequalibus, caule erecto, seminibus laevibus. Nobis.

Similis in habitu praecedenti. Caulis pedalis canescens a tomento tenui, immixtis longioribus pilis. Foliola quina, dimidio minor, serraturis profundioribus 6—9; supra nuda aut sericea; subtus cana, villosa-tomentosa. Calyces villosa-tomentosi, laciniis acutis, dimidio minores. Petala leviter retusa; magis flava, in siccis externe luteo-brunescencia, calycis laciniis vix excedentia. Semina laevia pallida. Reliqua ut in praecedente. A *P. argentea* forma foliorum et magnitudine florum sufficienter distincta. Planta haec Cl. Hostio adhuc dubia est, pro *P. pilosa* eam habet. Allionii quidem Figura ad *P. pilosam* citata bene exprimit formam nostrae; at nec in ejus descriptione nec in speciebus plantarum a Willdenovio editis mentio fit foliorum subtus canescentium; imo uterque dicit plantam pilis sparsis solum esse obsitam. Habitat et floret Leopoli cum praecedente, at rarior.

608. *P. argentea* foliis quinatis cuneiformibus incisibus subtus albo-tomentosis, caule decumbenti-ascendente. B. WILLEN.

Radix lignosa, perpendicularis, fibras longas undequaquam emittens rubro-brunneas, multiceps. Caules longitudine admodum variantes ex decumbenti-ascendentes, patentes aut rarius suberecti, a basi saepe jam ramosi; superne subcorymbosi, teretes, purpurascens, leviter tomentosi. Folia inferiora petiolata, superiora sessilia. Stipulae ovatae, longe acuminatae, integrae aut incisae,

subtus tomentosae. Foliola cuneiformia, irregulariter versus apicem incisa, laciniis varie directis, latis, obtusiusculis; foliolum intermedium saepe trifidum, imo tripartitum, laciniis incisis; supra opaca, subtus albotomentosa; margine saepe revoluta, superiora ternata, foliolis apice subtridentatis; summa simplicia, linearia, integerrima. Pedunculi et calyces albo-tomentosi, laciniis subaequalibus, acutiusculis. Flores parvi. Petala obovata flava; calyces plus minusve superantia. Receptaculum seminum villosum. Semina subrotunda compressa laevia. In collibus apricis, ad versuras. Floret Junio, Julio.

609. *P. patula* foliis radicalibus novenis septenisque cuneiformibus apice inciso-dentatis, supra nudis, subtus pilosis, petalis subretusis, calycis laciniis aequalibus, exterioribus linearibus canaliculatis, caulibus subdeclinatis, adpresso pilosis. B. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 218. t. 199.*

Radix perennans multiceps. Caules superne ramosi, subdeclinati, subvillosi. Folia radicalia longe petiolata, petiolis villosopilosis, densissime sub apice, pilis subadpressis. Foliola 7 — 9 cuneiformia, apice 3 — 5 dentata, dentibus inaequalibus, medio proximis subaequali; supra nuda, subtus pilosa. Folia caulina brevius petiolata, summa sessilia, quinata, ternataque. Stipulae magnae

ovatae, acuminatae. Flores pedunculati, parum minores quam in *P. verna*. Calycis pilosi lacinae longitudine aequales; interiores ovatae, acutae; exteriores lineares, canaliculatae. Petala retusa, flava, subtus pallidiora, calyce longiora. Stamina pauca, antheris oblongis. In montibus carpathicis. DF, Floret Majo, Junio.

610. *P. opaca* foliis radicalibus septenatis quinatisque obovatis dentatis subnerviis, petalis obcordatis; calycis laciniis subaequilongis, exterioribus oblongis, caulibus filiformibus subdecumbenti-patulis petiolisque hirsutis, pilis patentissimis. B. WILLD? *P. tormentilloides*. MAYER. *Physik. Aufs. 2. B. testante D. Schott P. galiciana*. Cat. H. B. Crac.

Radix perennis, perpendicularis, ramosa, extus fusca, multiceps. Cauliculi plurimi, ad summum spithamaei, undequaquam tendentes, filiformes; exteriores declinati, medii patenti-erectiusculi, parum ramosi et cum petiolis et calycibus hirsutissimi, pilis patentissimis, ultra lineam longis. Folia radicalia septenata quinataque: foliola obovata, dentata, basi integra, opaca, enervia, (in plantis non florentibus venosa) utrinque pilosiuscula; caulinarum quina aut tria aut in summis, solitaria, minora, angustiora. Stipulae petiolares, cohaerentes, subrhombolanceolatae. Flores tempore sereno tota die aperti. Calycis lacinae interiores ovato ob-

longae acutae; exteriores oblongae, angustiores, obtusiusculae. Petala obcordata, calyce longiora. Stamina flava. Receptaculum villosum, villis ultra germina protuberantibus. Semina laevia, compressa, subrotunda, pallida. In collibus apricis Leopoli frequentissima. Cracoviae in apricis, ad viam versus Bronowice et Tonie. Floret Aprili, Majo. Semina maturescunt Junio.

611. *P. verna* foliis quinatis obovatis dentatis nervosis dense pubescentibus, petalis obcordatis; calycis laciniis exterioribus brevioribus, caulibus declinatis. B. WILLD.

Folia superius plerumque tenuissime, subtus dense canescentia; quandoque nudiuscula. Calycis lacinae interiores ovatae acutae; exteriores lanceolatae, obtusae, dimidio fere breviores. In sylvis acerosis circa Stracz et Janow Circ. Leopoli: In arenosis sylvaticis prope Cholosko. In apricis Cracoviae, exceptis illis regionibus, ubi *P. opaca* crescit, frequentissima. Floret ab Aprili in Augustum usque.

612. *P. aurea* foliis radicalibus quinatis, foliolis cuneiformibus margine sericeis antice serratis, caulibus ternatis subsessilibus, petalis obcordatis calyce majoribus, caule subscendente. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 114.*
Folia margine et costa subtus sericea. Dentes valde variant: in pusilla planta foliola sunt tridentata, saepe quinquentata

et in solo fertiliori ad basin fere acute serrata. Caules saepe declinati. Petala aurea, cum macula fulva ad basin. In montibus carpathicis DZK. In latere occidentali montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

613. *P. alba* foliis radicalibus quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus apice serratis, subtus sericeis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. B. WILLD. *JACO. Austr. t. 115.*

Calycis lacinae longitudine aequales, alternae angustiores, sericeae. Petala obcordata nivea, illo majora. Leopoli in fruticeto inter viam versus Wielehorz et Grodek sito. In sylva inter Lelechowka et Stawki. Cracoviae. P. In montosis Circ. Sandec. E. C. Floret Majo.

614. *P. reptans* foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 37.*

Calyces basi pilosi, laciniis exterioribus majoribus. Flores aurei pedunculis axillaribus, erectis, solitariis, folio longioribus insidentes. In pratis, pascuis apricis. Floret Junio, Augusto.

615. *P. norvegica* foliis ternatis, caule dichotomo, pedunculis axillaribus. WILLD. *Flor. Dan. t. 171.*

Caulis erectus subdichotomus, patens. Folia inferiora longe petiolata, superiora sessi-

lia, foliola obovata, serrata. Calycis laciniae exteriores minores. Petala orbiculata, flava. Leopoli lecta a Prof. Schk. Locum et tempus florendi desidero. *)

CCXXII. TORMENTILLA. Tournef.

616. *T. erecta*, caule erectiusculo foliis sessilibus. WILLD. *Curt. fasc. 5. t. 35. Flor. Dan. t. 589.*

* Caules ramosi. Folia ternata, foliolis lanceolatis inciso-dentatis pilosiusculis. Stipulae incisae. Flores pedunculati solitarii, oppositi folii flavi. Vidi specimina calyce 10—12 fido, petalisque 5 et 6. In pascuis sterilibus, humidiusculis. Floret Junio, Julio.

CCXXV. GEUM. Linne.

617.

*) *P. norvegica* facile cum *P. ruthenica*, si folia primaria quinato-pinnata deficient, confunditur: in utraque enim planta reliqua folia ternata sunt, caulis dichotomus et petala subrotunda calyce breviora differt autem planta norvegica foliolis obovatis obtusissimis, serraturis rotundatis, quae in ruthenica basi cuneata, serraturis profundioribus acutiusculis; stipulae illi late ovatae, huic ovato-lanceolatae; flores ibi majores, hic multo minores; denique ibidem calycis laciniae obtusae, quae acutae in altera.

617. *G. urbanum* foliis ternatis, stipulis rotundatis incis, floribus erectis, aristis uncinatis, nudis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 36. Flor. Dan. t. 672.*

Folia radicalia lyrata. Flores flavi. In sepibus, sylvaticis. Floret a Majo in Augustum usque.

618. *G. rivale* foliis radicalibus lyratis, stipulis ovatis acutis incis: floribus nutantibus, aristis plumosis tortis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 70.*

Petala extus purpurascenti-venosa, intus straminea, nunquam patentia. Luxuriat calycis lacinis foliaceis incis petalisque numerosis florem *G. hybridi* aemulantibus. In pratis humidiusculis. Luxuriantem floremunicum in planta culta vidi. Floret Majo.

619. *G. montanum* caule (sub)unifloro, aristis rectis villosis, foliis lyratis pilosis, foliolo extimo maximo subrotundo. WILLD. JACQ. *Austr. t. 373.*

Caulis altitudine valdopere variat: mox vix ullus, mox pedalis biflorus. Petala speciosa aurea. In latere occidentali, septentrionalique Montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

CCXXVI. COMARUM. Linne.

620. *C. palustre*. WILLD. *Flor. Dan. t. 636.*

Caulis adscendens. Folia petiolata, quinato-pinnata, foliolis oblongis, subtus incanis. Flores paniculati. Calyces supra et petala parva, oblonga, atropurpurea. In pratis humidis circa Bogdanowka Leopoli; Cracoviae. in similibus locis. Floret Junio, Julio.

POLYANDRIA

Monogynia

* Flores tetrapetali

CCXXVII. PAPAVER. Cal. diphyllus. Pet. quatuor. Stigma radiatum. Caps. supera, sub stigmate persistente poris dehiscens. SMITH.

CCXXVIII. CHELIDONIUM Cal. diphyllus. Pet. quatuor. Siliqua supera, bivalvis unilocularis, linearis. Sem. plurima cristata. SMITH.

CCXXIX. ACTAEA. Cal. quadriphyllus. Pet. quatuor. Bacca supera, unilocularis, polysperma. Sem. plana. SMITH.

** Flores pentapetali

CCXXX. TILIA. Cal. quinquepartitus. Cor. quinquepetala. Caps. coriacea globosa, quadri-quinquelocularis, quadri-quinquevalvis, basi dehiscens (per abortum) monosperma WILLD.

CCXXXI. HELIANTHEMUM Cal. laciniis saepius inaequalibus: duabus extimis minoribus. (Pet. 5.) Caps. unilocularis, trivalvis, valvis medio septiferis PERS.

* *Delphinium Consolida. Isopyrum thalictroides.*

*** Flores polypetali

CCXXXII NYMPHAEA. Cal. quadri-quinquephyllus. Cor. polypetala. Bacca multilocularis, loculis polyspermis. WILLD.

Digynia

Isopyrum thalictroides. Poterium Sanguisorba

Trigynia.

CCXXXIII DELPHINIUM. Cal. nullus. Pet. quinque, supremo calcarato. Nectarium bifidum, postice calcaratum. SMITH.

CCXXXIV. ACONITUM. Cal. nullus. Pet. quinque; supremo fornicato. Nectaria duo, pedunculata, recurva. Siliquae tres-quinque. WILLD.

* *Isopyrum thalictroides*

Tetragynia

CCXXXV. CIMICIFUGA Cal. quadriphyllus. Cor. nectariis quatuor urceolatis. Caps. quatuor (-septem). Sem. squamosa. WILLD.

Pentagynia.

CCXXXVI. AQUILEGIA. Cal. nullus.
Pet. quinque. Nectar. quinque corniculata
inter petala. Caps. quinque distinctae. WILLD.

CCXXXVII. NIGELLA. Cal. nullus.
Pet. quinque. Nectar. quinque trifida intra
corollam. Caps. quinque convexae. WILLD.

* *Aconitum Cammarum.* *Helleborus pur-*
purascens. *Thalictra plura.* *Cimicifuga*
e Lamarkio.

Hexagynia.

* *Thalictra plura.* *Stratiotes aloides ex*
Smithio. *Cimicifuga foetida.* Pers.

Polygynia.

CCXXXVIII. ATRAGENE. Cal. nullus.
Cor. duplex, petalis numerosis, exterioribus
majoribus. Semina caudata. WILLD.

CCXXXIX. CLEMATIS. Cal. nullus.
Pet. quatuor raro quinque. Sem. caudata.
WILLD.

CCXL. THALICTRUM. Cal. nullus.
Pet. quatuor aut quinque. Sem. ecaudata.
WILLD.

CCXLI. ISOPYRUM. Cal. nullus. Pet.
quinque. Nectar. tubulata. Caps. recurvae
una-tres, polyspermae.

CCXLII. HELLEBORUS. Cal. nullus.
Pet. quinque. Nectar. emarginata tubulata.
Caps. polyspermae erectiusculae.

CCXLIII. CALTHA. Cal. nullus. Pet.
quinque. Nectar. nullum. Caps. plures poly-
spermae. WILLD.

CCXLIV. ANEMONE. Cal. nullus. Pet.
sex, novem. Sem. plura. WILLD.

CCXLV. TROLLIUS. Cal. nullus. Pet.
circiter quatuordecim. Nectar. circiter novem
complanata. Caps. plurimae oblongae poly-
spermae. SMITH.

CCXLVI. FICARIA. Cal. triphyllus.
Pet. octo. novem, ungue nectarifero. Sem.
compressa obtusa nuda. PERS.

CCXLVII. RANUNCULUS. Cal. quin-
quephyllus. Pet. quinque, intra ungue poro
mellifero. Sem. (utriculata). PERS.

CCXLVIII. ADONIS. Cal. quinque phyl-
lus. Pet. quinque octo. Sem. (utriculata) WILLD.

* *Cimicifuga foetida.*

POLYANDRIA.

Monogynia.

CCXXIX. ACTAEA. Linne.

621. *A. spicata* racemo ovato, fructibus
baccatis. WILLD. *Flor. Dan.* t. 498.

Planta 1 — 2 pedalis. Folia triternata, inciso-serrata, acuminata. Racemi terminales, albi. Baccae purpureo-nigrae. In locis sylvaticis, umbrosis. Floret Majo, Junio, Julio.

CCXXVIII. CHELIDONIUM. Tournef.

622. *Ch. majus*, pedunculis umbellatis.

WILLD. *Flor. Dan. t. 542.*

Herba lac croceum fundens. Flores lutei. Folia pinnata, foliolis crenato-lobatis. Ad muros, in ruderalis, sepibusque. Floret Majo, Junio, Julio.

CCXXVII. PAPAVER. Tournef.

623. *P. Argemone* capsulis clavatis hispidis, caule folioso multifloro (hispidis, setis erectis). WILLD.

Folia radicalia bipinnatifida, laciniis linearibus apice scarioso aristatis. Caulis setae fere appressae. Petala oblonga pallide coccinea fugaria. In arvis Leopoli. Floret Junio, Julio.

624. *P. Rhoeas* capsulis subglobosis glabris, caule multifloro hispido: pilis omnibus patentibus, foliis pinnatifidis incisis. SMITH. WILLD.

Curt. fasc. 3. t. 32.

Petala magna suborbiculata punicea. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

CCXXXII. NYMPHAEA. Tournefort.

625. *N. lutea* foliis cordatis integerrimis, (lobis rotundatis), calyce pentaphyllo petalis majore, stigmate integerrimo. SMITH.

Folia magna coriacea elliptica, natantia, longe petiolata. Calyx interne prout et petala lutea. In stagnis et aliis aquis. Leopoli non vidi nisi in stagno prope Nawaria. Cracoviae in stagnis circa Mogila. Floret Julio.

626. *N. alba* foliis cordatis integerrimis (lobis acutis conniventibus), calyce tetraphyllo, staminibus gemini insertis, stigma, lobato.

SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 602.*

Habitus praecedentis. Flores formosi magni candidi. Calycis foliola petalis exterioribus subaequalia. Cum praecedenti in stagnis habitat et floret; at frequentior.

CCXXX. TILIA. Tournefort.

627. *T. cordifolia* foliis (aequaliter) cordatis acuminatis serratis (ubtus) subhirsutis, fructu (quinquecostato) quadriloculari, staminibus polyadelphis, stigmate connivente. (*T. grandifolia*) HOFEM. *T. europaeae var.* WILLD.

Arbor praealta, foliis magnis, subtus pubescentibus. Pedunculi subtriflori ad latus petiolorum bracteae oblongae albescenti insidentes. Calycis foliola oblonga, concava, in medio maculis duabus splendentibus nectarifera. Flores dilute flavescens. Hinc inde in sylvis, ad pagos. Floret Junio, initio Julii.

628. *T. parvifolia* foliis (oblique) cordatis acuminatis inaequaliter serratis, fructu globoso quinqueoculari, staminibus liberis, stigmatibus patente. HOFFM. *T. europ. var. γ.* WILLD.

Praecedenti simillima habitu. Folia utrinque laevia, exceptis axillis, multo minoribus, serius decidua. Julio floret, praecedenti semper serius. Habitat cum praecedenti.

CCXXXI. HELIANTHEMUM. Tournef.

629. *H. vulgare* suffruticosa procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis subpilosis, subtus (sub)incanis. PERS. *Syn. Cistus Helianthemum.* WILLD. *Flor. Dan.* t. 1107.

Folia forma et pilositate saepe variant. Pili ad lentem furcati. Racemus terminalis ante anthesin nutans. Calycis foliola majora transparentia, quadrinervia. Petala flava, rarius ochroleuca, orbiculata. In collibus apricis ubique. Floret Junio, Julio, Augusto.

Trigynia.

CCXXXIII. DELPHINIUM. Tournef.

630. *D. Consolida* (capsula solitaria), nectario monophyllo, caule subdiviso. WILLD. *Flor. Dan.* t. 683.

Folia multipartita, laciniis incisis, linearibus, integris. Flores violaceo-caerulei, corollae subincano ascendente, in racemis pau-

cifloris. Variat nectariis albis. Inter segetes frequens. Varietatem Cracoviae legi. Floret a Junio in Octobrem usque.

CCXXXIV. ACONITUM. Tournefort.

632. *A. nemontanum* cuculli calcareo adunco obtuso, labio lanceolato revolutobifido, galea convexa, foliis nitidis digitatoquinquepartitis, laciniis lato-lanceolatis, brevissime dentatis, pedunculis glabris. WILLD. *A. Napellus.* JACQ. *Flor. Austr.* t. 381.

Caulis bi-quadripedalis, racemo elongato terminatus, infra quem ex axillis foliorum est ramosus. Folia nitida, supra atrovirida, subtus pallida, quinquepartita, laciniis basi cuneatis, trifidis, subinciso dentatis, acutis. Pedunculi glabri. Corolla profunde caeruleo-violacea, petalis margine ciliatis, galea obtusa. Inter frutices extra fontem martialem D. Kratter Leopoli P. Schk. Circa Duklam. E. C. In hortis rusticorum ubique ferè occurrit. Floret Julio. Specimen adhuc alterius Aconiti valde incompletum et corruptum a D. Z. Kosinski lectum possideo, in quo folia caulina superiora petiolata, petiolo ultra $1/2$ pollicem longo, quinquepartita, fissuris duabus mediis ad petiolum usque, lateralibus binis minus profundis, laciniis basi cuneatis, latis, trifidis, inciso-dentatis acutis, lacinulis lanceolatis, acutis, patentibus. Caulis teres superne ramosus, ramis distantibus subaphyllis foliis suffultis, cum caule superne pedunculisque pubescen-

ti-villosis, pilis horizontalibus. Flores racemosi; pedunculis basi foliolo trifido, suffultis, superne autem bracteis duabus vel una parva instructis. Corolla profunde caerulea, junior dense pubescens, galea convexa in specimine exsiccato 4 lineas alta, ampla, antrorsum in mucronem longum descendentem prolongata. Habitus est *A. septentrionalis*; at neque folium; neque galea illius.

632. *A. Cammarum* cuculli calcare adunco obtuso, labio lanceolato recto, acute emarginato, galea (sub)conica elongata, foliis opacis quinquepartitis, laciniis oblongo-cuneiformibus trifidis dentatis, (pistillis quinque). WILLD. JACQ. *Austr. t.* 424.

Folia pallida, breviter petiolata, superiora sessilia, laciniis late cuneiformibus. Flores caerulei. Galea mucrone antrorsum elongata. In fruticetis inter Sknilow et Nawaria Circ. Leop. Ad viam inter Janow et Sklo. In montis Babia Góra pascuis elatis. Floret Augusto, Septembri.

633. *A. septentrionale* cuculli calcare revoluto, labio spathulato subemarginato, galea conica elongata, foliis palmatis pubescentibus, laciniis trifidis divaricatis dentatis. WILLD. *A. Lycoctonum* β flore caeruleo. *Flor. Dan. t.* 123.

Foliorum radicalium ambitus orbiculato-reniformis, sunt obscure virida, plus minus pu-

bescentia. Caulis altitudine varius, 1 — 4 pedalis, simplex aut superne ramosus, ibique caeruleus. Flores sordide caeruleo-violacei. Galea angusta in longum mucronem protensa. Leopoli in collinis inter S. Sophiam et fontem martialem Dni Kratter. In valle versus orientem pagi Brzuchowice. In fruticeto sito inter Sknilow et Nawaria. In montibus carpathicis DD. I et ZK. In valle Oycow prope Piaskowa Skala cum Hyosciamo Scopolia. Floret Julio.

Tetragynia.

CCXXXV. CIMICIFUGA. Linne.

634. *C. foetida* WILLD.

Caulis 3 — 6 pedalis, simplex. Folia ternata, supradecomposita, foliolis inciso-serratis, acutis, glabris. Flores albescentes, racemosi, paniculam terminalem, aphyllam formant. Leopoli in fruticosis inter Bogdanowka et Wielehorz; copiose in collibus et inter illos ad viam inter Janow et Lelechowska sitis. In valle Oyców frequens. Floret Augusto, Septembri.

Pentagynia.

CCXXXVI. AQUILEGIA. Tournefort.

635. *A. vulgaris* nectariis incurvis vix petalis aequalibus, caule foliisque glabris. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t.* 695.

Folia biternata, subtus glauca. Flores terminales cernui, albi, violacei aut rubri, simplices aut multiplicati. In campo fruti-

coso Leopoli versus S — O pagi Kulparkow,
Circa Duklam. E. C. Floret Majo, Junio.

CCXXXVII. NIGELLA. Tournefort.

636. *N. arvensis* pistyllis quinis, petalis
integris, capsulis turbinatis. WILLD.

Caulis pedalis, ramosus, ramis patentibus. Folia multifida laciniis lineari-lanceolatis. Petala dilute caerulescentia. Intersegetes ubique. Floret Julio, Augusto, Septembri.

Polygynia.

CCXLVIII. ANEMONE. Linne.

637. *A. Hepatica* (involucro triphylo, flori approximato), foliis trilobis integerrimis. WILLD. *Flor. Dan. t. 610.*

Folia floribus seriora, quandoque quinque-loba. Flores caeruleo-violacei, rosei aut rarius albi. In nemorosis et sylvaticis Leopoli ubique, rarior Cracoviae; frequens in valle Oyców. Floret Aprili, raro jam Martio.
* *pedunculo involucrato, seminibus caudatis.*

638. *A. patens* pedunculo involucrato, foliis digitatis multifidis. WILLD.

Radix multiceps, lignosa, extus nigra. Scapi ante folia prodeuntes, subspithamici, villo denso sericeo tecti, involucro multifido, pollice a flore distante, ut sequens donati. Flos suberectus; extus similibus villis tectus; interne violaceus, nudus; soli meridiano apertus; magnitudinis sequentis. Ad

basin corollae glandulae nectariferae antheraeformes virides subsessiles. Stamina copiosa cum antheris flavis. Scapus fructifer elongatur ultra pedem. Semina longe caudata, villosa. Folia demum prodeuntia portantur petiolis scapo dimidio brevioribus. Folium intermedium tripartitum, laciniis lineari-lanceolatis incis; lateralia sunt potissimum bipartita, laciniis quoque fissis. Petioli villosiores foliis. Varietates a Cl. Pallas Reis. 2. t. p. 31. et Gmelino Fl. Sib. 4. n. 104. observatas floribus lilaceis, ochroleucis et albidis etc. nunquam vidi. Leopoli in locis apricis collium sitorum inter vias versus Steinnern Wirthshaus et Winniki. In montibus carpathicis. DE. Cracoviae in collibus apricis supra Podgorze. Floret Aprili.

639. *A. Pulsatilla* pedunculo involucrato, petalis rectis; foliis bi-pinnatifidis incis, seminibus caudatis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 153.*

Foliorum lacinae lineares; juniores pilosiusculae. Flores intus violacei, extus villososericei. Leopoli in latere S — O collis versus Occidentem pagi Krzywczyce siti. Cracoviae cum praecedenti. Floret Aprili et quandoque Augusto.

640. *A. pratensis*, minor, pedunculo involucrato, petalis apice reflexis interne albidis, foliis bi-pinnatifidis incis, seminibus caudatis. Nobis.

Scapus spithamaeus, sericeo-villosus. Involucrum tripartitum; multifidum. Flos dilute purpurascens violaceus, nutans. Petala exteriora breviora, latiora; interiora longiora, angustiora, arcte conniventia; omnia apice obtusiusculo revoluta, interne albida, lineata. Ad basin corollae glandulae nectariferae antheraeformes, pedicellatae, flavae. Stamina numerosa, antheris flavis. Styli petala aequantes, stigmatibus rubris. Folia serius comparent. Petioli basi dilatata vaginantes, subcompressi, canaliculati, superne foliacei: folia hinc non vere pinnata. Pinnae pinnatifidae, laciniis bi-trifidis, linearibus, acutis, medio supra sulco notatis, subtus costa prominente; juniora cum petiolis villosa, perfecte evoluta tandem denudantur. Scapi fructiferi pedales. Semen cauda pilosa ut in *A. Pulsatilla*. Ab *A. pratensi* flore atro distincta videtur; at difficillime characteres erudiendi. Praeter colorem floris, staturam quidquam minorem, observo adhuc sequentia: petala sunt longiora, angustiora et magis coarctata. Folia se plane non distinguunt; nec constanter involucrum. Copiose in collibus apricis supra Podgorze et extra Rybaki. Floret Aprili.

** caule folioso: seminibus caudatis.

641. *A. alpina* foliis caulinis ternis connatis supradecompositis glabriusculis, foliolis pinnatifidis obtusis, seminibus hirsutis caudatis. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 85.

Flores albi ut in *A. sylvestri*. In summitate montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

*** caule folioso: seminibus ecaudatis.

642. *A. sylvestris* caule (sub)bifloro, foliis ternis tripartitis, laciniis (sub)trifidis dentatis, seminibus subrotundis lanatis, stigmate persistente. WILLD. et β flore minore.

Folia radicalia tri-quinquepartita, laciniis cuneatis, inciso-dentatis, obtusis. Flores albi. Leopoli in latere meridionali collis versus occasum pagi Krzywczyce. β . per hunc hortum jaculatorium. Cracoviae in valle Oycow prope Piaskowa Skala. Floret Majo.

643. *A. nemorosa* foliis caulinis ternis, ternatis, foliolis trifido-dentatis, corolla hexapetala. B. WILLD. *Curt. fasc.* 2. t. 38. *Flor. Dan.* t. 549.

Flores albi, extus purpurascens. In nemorosis, sylvaticis ubique. Floret Aprili, Majo.

644. *A. ranunculoides* caule subbifloro, foliis caulinis ternis ternatis, foliolis subtrifidis apice dentatis, petalis (quinque) ellipticis obtusis patentibus. WILLD.

Flores flavi. Folia brevissime petiolata. Leopoli in sylva Krzywczyce versus marginem meridionalem et occidentalem inter vias ad furnos calcareos et Winniki. In vallis

Oyców umbrosis prope Papiernia. Floret Aprili, Majo.

CCXLII. ATRAGENE. Linne.

645. *A. alpina* scandens, foliis biternatis serratis acuminatis, petalis exterioribus quaternis, interioribus spathulatis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 241.*

Flores caerulei speciosi. In montibus carpathicis. DZK. DF.

CCXXXIX. CLEMATIS. Linne.

646. *C. erecta* foliis pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis, caule erecto, floribus 4 — 5 petalis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 291.*

Foliola saepius cordata. Caulis superne paniculatus. Flores fastigiati, albi. In collibus frequens. Floret Junio, Julio.

CCXL. THALICTRUM. Tournefort.

647. *T. majus* foliolis subrotundis trifidis subtus glaucis, panicula foliosa, floribus cernuis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 420.*

Caulis erectus, flexuosus, sesqui-bipedalis, teres, striatus, sordide purpureus. Folia supradecomposita, foliolis subcordato-obovatis, trilobis, lobis quandoque bi-tridentatis, obtusis, superiorum acutiusculis; supra profunde viridibus, opacis; subtus glaucis, reticulato-venosis. Auriculae magnae ad insertionem petiolorum. Panicula foliosa; ramis,

subgeminatis superioribus subverticillatis. Petala viridi-purpureo. Filamenta antheris parum longiora. Fructus tres, septem, ovato-lanceolati, sulcati, terminati stigmatem magno obliquo, subviolaceo. In collibus inter Janow et Lelechowka. Floret Junio.

648. *T. minus* foliolis subrotundis trifidis incisus, floribus cernuis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 419.*

Caulis 1 — 2 pedalis, erectus, magis minusve flexuosus, superne paniculatus, subtus obsolete striatus, fistulosus, hinc illic purpurascens, nitidusque. Costae foliorum ad originem in parvas auriculas membranaceas producuntur. Folia sunt multiplicato-pinnata; foliolis brevissime petiolatis vel sessilibus, venosis, ad apicem bis terve incisus vel integerrimis obtusis vel acutis, supra virentibus, subtus pallidis, costis antice planis. Flores penduli, petalis purpurascenti-flavicantibus. Filamenta antheris duplo fere longiora. Pistilla 3 — 4 abeunt in fructus totidem ovatos, acutos, sulcatis, fuscis, (multo minoribus ac praecedentis). JACQ. l. c. Cracoviae in collibus apricis supra Podgorze. Floret initio Julii. —

649. *T. angustifolium* foliolis lanceolato-linearibus integerrimis, extimo subtrifido, ascendentibus, caule striato-sulcato. B. WILLD. JACQ. *Hort. Vind. 3. t. 43.*

Caulis, erectus bi-tripedalis, striato-sulcatus. Folia supradecomposita, patentia, foliolis lanceolato-linearibus, rigidis; superiorum linearibus, obtusis, canaliculatis, margine revolutis, saepe ternatis, sessilibus, e patenti-ascendentibus: hinc arcuatis; supra saturate viridibus, lucidis, subtus pallidis. Panicula subcorymbosa, ramis sub angulo acuto patentibus. Petala albida. Antherae flavae. Germina sex, novem. In pratis humidiusculis Leopoli, Cracoviae. Floret Junio.

650. *T. flavum* foliolis cuneiformibus trilobis strictis, caule acute sulcato. B. Willd. Caulis erectus, bipedalis, profunde acute sulcatus. Folia decomposita, erecta. Foliola rigida; inferiorum obovata; superiorum cuneiformia, triloba, lobis quandoque tridentatis, planiuscula, margine revoluta; supra lucida, subtus pallida. Panicula minor contracta, ramis brevibus. Flores erecti similes iis praecedentis. Leopoli in collibus apricis retro hortum quondam D. Barambon et cum T. majori. Floret Julio.

651. *T. aquilegifolium* foliis supradecompositis, foliolis subrotundis lobatis patulis, subtus glaucis, caule tereti, fructibus pendulis trialaribus. B. Willd. Jacq. *Austr.* t. 318.

Planta speciosa. Panicula florum nuda, terminalis, coarctata. Petala saepe purpurascencia decidua. Filamenta lilacea, antheris

flavis; In fruticosis, ad margines sylvarum. Leopoli cum Ligustico austriaco. Cracoviae supra Zwierzyniec. Floret Junio, Julio.

CCXLVIII. ADONIS. Linne.

652. *A. miniata* petalis octonis obovato-oblongis planiusculis, fructibus cylindricis, utriculis rugoso-scrbiculatis, carina basi angulo terminata. B. Jacq. *Austr.* t. 354. sub *A. autumnali* Willd.

Cl. Willdenow jungit hanc cum autumnali Linnei, a qua distincta videtur. Jam tempus florendi ipsum contradicit huic nomini; floret enim nostra Majo, Junio. *A. miniata* habet folia multipartita, laciniis linearibus incisim elongatis; illa lacinias fastigiatas breviores: nostrae petala laete miniata, plana, calyce duplo longiora; alteri petala profunde phoenicea, concava, breviora; fructus in praecociori cylindrici, utriculis rugoso-scrbiculatis carinaque basi angulo terminata: in seriori autem elliptici, utriculis leviter rugosis, carina basi obtusa. Inter segetes.

Variat petalis stramineis, cum macula atroviolacea basi. *A. citrina* Hoffm. Fructus hujus non vidi. Leopoli in agris extra cementerium Judeorum versus lapicidinas, rara.

653. *A. vernalis* flore (sub)dodecapetalo, fructu ovato, (utriculis venosis hirsutis). Willd. *A. apennina* Jacq. *Austr.* t. 44.

Caulis potissimum uniflorus. Rami ex caulis parte inferiori, steriles. Flos flavus speciosus. Variat ramis ex alis superioribus floriferis et petalis 12 — 19. Habitat in collibus apricis circa Blodnia Circ. Brzezany. Circa Zaleszczyki DF. In carpathicis. DZK. Prope Cracoviam P. Floret Majo.

CCXLVI. FICARIA. Moench.

654. *F. ranunculoides* radice tuberibus fasciculatis, caule decumbente, foliis cordatis, angulatis petiolatis. PERS. *Syn. Ranunculus Ficaria*. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 39. Flor. Dan. t. 499.*

Axillae foliorum in planta difflorata tuberiferae. Flos aureus, petalis oblongis. In nemorosis. Floret Aprili, Majo.

CCXLVII. RANUNCULUS. Linne.

* *Foliis simplicibus.*

655. *R. Flammula* foliis ovato-lanceolatis, obtusiusculis petiolatis, caule declinato. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 37. Flor. Dan. t. 575.*

Caulis basi radicans. Folia margine integra aut remote serrata, serraturis cartilagineis: superiora radicalibus multo angustiora. Flores parvi, aurei, nitidi. Utriculi laeves, compressi. Habitat in pratis humidis ubique. Floret a Junio in Octobrem usque.

656. *R. Lingua* foliis lanceolatis longe

acuminatis, caule erecto multifloro. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 755.*

Caulis cum foliis subtus et calycibus subhirsutus, pilis brevibus. Pedunculi oppositifolii. Flores maximi nostraticum, aurei. Utriculi laeves, compressi, alati. In pratis uliginosis Leopoli circa Bogdanowka, ad viam versus Kólikow extra Grzybowice. Cracoviae P. Floret Julio, Augusto.

** *foliis dissectis et divisis.*

657. *R. cassubicus* foliis radicalibus subrotundo-cordatis crenatis (saepius incis), caulinis digitatis (lanceolatis) dentatis, caule multifloro. WILLD. *Loesel. pruss. t. 72.*

Similis sequenti, constanter tamen diversus ambitu subrotundo-cordato foliorum radicalium et foliolis caulinis ad primam caulis divisionem lanceolatis dentatis. Habitus caeterum idem, qui sequentis, tantum altior est. Folia radicalia variant 1. fissuris duabus modo vix medium, modo fere basin folii attingentibus, 2. foliorum trifidorum lobis lateralibus bilobis et 3. rarissime deveniunt pedata, ambitu prius memorato attamen servato. Folia caulina semiverticillatim ambiunt caulem: inferiora saepe longe petiolata; superiora lineari-lanceolata, omnia dentata. Flores aurei, parum majores, primo apetalii, dein bi-tri-denique quinquepetalii. Nectarium porus nudus. Germina et utriculi in sequente pubescentes. Habitat in ne-

morosis et sylvaticis Leopoli et Cracoviae. Floret Aprili, Majo.

658. *R. Auricomus* foliis radicalibus (polymorphis) reniformibus crenatis incis: caulinis digitatis linearibus, (subintegerrimis), caule multifloro. WILLD. *Flor. Dan. t. 665.*

Folia radicalia plantarum juniorum reniformia s. suborbiculata profunde crenata. In florentibus sunt reniformia, bis incisa, lobo medio angustissimo et laterales sunt inciso dentati: in nonnullis laterales sunt tri-quadrifidi, forma adhuc folii illaesa; in aliis laciniae sunt aequales, cuneatae, antice obtuse dentatae; alia sunt quinquepartita, lacinis lanceolatis, ambitu pentagona: imo pedata vidi, foliolis septem longe petiolatis lanceolatis, dentatis. Flores aurei. Fructus duplo minores praecedentis.

Variat et haec species foliis caulinis ad primam caulis divisionem antice dentatis, nunquam tamen lanceolatis. Leopoli in pratis humidiusculis inter Bogdanowka et Wielehorz. Cracoviae in pratis humidis frequens. Floret Aprili, Majo.

659. *R. sceleratus* foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 42. Flor. Dan. t. 571.*

Fissurae foliorum inferiorum mediae profundiores lateralibus, laciniae cuneatae, trifido-dentatae, dentibus rotundatis. Flores minimi, flavi. Fructus ratione florum magni oblongi. In fossis ubique. Floret tota aestate.

660. *R. aconitifolius* foliis quinquepartitis dentatis, laciniis oblongis acuminatis, intermediis trifidis: floralibus summis digitatis sessilibus lanceolatis, caule erecto multifloro. VEST. MAN. WILLD.

Caulis circiter pedalis. Folia magna, glabra. Flores albi. In montibus carpathicis DZK.

661. *R. bulbosus* calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto (sub)multifloro, foliis compositis, (rhizomate bulbicipite). WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 38. Flor. Dan. t. 551.*

Planta tota piloso-villosa. Caulis in asperis uniflorus. Folia ternata, foliolis trifidis incis acutis. Calyces colorati, basi pelucidi. Flores aurei, saepius polypetali. In apricis asperis collibus: Leopoli circa hortum quondam Dni Longchamps. In pratis siccis Cracoviae. Floret Majo, Junio, Julio.

662. *R. Philanotis* calycibus demum reflexis, pedunculis sulcatis, foliis tripartitis inciso-lobatis, caule erecto multifloro hirsuto, fructu globoso, radice fibrosa. WILLD. *R. hirsutus. Curt. fasc. 2. t. 40.*

Foliorum lobi rotundati. Calycis foliola virida deflexa, nec retroflexa. Flores aurei, multo minores, quam praecedentis, saepe pleni. Ad vias prope Uszkowice Circ.

Erzezany. Cracoviae. Floret Junio, Julio, Augusto.

663. *R. repens*, calycibus patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus, foliis compositis. WILLD. *Curt. fasc. 4. t. 38. Flor. Dan. t. 795.*

Folia ternata, similia iis *R. bulbosi*. Glaber in humidis et fossis; hirsutus in siccis asperis. Flores aurei. Sarmenta abunde distinguunt eum ab affinibus. Floret Junio in Augustum usque.

664. *R. polyanthemos* calycibus patulis, pedunculis sulcatis, caule erecto (hirsuto), foliis multipartitis, WILLD.

Caulis erectus, hirsutus, pilis erectis, patentibusque nequaquam adpressis, multiflorus. Foliorum laciniae strictae, lineares, plerumque margine revoluto. Flores aurei. Nectarium squamula emarginata operculatum. Variat caule unifloro. In pratis, rarior sequenti. Varietas in collibus siccis lapidosis Leopoli ad S. Sophiam. Cracoviae prope Wola. Floret Majo, Junio.

665. *R. acris* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis, summis linearibus. WILLD. *Curt. fasc. 1. t. 39.*

Caulis erectus, teres, pilis adpressis obpressus, roridus, plerumque multiflorus. Folia fusco-maculata, laciniiis saepe cuneiformibus, incis. Petala aurea. In pratis et pascuis frequentissimus. Floret tota aestate.

666. *R. lanuginosus* calycibus patulis, caule petiolisque hirsutis, foliis trifidis lobatis dentatis holosericeis. WILLD. *Flor. Dan. t. 39.*

Folia basi cordata, trifida, subquinqueloba, supra quandoque laevia; saepius macula nigra, variegatae notata. Flores aurei, petalis emarginatis magnis. Habitat in umbrosis humidiusculis. Floret Majo, Junio.

667. *R. arvensis* utriculis aculeatis, foliis trifido-decompositis, laciniis linearibus. SMITH. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 36. Flor. Dan. t. 219.*

Caulis erectus, ramosus. Folia tripartita, inferiora decomposita. Flores terminales, pallide flavi. Utriculi maximi, compressi, aculeato-muricati, acuti, numerosi, rigidi, Cracoviae inter segetes circa Troyadin, prope Wola. Circa Duklam. E. C. Floret Junio.

668. *R. falcatus* foliis cuneiformibus tripartitis, laciniis multifidis, utriculis falcatis, scapo nudo unifloro. WILLD. JACQ. *Austr. t. 48.*

Totus incanus, pollicaris aut bi pollicaris. Flores minuti, pallide flavi. Copiose inter segetes Galiciae australioris DI et ZK. Floret Aprili.

669. *R. aquatilis* foliis submersis capil-

laceis, emersis subpeltatis. WILLD. *R. heterophyllus*. PERS. *Syn.*

Folia petiolata, glabra; submersa tripartito-multifida, circumscriptione subrotunda, laciniis capillaribus; emersa cordato-reniformia, subseptemloba crenata, lobis baseos se tegentibus; hinc peltata folia mentiuntur. Pedunculi oppositifolii. Flores albi, staminibus basi que petalorum flava. Utriculi rugosi, saepe hirsuti. Variat foliis omnibus capillaceis. In inundatis Cracoviae, Varietas in stagnis Leopoli. Floret Majo, Junio.

CCXLV. TROLLIUS. Linne.

670. *T. europaeus* corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. WILLD. *Flor. Dan. t. 133.*

Caulis erectus, pedalis et ultra, plerumque simplex et uniflorus. Folia quinquepartita, inciso-dentata; radicalia petiolata. Flos speciosus flavus. Leopoli in pratis humidiusculis circa Bogdanowka, inter Krzywczyce et Laszki. Cracoviae versus Wola. Floret Majo, Junio.

CCXLI. ISOPYRUM. Linne.

671. *I. thalictroides* stipulis ovatis, petalis obtusis, (nectariis cucullatis integris. WILLD. *JACQ. Austr. t. 105.*

Caulis superne tantum foliosus, ramosusque. Folia biternata, foliolis lobatis. Pedunculi axillares. Flores albi, Germina 1-3 In sylvaticis et nemorosis Leopoli. Cracoviae

supra Zwierzyniec et in valle Oyców minus frequens. Floret Aprili.

CCXLVII. HELLEBORUS. Linne.

672. *H. purpurascens* caule bifido, ramis foliosis paucifloris, foliis digitatis, foliolis tri-quinquefidis, junioribus subtus pubescentibus, petalis ovatis acutis patentibus. B. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 105. t. 101.*

Radix perennis, carnosa, ramosa, foris nigra. Caules plures basi vagina ampla ovata circumdati, fere pedales, caeterum nudi, sanguineis punctis adpersi, superius bifide ramosi. Rami breves villis brevissimis raris adpersi, suffulti foliis semiamplexicaulis, trifidis, laciniis modo ensiformibus apicem versus argute duplicato-serratis; modo ad medium usque irregulariter incisus, versus apicem serratis, serraturis albo-mucronatis. Ad primam divisionem caulis est saepe vagina cum rudimento folii. Inter similia folia trifida, minora, opposita comparent flores. Pedunculi sunt semiunciales purpurascens, ante anthesin angulati, nutantes; tempore autem antheseos transversim corrugati, cernui. Petala quinque elliptico-ovata, acuta; extus nervoso-venosa, purpurascens, livore tecta, interne celadonio-virida, patentia, majora quam in *H. viridi*. Nectaria circiter duodecim, sunt obconica, flavescens-virida, compressa extus convexa, interne sulco apicem versus exarata;

oblique truncata et apice inflexa ac si excisionem lunatam haberent, staminibus breviora. Stamina 20 — 30 successive deflorent, filamentis subulatis, antheris oblongis, trilocularibus, terminalibus, flavescens. Pistilla quinque, lanceolata. Styli purpurascens. Stigmata simplicia, obtusa, reflexa. Capsulae erectae, compressae, stylo mucronatae. Serius, dum flores jam delectant apes, e similibus vaginis prodeunt folia convoluta, externe albobescentia. Evoluta dein insident petiolis teretibus, introrsum canaliculatis, nudis. Folia ipsa sunt digitata, foliolis quinque in orbem dispositis, tri-quinquefidis, laciniis lanceolatis, argute duplicato-serratis, serraturis albobescentibus, venosis, rugosis; junioribus suprenitentibus, subtus pubescentibus; adultis rigidis, nudis. Circa Zaleszczyki DIK. Floret Aprili.

CCXLIV. CALTHA. Linne.

673. *C. palustris* caule erecto. WILLD. *Flor. Dan.* t. 668.

Caulis ramosus, patulus, multiflorus. Folia cordata, lobis porrectis, rotundata, crenata, rarius acute dentata. Flores aurei. In pratis humidis vulgatissima. Floret Majo et quandoque Septembri.

A d d e n d a.

Ad CLASSIS. III. Monogyniam.

CCXLIX SCHOENUS (inserendus ante Cyperum in conspectu generum).

Char. essent. Cal. glumae univalves, undique imbricatae; interioribus fertilibus; exterioribus sterilibus minoribus. Cor. nulla. Nux nuda vel setis cincta. SCHRAD. *Fl. Germ.*

Char. natur. (inserendus post Iridem) Cal. glumae univalves, in spicula undique imbricatae; interioribus fertilibus; exterioribus sterilibus minoribus. Cor: nulla, Nux unilocularis nuda vel setis e receptaculo ortis obvallata. SCHRAD.

674. *S. albus* culmo trigono, foliis linearibus carinatis, fasciculis terminalibus subco-rymbosis involucrium aequantibus, stigmati-

bus stylo longioribus. SCHRAD. WILLD. *Flor. Dan. t. 320.*

Culmi spithamaei. Spiculae teretes, acutae, biflorae, albae. Receptaculi setae 8 ad 10. In turfosis versus Mogilany. Circ. Bochn. prope Cracoviam E. C. Floret Julio, Augusto.

Digyniam

675. POA *bulbosa* (inserenda ante P. *triviale*) panicula aequali diffusa, spiculis ovatis subquinquefloris, vaginis foliorum radicalium ampliatis incrassatis, radice fibrosa perenni. WILLD. HOST. *Gram. II. p. 47. t. 63.*

P. panicula aequali, diffusa, spiculis ovatis subquinquefloris flosculis basi villo connexis, culmo fasciculisque foliorum bulbosis, radice fibrosa. Schrad. Fl. Germ. p. 294.

Culmi caespitosi, adscendentes, semipedales, pedalesque, teretes, glabri. Folia breviter, latiuscula, acuta, margine et carina scabra. Ligula oblonga, acuta. Panicula tempore antheseos patens; ante et post florescentiam contracta. Spiculae aliae virides; aliae viridi et purpurascenti variae. In pratibus versus Krzywczyce.

Ad CL. IV. Monogyniam.

676. GALIUM *spurium* (inserendum post G. *uliginosum*) foliis subsenis linearibus (supra scabris), margine carina cauleque retrorsum aculeatis, pedunculis ramosis di-

varicato-patentibus, seminibus reniformibus laevibus. Roth. Neue Beytraege zur Botanik. *Pars. I. p. 140.* (Francofurti ad M. 1802. 8. *Syst. Veg. Murr. G. hispidum* ROTH. *Flor. German.*

Caulis laxus, sesquipedalis, tetragonus, angulis aculeis recurvis, supra geniculis autem ciliis vestitus. Folia inferiora octona; superiora sena; in ramis quaterna: lineari-lanceolata, versus basin lente, at parum attenuata, apice obtusiusculo aristato, margine carinaque aculeis recurvis, in pagina autem superiore quaquaversum directis obsita. Rami alterni, vel oppositi, geniculis breviores, in pedunculos tres simplices trifidosve, qui dein duobus vel tribus suffulciuntur foliolis divisi. Flores minuti, viridi-flavescentes. Fructus reniformi-globosi apparenter glabri, ad lentem tamen tuberculati, tuberculis pilis brevissimis adpersis. Pedunculi fructiferi divaricati, apice cernui.

Caeterum Galium hocce G. infesto Waldst. et Kit. simillimum, ut vix, nisi fructu differat.

Ad Plantaginem arenariam.

Semina Pl. Psyllii ex plurimis celeberrimis hortis botanicis ab Inclyto Comite Waldstein petita in horto seminata Pl. dederunt arenariam. Anne Pl. arenaria et Psyllium una eademque planta, quarum differentia in habitu cultura quidquam mutatum latet?

Ad CL. V. Monogyniam.

677. ANAGALLIS *caerulea* (post A. arvensem inserenda) caule erectiusculo subalato, petalis dentatis, demum reflexis. PERS. *Syn.* WILLD.

Flores pulchre caerulei, fauce purpurea. Caeterum simillima A. arvensi. Inter segetes vallis Oycow prope Cracoviam rara plantula. E. C. Floret Augusto.

Ad Phytuma canescens.

Sub descriptione hujus plantae in opere egregio Com. a Waldstein et Kitaibel data duae latent species, quas serius primum distinxit. Illud, quod et nos possidemus, est proprie P. canescens. Alterum, P. Salignum ab ipso appellatum, quod Inclyti Comitibus gratias debeo, differt glabritie omnium partium, foliis rigidioribus, laete virentibus, inferioribus longius petiolatis, superioribus argute serratis, paucissimis solum subintegerrimis.

Digyniam.

Ad Chenopodium urbicum.

Planta nostra secundum specimina e seminibus Turinensibus a D. Schott educata est *C. chrysomelanospermum* Balbis *Observ. bot.* Cent. I. N. 52. —

C. urbicum germanicum (idem cum nostrate) a Lineano diversam esse speciem Cel. Schreber quoque in literis ad D. Schott asseruit.

678. CAUCALIS *leptophylla* (inserenda ante *C. Anthriscum*) involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis pentaphyllis, (umbellulis 4 — 6 spermis.) L. WILLD.

Habitus et folia *C. daucoides*. Flores albi. Fructus cylindracei pedunculorum crassitie, setis albido-flavescentibus horizontalibus subuncinatis dense obsitus. Involucrum in speciminibus nostratibus nullum vidi. Inter segetes prope Sanok Circ. ejusdem nominis. E. C. Floret Julio, Augusto.

679. *C. nodosa* (post *C. Anthriscum* inserenda) umbellis simplicibus compositisque subsessilibus, seminibus exterioribus setosis. B. WILLD. *Tordylium nodosum* JACQ. *Austr. App. t. 24.*

Caulis erectus, si in sepibus crescit. Folia pinnata, pinnis subbi-pinnatifidis, laciniis sat angustis lineari-lanceolatis. Umbellae oppositifoliae, sessiles vel breviter pedunculatae, simplices, vel bi-quadrifidae, radiis inaequalibus, brevibus. Flores albi. Fructus ovati, latere interiori et medii brevissime hispidi. Circa Sanok E. C. Floret Augusto, Septembri.

CCL. ANTHRISCUS. (in conspectu generum ante *Cerefolium* inserendus) Umbella composita. (Involucr. nullum) Involucella lanceolata erecta. Fructus (sub) ovatus pilis scaber, rostro glabro (brevis). PERS. *Syn.*

680. *A. vulgaris* (inserendus inter species quoque ante *Cerefolium*) seminibus ovatis hispidis, caule laevi, umbellis sublateralibus, petiolis margine villosociliato. PERS. *Syn. Scandiae*

Anthriscus WILLD. JACQ. *Austr. t.* 154.

Caulis teres, obsolete sulcatus. Folia decomposita, foliolis parvis ovatis, acutiusculis, pinnatifidis, laciniis obovato-lanceolatis, petiolis et costis subtus hirsutis, vaginis lateribus albis, membranaceis, margine dense ciliatis. Umbellae oppositifoliae; inferiores subsessiles, supremae pedunculatae, saepissime triradiatae, radiis subaequalibus, patentibus. Involucrum quandoque monophyllum. Flores albi. Inter segetes E. C. Floret Augusto, Septembri.

681. *CHAEROPHYLLUM aureum* (post *C. aromaticum* inserendum) caule aequali, foliolis (pinnatifido-) incisus (elongatis), seminibus coloratis sulcatis muticis, WILLD. JACQ. *Austr. t.* 64.

Caulis erectus, substriatus, sub geniculis vix tumescens, glaber. Folia ternato-supradecomposita, foliola ovato-lanceolata pinnatifida, laciniis inciso-pinnatifidis, superioribus integerrimis, confluentibus, ut versus apicem elongatum sint solum serrata, parum falcata; ad costam et marginem pilis brevissimis densis adspersa (in planta adultiore). Petioli et vagina longa nervosa, dorso hirsuti. Folia summa vaginae insidentia, pro-

portionatim minora. Umbellae caulem et ramos ex axillis superioribus, ortos, illo breviores, terminantes, 12 — 16 radiatae, planiusculae, rarae radiis inaequalibus, glabris. Involucrum universale in meo specimine monophyllum, lineare radii dimidium vix aequans. Involucella 5 — 6 phyllum, foliolis lanceolatis acuminatis, lateribus membranaceis. Umbellulae planae, flore medio subsessili et exterioribus hermaphroditis, reliquis intermediis masculis; radiatae, petalis florum marginalium exterioribus duplo triplove majoribus inflexo-obcordatis, albis. Fructus oblongi, basi attenuati. Semina glabra, 4 lineas longa, flavescens sulcata. Ab *Icone Florae Austriacae* differt planta nostra hirsutiae minore, foliolis magis a se invicem distantibus, elongatisque hinc et incisuris remotioribus, magisque aequalibus. In sylvaticis circa *Duklam* E. C. Floret adhuc Septembri.

Ad CL. VIII. Monogyniam.

682. *EPILOBIUM roseum* (post *E. montanum* inserendum) foliis petiolatis ovato-lanceolatis dentatis, caule (superne) subtetragono, stigmatate indiviso. SMITH. *Britt.*

Caulis ramosissimus, superne canescens. Racemi foliosi. Flores parvi, carnei, roseive magnitudinis *E. montani*. Stigma clavatum. Maxime affine *E. montano*, quo tenerius est, et stigmatate, quod ibi quadripartitum, potissimum differt. An species distincta sit, adhuc

interjudicis est. In montosis Circ. Sanoc. E. C. Floret Augusto, Septembri.

Ad CL. VIII. Monogyniam.

683. *GYPSOPHILA dichotoma* (post *G. fastigiatam* inserenda) foliis linearibus subcarnosis triquetris acutis, caule erecto dichotomo, ramis compressis glabris, petalis oblongis patentibus, stylis stamina aequantibus. NOBIS.

Glaberrima, glauca. Caulis sesquipedalis erectus, superne dichotomus, ramis parum patentibus, teres, infra genicula incrassata a foliorum carina decurrente quidquam anceps, uti in *Hyperico perforato*. Rami compressi, basi semiteretes. Folia inferiora 2 — 2 1/2 pollicaria, vix ultra lineam lata, geniculis longiora; superiora proportionatim minora et geniculis multo breviora, supra plana, subtus carinata, basi parum attenuata, amplexicaulia, subconnata membranula vaginante brevissima, exsiccata dorso trinervia; summa, bractearum vices gerentia, brevissima, 2 — 2 1/2 linearum, lateribus albida membranacea, praecipue versus basin, apice obtusa. Pedunculi ex dichotomia orti, basi compressi versus calyces incrassantur et quinquangulares fiunt; dum florent articulo ramulorum lateralium longiores, qui dein ultra pedunculum elongantur et iterum in pedunculum medium et ramulos duos laterales dividuntur. Calyces campanulati, quinquefidi, angulati, angulis sca-

briusculis, laciniis obtusis, medio viridibus, lateribus albis membranaceis. Petala oblonga, obtusa, in unguis attenuata, calyce duplo longiora, alba, plana, nunquam revoluta. Stamina filiformia, calyce 1/2 longiora, alba, antheris rubentibus. Styli seu stigmata subulata longitudine staminum. Germe ovatum abeuns in capsulam subrotundam, quam maturam nondum vidi. In saxosis circa Jaslo Circuli ejusdem nominis E. C. Floret Augusto, Septembri.

Pentagyniam.

Ad *CERASTIUM manticum*. Segueri Veron f. 2. omnino ad hanc speciem est citanda. Ille neque caulem strictum, sed debilem ex radice tenui fibrosa ortum, nec capsulam globosam, uti Linneus voluit, sed oblongam calyce inclusam, ore quinque dentatam depinxit. Petala magnitudine et ex observatione hujus auctoris variant, qui calyci aequalia, parum longiora et duplo longiora; integra et emarginata delineavit.

Ad CL. XII. Polygyniam.

Ad *RUBUM fruticosum*. Vulgarem foliis subtus tomentosis in sylvis Cracoviae floribus plenis detexit D. Polaczek, floribus simplicibus in Circ. Jaslensi D. E. Christiani. Habere alterum pro *R. corylifolio*, at folia quinata et caules steriles angulati obstant. Ulteriori itaque examini est subjiciendus.

Ad CL. XIII. Monogyniam.

CCLI. *GLAUCIUM*. Gaertner.

(Inserendum post *Chelidonium*)

Cal. diphyllus. Cor. tetrapetala. Caps.
siliquosa bi-trilocularis linearis, 2 — 3 valvis.
Sem. plurima punctata (receptaculo immersa.)
SMITH.

684. *G. corniculatum* foliis sessilibus pin-
natifidis, caule hispido. WILLD. sub *Che-
lidonio*.

Flores rubro-lutei. Fructus setosi. In
arvis DZK.

M o n e n d u m.

Plura nomina polonica erronee impressa
esse, mihi non inculpent. Characteres typo-
graphici literarum polonicarum magnitudinis
hujus, qualis necessarii fuissent, defecere et
tempus breve illorum primo parationem non
admisit.

I n d e x

Specierum et Synonymorum appposito
nomine illorum auctoris. *)

<i>Acer</i> campestre <i>Linne.</i>	465
— planatoides. <i>L.</i>	464
— Pseudoplatanus <i>L.</i>	463
— tataricum <i>Pallas</i>	462
<i>Aconitum</i> Cammarum <i>L.</i>	632
— <i>Lycoctonum</i> β. Fl. Dan.	633
— <i>Napellus</i> <i>Jacq.</i>	631
— neomontanum <i>Koelle.</i>	631
— septentrionale <i>Koelle.</i>	633
<i>Acorus</i> Calamus <i>L.</i>	412
<i>Actaea</i> spicata <i>L.</i>	621

*) Synonyma litteris minoribus exprimi cu-
ravi. Numeri apppositi designant nume-
rum speciei.

<i>Adonis apennina</i> Jacq.	653
— <i>autumnalis</i> Willd.	652
— <i>citrina</i> Hoffm.	652
— <i>miniata</i> Jacq.	652
— <i>vernalis</i> Gmel.	653
<i>Adoxa Moschatellina</i> L.	480
<i>Aegopodium Podagraria</i> L.	376
<i>Aethusa Cynapium</i> L.	358
<i>Agri-monia Eupatoria</i> L.	559
<i>Agrostemma Githago</i> L.	539
<i>Agrostis alba</i> Willd.	80
— <i>alpina</i> Willd.	78
— <i>arundinacea</i> Willd.	85
— <i>diffusa</i> Host.	80
— <i>pumila</i> Willd.	79
— <i>spica venti</i> L.	77
— <i>sylvatica</i> Fl. d. Wett.	79
— <i>sylvatica</i> Host.	82
— <i>varia</i> Host.	81
— <i>vulgaris</i> With.	79
<i>Aira aquatica</i> L.	97
— <i>caerulea</i> Fl. Dan.	104
— <i>caespitosa</i> L.	98
— <i>canescens</i> L.	101
— <i>carophyllea</i> L.	100
— <i>cristata</i> L.	96
— <i>flexuosa</i> L.	99
<i>Alchemilla Apbanes</i> Leers.	180
— <i>vulgaris</i> L.	179
<i>Alisma Plantago</i> L.	444
<i>Allium angulosum</i> L.	396
— <i>oleraceum</i> Gort.	394
— <i>paniculatum</i> Scop.	393
— <i>Scorodoprasum</i> A.	391

<i>Allium senescens</i> L.	395
— <i>Sphaerocephalon</i> Michael.	392
<i>Alopecurus geniculatus</i> L.	70
— <i>pratensis</i> L.	69
<i>Alsine media</i> Willd.	525
<i>Anagallis arvensis</i> L.	228
— <i>caerulea</i> .	677
<i>Anchusa Barrelieri</i> B.	199
— <i>officinalis</i>	198
<i>Andropogon Ischaemum</i> L.	87
<i>Androsace elongata</i> Jacq.	216
— <i>septentrionalis</i> L.	217
<i>Anemone alpina</i> L.	641
— <i>Hepatica</i> L.	637
— <i>nemorosa</i> L.	643
— <i>patens</i> Gmel.	638
— <i>pratensis minor</i> B.	640
— <i>Pulsatilla</i> L.	639
— <i>ranunculoides</i> L.	644
— <i>sylvestris</i> L.	642
<i>Angelica Archangelica</i> L.	307
— <i>sylvestris</i> Willd.	350
<i>Anthericum calyculatum</i> L.	443
— <i>ramosum</i> L.	405
<i>Anthoxanthum odoratum</i> L.	42
<i>Anthriscus vulgaris</i> Pers.	680
<i>Aphanes arvensis</i> L.	180
<i>Aquilegia vulgaris</i> L.	635
<i>Arbutus Uva Ursi</i> L.	486
<i>Arenaria graminifolia</i> Schrad.	532
— <i>rubra</i> Roth.	533
— <i>serpyllifolia</i> L.	531
— <i>trinervis</i> L.	530
<i>Arundo Calamagrostis</i> Schleich.	84

<i>Arundo colorata</i> Willd.	72
— <i>Epigeios</i> Schrad.	83
— <i>Phragmites</i> L.	135
— <i>sylvatica</i> Schrad.	85
<i>Asarum europaeum</i> L.	554
<i>Asclepias Vincetoxicum</i> Willd.	292
<i>Asparagus officinalis</i> L.	406
<i>Asperugo procumbens</i> L.	210
<i>Asperula Aparine</i> B.	152
— <i>cynanchica</i> Pollich.	155
— <i>odorata</i> L.	153
— <i>tinctoria</i> L.	154
<i>Astrantia major</i> L.	324
<i>Antham ntha Cervaria</i> Willd.	336
— <i>Libanotis</i> L.	337
— <i>Oreoselinum</i> Willd.	335
<i>Atriplex albicans</i> B.	305
— <i>hortensis</i> L.	304
— <i>laciniata</i> L.?	306
— <i>patula</i> L.?	307
— <i>rosea</i> Willd.	305
<i>Atropa Belladonna</i> L.	274
<i>Avena bulbosa</i> Pers.	93
— <i>dubia</i> Hoffm.	136
— <i>elatior</i> Willd.	92
— <i>pubescens</i> L.	137
— <i>tenuis</i> . Moench.	136
<i>Berberis vulgaris</i> L.	428
<i>Blitum chenopodioides</i> <i>Encycl. meth.</i>	5
<i>Briza media</i> L.	118
<i>Bromus arvensis</i> L.	131
— <i>gracilis</i> Willd.	128
— <i>inermis</i> L.	132
— <i>mollis</i> L.	130

<i>Bromus pinnatus</i> Willd.	127
— <i>secalinus</i> L.	129
— <i>sterilis</i> L.	134
— <i>sylvaticus</i> Host.	122
— <i>tectorum</i> L.	133
<i>Buglossum Barrelieri</i> Allion.	100
<i>Bupleurum falcatum</i> Scop.	326
— <i>rotundifolium</i> L.	325
<i>Butomus umbellatus</i> L.	482
<i>Calamagrostis Epigeios</i> Roth.	83
— <i>Schleicheri</i> B.	84
— <i>sylvatica</i> Roth.	85
<i>Callitriche autumnalis</i> L.	4
— <i>intermedia</i> . Schkuhr.	3
<i>Caltha palustris</i> L.	673
<i>Campanula bononiensis</i> L.	238
— <i>Cervaria</i> L.	241
— <i>glomerata</i> L.	240
— <i>lilifolia</i> L.	236
— <i>patula</i> L.	234
— <i>persicifolia</i> L.	235
— <i>pusilla</i> Jacq.	233
— <i>Rapunculooides</i> L.?	237
— <i>Rapunculus Fl. Dan.</i>	233
— <i>rotundifolia</i> L.	233
— <i>Schleicheri</i> Villars.	233
— <i>sibirica</i> Gmel.	242
— <i>Trachelium</i> L.	239
— <i>uniflora</i> Fl. Dan.	233
<i>Carum Carvi</i> L.	371
<i>Caucalis Anthriscus</i> Roth.	328
— <i>leptophylla</i> L.	678
— <i>daucoides</i> L.	327
— <i>nodosa</i> Roth.	679

<i>Cerastium alpinum</i> L.	548
— <i>aquaticum</i> L.	551
— <i>arvense</i> L.	547
— <i>manticum</i> L.	550
— <i>ovale</i> Pers.	545
— <i>semidecandrum</i> L.	546
— <i>sylvaticum</i> Waldst. et Kit.	549
— <i>vulgatum</i> Pers.	544
— <i>vulgatum</i> Smith.	545
— <i>viscosum</i> Smith.	544
<i>Cerfolium sativum</i> Pers.	362
— <i>sylvestre</i> Rivin.	361
<i>Cerinthe minor</i> L.	269
<i>Chaerophyllum aromaticum</i> L.	366
— <i>aureum</i> L.	681
— <i>bulbosum</i> L.	363
— <i>hirsutum</i> Willd.	365
— <i>palustre</i> Pers.	365
— <i>sylvestre</i> Willd.	361
— <i>temulum</i>	364
<i>Chara hispida</i> L.	2
<i>Chelidonium corniculatum</i> Willd.	684
— <i>majus</i> L.	622
<i>Chenopodium album</i> L.	313
— <i>Bonus Henricus</i> L.	308
— <i>glaucum</i> L.	312
— <i>hybridum</i> L.	311
— <i>murale</i> L.	310
— <i>olidum</i> Curt.	315
— <i>polyspermum</i> L.	316
— <i>Scoparia</i> L.	317
— <i>urbicum</i> L.	309
— <i>viride</i> L.	314
— <i>Vulvaria</i> Willd.	315

<i>Chironia Centaurium</i> Willd.	293
— <i>ramosissima</i> Hoffm.	294
<i>Chrysosplenium alternifolium</i> L.	465
<i>Cicuta virosa</i> L.	357
<i>Cimicifuga foetida</i> L.	634
<i>Circaea alpina</i> L.	11
— <i>intermedia</i> Ehrh.	10
— <i>lutetiana</i> L.	9
<i>Cistus Helianthemum</i> Willd.	629
<i>Clematis erecta</i> L.	646
<i>Colchicum autumnale</i> L.	442
<i>Comarum palustre</i> L.	620
<i>Conium maculatum</i> L.	330
<i>Convallaria bifolia</i> Willd.	169
— <i>majalis</i> L.	407
— <i>multiflora</i> L.	410
— <i>Polygonatum</i> L.	409
— <i>verticillata</i> L.	408
<i>Convolvulus arvensis</i> L.	229
— <i>sepium</i> L.	230
<i>Coriandrum sativum</i> L.	360
<i>Cornus sanguinea</i> L.	176
<i>Crataegus monogyna</i> Willd.	582
— <i>Oxyacantha</i> Willd.	581
<i>Cucubalus bacciferus</i> L.	514
— <i>Behen</i> Willd.	519
— <i>Behen repens</i> Fl. Dan.	520
— <i>Otites</i> Willd.	518
<i>Cuscuta europaea</i> Willd.	181
— <i>vulgaris</i> Pers.	—
<i>Cynoglossum officinale</i> L.	200
— <i>Scopioides</i> Jacq.	202
— <i>sylvaticum</i> Henke.	201
<i>Cynosurus caeruleus</i> Willd.	106

— cristatus L.	120
— durus Willd.	109
Cyperus flavescens L.	55
— fuscus L.	56
Dactylis glomerata L.	119
Daphne Cneorum Poll.	460
— Mezereum L.	459
Datura Stramonium L.	271
Daucus Carota L.	329
Delphinium Consolida L.	630
Dictamnus albus L.	483
Dianthus Armeria L.	507
— atrorubens Allion.	506
— barbatus L.	503
— Carthusianorum	505
— collinus Waldst. et Kit.	504
— deltoites L.	510
— hongaricus Pers.	512
— profifer L.	508
— serotinus Waldst. et Kit.	512
— superbus L.	511
— sylvestris Wulf.	509
Dipsacus laciniatus Pollich.	145
— pilosus L.	146
— sylvestris L.	144
Drosera rotundifolia L.	387
Echium rubrum Jacq.	213
— violaceum L.	215
— vulgare L.	214
Elatine Alsinastrum L.	481
Epilobium angustifolium L.	447
— angustissimum Web.	448
— hirsutum L.	449

Epilobium montanum L.	451
— palustre L.	453
— pubescens Willd.	450
— roseum Schreb.	682
— tetragonum Sauvage	452
— villosum Aiton.	450
Erica vulgaris L.	458
Eriophorum angustifolium Roth.	64
— latifolium Hoppe.	65
— polystachion Curt.	64
Fryngium campestre L.	322
— planum L.	321
Erythraea Centaurium Richard.	293
— ramosissimum Rich.	294
Euphorbia angulata Jacq.	584
— carniolica Jacq.	562
— Cyparissias.	572
— degener L.	572
— dulcis L.	563
— Esula L.	571
— exigua L.	561
— Helioscopia L.	566
— platiphyllos L.	570
— salicifolia Host.	569
— segetalis L.	565
— sylvatica Jacq.	567
— villosa Waldst. et Kit.	568
Evonymus verrucosus Jacq.	282
— vulgaris L.	281
Fedia dentata Fl. d. Wett.	47
— olitoria Gaertn.	46
Ferula nodiflora	441
Festuca decumbens Willd.	117
— duriuscula Willd.	124

<i>Festuca elatior</i> Curt. Host.	126
— <i>fluitans</i> Willd.	108
— <i>glauca</i> Lam.	122
— <i>gracilis</i> Moench.	128
— <i>heterophylla</i> Haenki.	125
— <i>hirsuta</i> Host.	121
— <i>ovina</i> var. β . Schrad.	121
— <i>pinnata</i> Moench.	127
— <i>pratensis</i> Schrad.	126
— <i>rubra</i> L.	116
<i>Ficaria ranunculoides</i> Mönch.	654
<i>Fragaria Vesca</i> L.	603
<i>Fraxinus excelsior</i> L.	8
<i>Fritillaria Meleagris</i> L.	398
<i>Galanthus nivalis</i> L.	399
<i>Galium Aparine</i> L.	168
— <i>boreale</i> L.	165
— <i>glaucum</i> Jacq.	163
— <i>infestum</i> Waldst. et Kit.	167
— <i>Mollugo</i> L.	161
— <i>rotundifolium</i> L.	166
— <i>palustre</i> L.	159
— <i>spurium</i> Willd.	153
— <i>spurium</i> Roth.	676
— <i>sylvaticum</i> L.	162
— <i>tricornis</i> Smith.	158
— <i>uliginosum</i> L.	164
— <i>verum</i> L.	160
<i>Gentiana asclepiadea</i> L.	296
— <i>campestris</i> Pallas.	299
— <i>Centaurium</i> L.	293
— <i>Centaurium</i> β . L.	294
— <i>ciliata</i> L.	301
— <i>cruciata</i> L.	298

Gen-

<i>Gentiana germanica</i> Willd.	300
— <i>lancifolia</i> Rafn.	300
— <i>Pneumonanthe</i> L.	297
— <i>pratensis</i> Froelich.	290
<i>Geum montanum</i> L.	619
— <i>rivale</i> L.	618
— <i>urbanum</i> L.	617
<i>Glaucium</i> <i>communis</i> L.	49
— <i>galiciensis</i> Schult.	50
<i>Glaucium corniculatum</i> Gaertn.	684
<i>Gratiola officinalis</i> L.	35
<i>Gypsophyla dichotoma</i> B.	683
— <i>fastigiata</i> L.	499
— <i>muralis</i> L.	498
— <i>Saxifraga</i> Willd.	500
<i>Hedera Helix</i> L.	288
<i>Helianthemum vulgare</i> Pers.	629
<i>Helleborus purpurascens</i> Waldst. et Kit.	672
<i>Helonias borealis</i> Willd.	443
<i>Heracleum alpinum</i> L.	348
— <i>angustifolium</i> Jacq.	345
— <i>angustifolium</i> β Willd.	346
— <i>elegans</i> Jacq.	347
— <i>flavescens</i> Willd.?	345
— <i>longifolium</i> Jacq.	346
— <i>Sphondylium</i> L.	344
<i>Herniaria glabra</i> L.	302
— <i>hirsuta</i> Haller.	303
<i>Hippuris vulgaris</i> L.	1
<i>Holcus avenaceus</i> Scop.	92
— <i>bulbosus</i> B.	93
— <i>lanatus</i> L.	95
— <i>mollis</i> L.	94

R

<i>Holosteum umbellatum.</i>	143
<i>Hordeum murinum L.</i>	142
<i>Hottonia palustris L.</i>	223
<i>Hyacinthus comosus Scop.</i>	411
<i>Hyoscyamus niger L.</i>	272
— <i>Scopolia Scop.</i>	273
<i>Jasione montana Lam.</i>	232
<i>Impatiens Noli tangere L.</i>	247
<i>Imperatoria flavescens. B.</i>	351
— <i>palustris B.</i>	352
— <i>sylvestris Decandolle.</i>	350
<i>Iris graminea L.</i>	54
— <i>Pseudacorus L.</i>	52
— <i>pumila L.</i>	51
— <i>sibirica L.</i>	53
<i>Isopyrum thalictroides L.</i>	671
<i>Juncus acutiflorus Ehrh.</i>	417
— <i>adscendens. Host.</i>	417
— <i>articulatus Willd.</i>	419
— <i>atratus Krock.</i>	418
— <i>bufonius L.</i>	422
— <i>bulbosus L.</i>	421
— <i>campestris L.</i>	426
— <i>conglomeratus L.</i>	414
— <i>effusus L.</i>	415
— <i>erectus B.</i>	419
— <i>erectus Pers.?</i>	427
— <i>glaucus Sibth.</i>	413
— <i>maximus Retz</i>	424
— <i>nemorosus Host.</i>	427
— <i>obtusiflorus Ehrh.</i>	419
— <i>pilosus L.</i>	423
— <i>squarrosus L.</i>	416
— <i>subverticillatus Willd.</i>	420

<i>Juncus sylvaticus Host.</i>	419
— <i>sylvaticus Willd.</i>	417
— <i>uliginosus Smith.</i>	420
<i>Köhleria cristata Pers.</i>	96
<i>Laserpitium latifolium L.</i>	342
— <i>prutenicum L.</i>	343
<i>Sedum palustre L.</i>	485
<i>Leersia orizoides Swartz.</i>	71
<i>Ligusticum austriacum Jacq.</i>	349
<i>Ligustrum vulgare L.</i>	6
<i>Lilium Martagon L.</i>	397
<i>Linum catharticum L.</i>	386
— <i>flavum Jacq.</i>	385
— <i>Radiola Willd.</i>	182
— <i>usitatissimum L.</i>	384
<i>Lithospermum arvense L.</i>	196
— <i>officinale L.</i>	195
— <i>purpureo-caeruleum L.</i>	197
<i>Lolium perenne L.</i>	140
— <i>temulentum L.</i>	141
— <i>tenuis Willd.</i>	140
<i>Lonicera nigra Roy.</i>	263
— <i>Xylosteum Roy.</i>	262
<i>Lychnis dioica a Willd.</i>	542
— <i>dioica β Willd.</i>	543
— <i>diurna Sibth.</i>	542
— <i>Flos cuculi L.</i>	540
— <i>vespertina Sibth.</i>	543
— <i>Viscaria Gmel.</i>	541
<i>Lycopsis arvensis L.</i>	212
— <i>pulla Jacq.</i>	211
<i>Lycopus europaeus L.</i>	36
<i>Lysimachia nemorum L.</i>	226
— <i>Nammularia L.</i>	227

— thyrsoflora L.	225
— vulgaris L.	224
<i>Lythrum Hyssopifolia</i> Willd.	558
— hyssopifolium	—
— Salicaria L.	556
— virgatum L.	557
<i>Mayanthemum Convallaria</i> Roth.	169
<i>Melica altissima</i> L.	105
— caerulea L.	104
— ciliata L.	102
— nutans L.	103
<i>Menyanthes trifoliata</i> L.	222
<i>Mespilus Cotoneaster</i> L.	580
— monogyna B.	582
— <i>Oxyacantha</i> Smith.	581
<i>Meum Mutellina</i> Smith.	359
<i>Milium effusum</i> L.	76
<i>Monotropa Hypopithys</i> L.	484
<i>Myosotis arvensis</i> Roth.	192
— Lappula L.	194
— montana B.	191
— obtusa Waldst. et Kit.	199
— palustris Roth.	190
— <i>scorpioides</i> Willd.	190
— <i>scorpioides</i> Krock.	193
— <i>sepium</i> Cat. H. B. Crac. }	193
— <i>sparsiflora</i> Mikan. jun. }	191
— <i>sylvatica</i> Ehrh.	388
<i>Myosurus minimus</i> L.	390
<i>Narcissus poeticus</i> L.	66
<i>Nardus stricta</i> L.	636
<i>Nigella arvensis</i> L.	626
<i>Nymphaea alba</i> L.	625
— lutea L.	

<i>Oenothera biennis</i> L.	446
<i>Ornithogalum luteum</i> E.	400
— <i>minium</i> L.	401
— <i>nutans</i> L.	403
— <i>umbellatum</i> L.	402
<i>Oxalis Acetosella</i> L.	537
— <i>stricta</i> L.	538
<i>Oxycoccus palustris</i> Pers.	454
<i>Panicum ciliare</i> Willd.	68
— <i>Crus galli</i> L.	91
— <i>glaucum</i> L.	90
— <i>sanguinale</i> Willd.	67
— <i>verticillatum</i> L.	88
— <i>viride</i> L.	89
<i>Papaver Argemone</i> L.	623
— <i>Rhoeas</i> L.	624
<i>Parietaria officinalis</i> L.	178
<i>Paris quadrifolia</i> L.	479
<i>Parnassia palustris</i> L.	383
<i>Pastinaca sativa</i> L.	370
<i>Peplis Portula</i> L.	429
<i>Peucedanum alsaticum</i> L.	339
— <i>officinale</i> L.	338
— <i>Silaus</i> L.	340
<i>Phalaris arundinacea</i> L.	72
— <i>phleoides</i> Willd.	75
<i>Phellandrium aquaticum</i> L.	356
— <i>Mutellina</i> Willd.	359
<i>Phleum alpinum</i> L.	74
— <i>Boehmeri</i> Wibel	75
— <i>pratense</i> L.	73
<i>Physalis Alkekengi</i> L.	275
<i>Phyteuma canescens</i> Waldst. et Kit.	246
— <i>ovatum</i> Schmidt.	245

Phyteuma orbiculare <i>Grim.</i>	243
— spicatum <i>Pollich.</i>	244
Pimpinella dioica L.	375
— magna <i>Poll.</i>	374
— nigra <i>Willd.</i>	373
— Saxifraga L.	372
Plantago altissima <i>Jacq.</i>	172
— arenaria <i>Wald. et Kit.</i>	174
— lanceolata L.	173
— major L.	170
— media L.	171
Poa annua L.	116
— aquatica L.	107
— bulbosa L.	675
— compressa L.	115
— cristata <i>Willd.</i>	96
— decumbens <i>Scop.</i>	117
— dura <i>Scop.</i>	109
— fertilis <i>Host.</i>	113
— fluitans <i>Scop.</i>	108
— nemoralis L.	114
— pratensis L.	112
— sudetica <i>Schrad.</i>	113
— serotina <i>Haenke.</i>	110
— trivialis L.	111
Polemonium caeruleum L.	231
Polycnemum arvense L.	48
Polygonum Amphibium <i>Oeder.</i>	467
— arenarium <i>Waldst. et Kit.</i>	474
— aviculare L.	475
— Bistorta L.	473
— Convolvulus <i>Gmel.</i>	477
— dumetorum <i>Gmel.</i>	478
— Fagopyrum L.	476

Polygonum Hydropiper L.	471
— incanum <i>Schmidt.</i>	470
— lapathifolium L.	468
— minus <i>Ait.</i>	472
— Persicaria L.	469
Portulacca Oleracea L.	555
Potamogeton compressum L.	186
— crispum L.	135
— lucens L.	184
— marinum L.	137
— natans L.	183
— pectinatum <i>Smith.</i>	137
— pusillum L.	188
Potentilla alba L.	613
— anserina L.	604
— argentea L.	608
— aurea L.	612
— canescens B.	607
— galiciana <i>Cat. H. B. Crac.</i>	610
— norvegica L.	615
— opaca L.	610
— patula <i>Waldst. et Kit.</i>	609
— recta L.	606
— reptans L.	614
— supina L.	605
— verna L.	611
Primula elatior <i>Jacq.</i>	219
— veris L.	218
Prunus avium L.	577
— infiticia L.	578
— Padus <i>Gmel.</i>	576
— spinosa L.	579
Pulmonaria angustifolia L.	203
— azurea B.	205

<i>Pulmonaria officinalis</i> L.	204
<i>Pyrola minor</i> L.	486
— <i>rotundifolia</i> L.	487
— <i>secunda</i> L.	489
— <i>umbellata</i> L.	491
— <i>uniflora</i> L.	490
<i>Pyrus Aucuparia</i> Smith.	586
— <i>Malus</i> L.	585
— <i>Pyraster</i> L.	584
<i>Radiola Millegrana</i> Smith.	182
<i>Ranunculus aconitifolius</i> L.	660
— <i>acris</i> L.	665
— <i>aquatilis</i> L.	669
— <i>arvensis</i> L.	667
— <i>Auricomus</i> L.	658
— <i>bulbosus</i> L.	661
— <i>cassubicus</i> L.	657
— <i>falcatus</i> L.	668
— <i>Ficaria</i> Willd.	654
— <i>Flammula</i> L.	656
— <i>heterophyllus</i> Pers.	668
— <i>hirsutus</i> Curt.	661
— <i>lanuginosus</i> Oed.	666
— <i>Lingua</i> L.	656
— <i>Philanotis</i> Retz.	662
— <i>polyanthemus</i> L.	664
— <i>repens</i> L.	663
— <i>sceleratus</i> L.	659
<i>Reseda lutea</i> L.	560
<i>Rhamnus catharticus</i> L.	279
— <i>Frangula</i> L.	280
<i>Ribes alpinum</i> L.	284
— <i>Grossularia</i> L.	286
— <i>hybridum</i> B.	286

<i>Ribes nigrum</i> L.	285
— <i>rubrum</i> L.	283
— <i>Uva crispa</i> L.	288
<i>Rosa alpina</i> Gmel.	594
— <i>canina</i> L.	597
— <i>cinnamomea</i> L.	590
— <i>collina</i> Jacq.	598
— <i>pumila</i> L.	595
— <i>rubiginosa</i> Jacq.	593
— <i>solstitialis</i> B.	596
— <i>tomentosa</i> Smith.	592
— <i>villosa</i> L.	591
<i>Rubus caesius</i> L.	600
— <i>fruticosus</i> L.	601
— <i>Idaeus</i> L.	599
— <i>saxatilis</i> L.	602
<i>Rumex Acetosa</i> L.	438
— <i>Acetosella</i> L.	440
— <i>acutus</i> L.	435
— <i>alpinus</i> L.	437
— <i>arifolius</i> Allion.	439
— <i>crispus</i> L.	433
— <i>Hydrolapathum</i> Ail.	432
— <i>maritimus</i> Hoffm.	434
— <i>obtusifolius</i> Gmel.	436
— <i>palustris</i> Smith.	434
<i>Sagina procumbens</i> L.	189
<i>Salvia glutinosa</i> L.	40
— <i>pendula</i> Vahi.	41
— <i>pratensis</i> L.	38
— <i>sylvestris</i> L.	37
— <i>verticillata</i> L.	39
<i>Sambucus Ebulus</i> L.	379
— <i>nigra</i> L.	380

<i>Sambucus racemosa Gmel.</i>	381
<i>Sanguisorba officinalis L.</i>	175
<i>Sanicula europaea L.</i>	323
<i>Saponaria officinalis L.</i>	501
— <i>Vaccaria L.</i>	502
<i>Saxifraga aizoon Murray</i>	492
— <i>granulata L.</i>	494
— <i>Hirculus L.</i>	493
— <i>Tridactylites L.</i>	495
<i>Scabiosa arvensis L.</i>	148
— <i>ochroleuca Jacq.</i>	150
— <i>succisa L.</i>	147
— <i>sylvatica Poll.</i>	149
<i>Scandix Anthriscus Jacq.</i>	680
— <i>Cerfolium Willd.</i>	362
<i>Schoenus albus L.</i>	674
<i>Schollera Oxycoccus Hayne.</i>	454
<i>Scilla bifolia L.</i>	404
<i>Scirpus acicularis L.</i>	59
— <i>caricinus Schrad.</i>	60
— <i>Caricis Willd.</i>	60
— <i>lacustris L.</i>	61
— <i>maritimus L.</i>	62
— <i>ovatus Roth.</i>	58
— <i>palustris L.</i>	57
— <i>sylvaticus L.</i>	63
<i>Scleranthus annuus L.</i>	496
— <i>perennis L.</i>	497
<i>Scribæa divaricata Fl. d. Wett.</i>	514
<i>Sedum acre L.</i>	536
— <i>hexangulare L.</i>	535
— <i>Telephium L.</i>	534
<i>Selinum Carvifolia L.</i>	334
— <i>Cervaria Vest.</i>	336

— <i>intermedium B.</i>	333
— <i>Oreoselinum Vest.</i>	335
— <i>palustre L.</i>	331
— <i>palustre Fl. Dan.?</i>	333
— <i>Schiwerekii B.</i>	332
— <i>sylvestre Jacq.</i>	331
<i>Sempervivum hirtum L.</i>	574
— <i>montanum L.</i>	575
— <i>tectorum L.</i>	573
<i>Seseli annuum L.</i>	368
— <i>tortuosum Gmel.</i>	369
<i>Sesleria caerulea Arduin.</i>	106
<i>Sherardia arvensis L.</i>	151
<i>Silene alpestris L.</i>	523
— <i>Armeria L.</i>	522
— <i>baccifera Willd.</i>	514
— <i>chlorantha Ehrh.</i>	516
— <i>gallica L.</i>	515
— <i>inflata Smith.</i>	519
— <i>maritima Willd.</i>	520
— <i>noctiflora Poll.</i>	521
— <i>nutans L.</i>	517
— <i>Otites Smith.</i>	518
<i>Sium angustifolium Jacq.</i>	354
— <i>Falcaria L.</i>	355
— <i>latifolium L.</i>	353
— <i>nodiflorum Fl. Dan.</i>	354
<i>Solanum Dulcamara L.</i>	276
— <i>judaicum B.</i>	278
— <i>nigrum L.</i>	277
<i>Soldanella alpina Schmidt.</i>	220
— <i>alpina Jacq.</i>	221
— <i>Closii Schmidt.</i>	221
<i>Sorbus Aucuparia Willd.</i>	586

<i>Spergula arvensis</i> L.	552
— <i>glandulosa</i> B.	553
<i>Spiraea Aruncus</i> Gmel.	587
— <i>Filipendula</i> L.	588
— <i>Ulmaria</i> L.	589
<i>Staphylaea pinnata</i> L.	382
<i>Stellaria Alsine</i> Willd.	529
— <i>graminea</i> Gmel.	527
— <i>Holostea</i> Gmel.	526
— <i>lateriflora</i> Krock.	52
— <i>media</i> Smith.	525
— <i>nemorum</i> L.	524
— <i>palustris</i> Retz.	528
— <i>uliginosa</i> Roth.	529
<i>Stellera passerina</i> L.	461
<i>Stipa pennata</i> L.	86
<i>Streptopus distortus</i> , Michaux	399
<i>Swertia perennis</i> L.	295
<i>Symphytum cordifolium</i> Willd.	208
— <i>officinale</i> Willd.	206
— <i>pannonicum</i> Pers.	208
— <i>patens</i> Sibth.	206
— <i>tuberosum</i> Jacq.	207
<i>Syntherisma ciliare</i> Schrad.	68
— <i>vulgare</i> Schrad.	67
<i>Syringa vulgaris</i> L.	7
<i>Tamarix germanica</i> L.	513
<i>Thalictrum angustifolium</i> Jacq.	649
— <i>aquilegifolium</i> L.	651
— <i>flavum</i> L.	650
— <i>majus</i> Jacq.	647
— <i>minus</i> L.	648
<i>Thesium alpinum</i> Jacq.	290
— <i>intermedium</i> Schrad.	289

<i>Thesium Lynophyllum</i> β Willd.	289
<i>Tilia cordifolia</i> Schmidt.	627
— <i>europaea</i> α Willd.	627
— <i>grandifolia</i> Hoffm.	627
— <i>parvifolia</i> Hoffm.	628
<i>Tofieldia palustris</i> Smith.	443
<i>Tordylium Anthriscus</i> Jacq.	328
— <i>nodosum</i> Jacq.	679
<i>Tormentilla erecta</i> L.	616
<i>Trapa natans</i> L.	177
<i>Trichodium alpinum</i> Schrad.	78
<i>Trientalis europaea</i> L.	445
<i>Triglochin palustre</i> L.	441
<i>Triticum intermedium</i> Host.	139
— <i>repens</i> L.	138
<i>Trollius europaeus</i> L.	670
<i>Ulmus campestris</i> Willd.	318
— <i>effusa</i> Roth.	320
— <i>suberosa</i> Ehrh.	319
<i>Uvularia amplexifolia</i> Willd.	399
<i>Vaccinium Myrtillus</i> L.	455
— <i>Oxycoccus</i> Willd.	454
— <i>uliginosum</i> L.	456
— <i>Vitis Idaea</i> L.	457
<i>Valeriana dentata</i> Willd.	47
— <i>dioica</i> L.	43
— <i>officinalis</i> L.	44
— <i>Olitoria</i> Willd.	46
— <i>tripteris</i> L.	45
<i>Valantia cruciata</i> L.	155
— <i>glabra</i> L.	157
— <i>tricornis</i> Roth.	158
<i>Veratrum album</i> L.	431
— <i>nigrum</i> L.	430

<i>Verbascum album Moench.</i>	267
— <i>Blattaria L.</i>	270
— <i>Lychnitis Moench.</i>	266
— <i>Lychnitis Smith.</i>	267
— <i>Lychnitis</i> β <i>Willd.</i>	267
— <i>nigrum L.</i>	268
— <i>phlomoides L.?</i>	265
— <i>phoeniceum L.</i>	269
— <i>Thapsoides. Cat. H. B. Crac.</i>	265
— <i>Thapsus L.</i>	264
— <i>Thapsus Vietz.</i>	265
<i>Veronica agrestis L.</i>	30
— <i>Anagallis L.</i>	19
— <i>arvensis L.</i>	29
— <i>austriaca L.</i>	28
— <i>Beccabunga L.</i>	20
— <i>Chamaedrys L.</i>	23
— <i>cristata Bern.</i>	13
— <i>dentata Schmidt.</i>	26
— <i>filiformis Smith?</i>	31
— <i>foliosa Waldst. et Kit.</i>	16
— <i>hederifolia L.</i>	32
— <i>incana L.</i>	14
— <i>latifolia L.</i>	25
— <i>longifolia L.</i>	15
— <i>maritima Willd.</i>	15
— <i>montana L.</i>	22
— <i>neglecta Vahl.</i>	14
— <i>officinalis L.</i>	21
— <i>orchidea Crantz.</i>	13
— <i>prostrata L.</i>	27
— <i>Pseudochamaedrys Jacq.</i>	23
— <i>scutellata L.</i>	18
— <i>serpyllifolia L.</i>	17

— <i>spicata L.</i>	12
— <i>triphyllos L.</i>	33
— <i>urticaefolia Jacq.</i>	24
— <i>verna L.</i>	34
<i>Viburnum Lantana L.</i>	377
— <i>Opulus L.</i>	378
<i>Vinca minor L.</i>	291
<i>Vincetoxicum vulgare Moench.</i>	292
<i>Viola alba B.</i>	251
— <i>bicolor Hoffm.?</i>	258
— <i>biflora L.</i>	254
— <i>canina L.</i>	255
— <i>declinata. Waldst. et Kit.</i>	261
— <i>hirta L.</i>	249
— <i>lancifolia Decandolle.?</i>	256
— <i>lutea Smith.</i>	260
— <i>mirabilis Jacq.</i>	253
— <i>montana L.</i>	257
— <i>odorata L.</i>	250
— <i>palustris L.</i>	252
— <i>primulifolia Cat. H. B. Crac.</i>	248
— <i>saxatilis Schmidt.</i>	260
— <i>tricolor Hoffm.</i>	258
— <i>uliginosa B.</i>	248
<i>Waldsteinia geoides Willd.</i>	583

Verbascum album <i>Moench.</i>	267
— Blattaria L.	270
— Lychnitis <i>Moench.</i>	266
— Lychnitis Smith.	267
— Lychnitis β Willd.	267
— nigrum L.	268
— phlomoides L.?	265
— phoeniceum L.	269
— Thapsoides. Cat. H. B. Crac.	265
— Thapsus L.	264
— Thapsus <i>Vietz.</i>	265
Veronica agrestis L.	30
— Anagallis L.	19
— arvensis L.	29
— austriaca L.	28
— Beccabunga L.	20
— Chamaedrys L.	23
— cristata Bern.	13
— dentata <i>Schmidt.</i>	26
— filiformis Smith?	31
— foliosa Waldst. et Kit.	16
— hederifolia L.	32
— incana L.	14
— latifolia L.	25
— longifolia L.	15
— maritima <i>Willd.</i>	15
— montana L.	22
— neglecta Vahl.	14
— officinalis L.	21
— orchidea Crantz.	13
— prostrata L.	27
— <i>Pseudochamaedrys Jacq.</i>	23
— scutellata L.	18
— serpyllifolia L.	17

— spicata L.	12
— triphyllus L.	33
— urticaefolia Jacq.	24
— verna L.	34
Viburnum Lantana L.	377
— Opulus L.	378
Vinca minor L.	291
Vincetoxicum vulgare <i>Moench.</i>	291
Viola alba B.	292
— bicolor Hoffm.?	251
— biflora L.	258
— canina L.	254
— declinata. Waldst. et Kit.	255
— hirta L.	261
— lancifolia <i>Decandolle.</i> ?	249
— lutea Smith.	256
— mirabilis Jacq.	260
— montana L.	253
— odorata L.	257
— palustris L.	250
— <i>primulifolia</i> Cat. H. B. Crac.	252
— <i>saxatilis</i> Schmidt.	248
— tricolor Hoffm.	260
— uliginosa B.	258
Waldsteinia geoides <i>Willd.</i>	248
	583

PRIMITIAE
FLORAE GALICIAE
AUSTRIACAE
UTRIUSQUE.

—
ENCHEIRIDION

AD
EXCURSIONES BOTANICAS
CONCINNATUM

A
W. S. J. G. BESSER, M. D.



—
PARTIS II.

—
DIOECIA.

—
VIENNAE, 1809.
SUMTIBUS ANT. DOLL.

Praefatio.

M. E. L. Si altera hujus opusculi pars et desideriis aliorum et votis propriis magis respondeat; id benevolentiae singulari Illustrissimi L. B. de Jacquin Junioris, qui mihi ad pretiosam ejus bibliothecam botanicam concessit aditum, debeo; hujus enim auxilio plures ob librorum defectum commissos errores et in parte prima, tum necdum praelo submissa, in quantum tempus breve et alia munera mihi imposita id permiserunt, corrigere potui. Simul gratias ago quamplurimas Doctissimis

Viris, Inclyto COMITI A WALDSTEIN, HORT
M. D., SCHMIDT PROF. BOT. in Academia
Theresiana, et TRATTINIK CUSTODI Rei Her-
bariae in Museo Caes. Reg., qui aut eorum
consiliis, aut plantis mihi communicatis, aut du-
biis solutis permulta ad operis nostri perfectio-
nem contribuerunt. Tandem Herbarium lo-
cupletissimum et illius Commentator opti-
mus SCHOTT et qua observator strenuus,
et qua plantarum cultor indefessus orbi bo-
tanico notissimus, cujus amicitiae singula-
ris semper ero memor; maximae mihi fuit
utilitatis.

Objicient mihi sane numerum generum
sine necessitate generibus exoletis et subge-
neribus a pluribus modo rejectis auxisse: id
autem ea persuasione feci, botanophilis me-
lius convenire characteres genericos pauciori-
bus solum speciebus, sed adaequate aman-
datos, quam aut tam vagi, ut plurimum ge-
nerum plantis aequae competant, aut circa

formam unius alteriusve speciei unice ver-
santes, ut reliquae excludantur. Familiae
Umbellatarum et Siliquosarum plura mihi lar-
girentur exempla, si amplae indigerem de-
monstrationis: at opinio mea iudicio et scri-
ptis confirmatur tot botanicorum celebrium,
ut illa superflua foret.

Circa Salices me nil praestitisse, et tam
paucas tantum species enumerasse, indul-
geant; nam cuilibet botanicorum difficulta-
tes hic obviae notae sunt, quibus, destitutus
horto, ubi colerentur, absque suppellectili
literario necessario, progressuum circa hi-
storiam Salicum factorum ignarus, mihi ip-
sime relictus, eo magis succubui.

Instar Appendicis adjungo 191 plantas,
quas R. Kluk in Dictionario botanico, 935
species indigenas phaenogamas praeter offi-
cinales et oeconomicas extraneas et exoticas
continente, describit et nobis nondum legere
licuit: multas enim regiones Circuli Lublineu-

sis Galiciae occidentalis diligenter perlustrasse apparet. Ob descriptiones magna pro parte incompletas, ambiguas, imo definitionibus contradicentes, optimum fore censui, si praemisso nomine darem definitionem optimam plantae sub illo nomine botanicis notae, adnexis saepius characteribus ex propriis, qui determinationem adjuvare possunt; hanc excipiet descriptio R. Klukii ex idiomate polonico translata, literis KL. signata; dum, aut scopo suo satisfacit, aut definitioni contradicendo, dubia contra ipsius determinationem movet: desideratur vero, ubi definitionem solum repetit. Inseruissem illas suo loco, nisi sero nimis huncce librum obtinuissem.

Latet adhuc Stanislao poli vir in botanica versatissimus Reverendus Milbacher Praefectus Gymnasii hujus civitatis, de quo optandum foret, ut ea, quae in Galicia et praepimis in Circulo illius nominis et regio-

nibus adjacentibus per 20 et ultra annos observavit, publico botanico sit traditurus. Incassum tentavi, ut mihi observationes suas botanicas, D. Schultes tamen similem in scopum oblatas, communicaret; etiamsi non eam cum intentione rogaverim, ut labore ipsius superbiam. Sit cuique suum: inventa ipsius in commodum scientiae et botanophilorum, quibus illas regiones perlustrare licebit, publicasse, mihi sufficisset.

Omnes plantas, quas protuli, exceptis paucissimis in herbario conservo, paratus cuilibet Botanicorum illas, si dubia circa nonnullas moveantur, ut de veritate a me dictorum se convincant, communicandi. Correctiones et emendationes semper mihi erunt gratae.

Aliorsum vocatus discedo hilari animo jam videns laborem meum non fuisse inane; atque relinquens studium Chloris Galliciae juvenibus, quibus potius dux et liber

VIII

congruus, quam voluntas botanicam excellendi, defuit.

Vindebonae XVI Calendas Martii, 1809.

Author.

DIDYNAMIA.

Gymnosperma.

* Calyces subquinquefidi.

CCLII. GLECHOMA Antherae per paria in crucem conniventes. SMITH.

CCLIII. MENTHA. Cal. quinquefidus. Cor. subaequalis quadrifida, lacinia (superiore) emarginata. Stam. erecta distantia. WILLD.

CCLIV. TEUCRIUM. Cor. labium superius nullum, fissura ejus loco, in qua stamina exserta jacent. (Cariopsides (fructus) laeves. *Syn. Fl. Gall.*) WILLD.

CCLV. AJUGA. Cor. labium superius minimum bidentatum (vel emarginatum). Stamina labio superiore longiora. (Cariopsides reticulatae. *Syn. Fl. Gall.*) WILLD.

CCLVI. PHLOMIS. Cal. pentagonus, quinquedentatus, dentibus patentibus. Cor. labium super. fornicatum incumbens stamini.

bus, subcompressum; infer. patens tripartitum longius, lacinia media maxima ovata integra. MOENCH. METH.

CCLVII. LEONURUS. Cal. pentagonus quinquedentatus, dentibus patentibus. Cor. labium superius concavum villosum integrum; inferius tripartitum minimum deflexum. Antherae punctis nitidis adpersae (Cardiaca). MOENCH. METHOD.

CCLVIII. CHAITURUS. Cal. laciniae erectae. Cor. labium superius integrum fornicatum, inferius trifidum patens: tubus longitudine calycis. Stamina tubo breviora. Host. Syn.

CCLIX. BETONICA. Cal. aristatus. Cor. labium superius adscendens, planiusculum; (inferius trifidum): tubus cylindricus. WILLD.

CCLX. LAMIUM. Cor. labium superius integrum fornicatum, inferius bilobum; faux utrinque margine dentata. WILLD.

CCLXI. GALEOPSIS. Cal. aristatus. Cor. labium superius subcrenatum, fornicatum; labium inferius supra bidentatum (dentibus cavis). HOFFM.

CCLXII. GALEOBDOLON. Cal. quinquefidus inaequalis aristatus. Cor. labium superius integerrimum fornicatum, inferius trifidum, lacinii omnibus acutis. SMITH.

CCLXIII. STACHYS. Cor. labium superius fornicatum, labium inferius (tripartitum, saepius) lateribus reflexis; lacinia intermedia majore (sub)emarginata. Stamina deflorata versus latera reflexa. WILLD.

CCLXIV. NEPETA. (Cal. aridus striatus Pers). Cor. labium inferius lacinula intermedia crenata, faux margine reflexo. Stamina approximata. WILLD.

CCLXV. BALLOTA. Cal. subhypocra-
teriformis, quinquedentatus, decemstriatus. Cor. labium superius crenatum (sub)conca-
vum. WILLD.

CCLXVI. VERBENA. Cal. quinquefidus. Cor. infundibuliformis, tubo incurvo, limbo inaequali, quinquefido. Stam. quatuor fertilia. Fructus: tectus utricularis evanidus. Sem. quatuor. PERS. Syn.

CCLXVII. MARRUBIUM. Cal. cylindricus, decemstriatus, 5-10 dentatus, dentibus 5 erectis, vel 10 alterne minoribus uncina-

natis. Cor. lab. sublineare, erectum, bifidum.
Stam. in tubo haerentia. MOENCH. METH.

CCLXVIII. ORIGANUM. Cal. cylindricus, fructifer villis clausus; basi bractea colorata. Cor. labium superius erectum planum, inferius bipartitum, laciniis inaequalibus.*)

** *Calyces bilabiati.*

CCLXIX. SCUTELLARIA. Cal. ore sub-integro: post florescentiam clauso operculo. WILLD.

CCLXX THYMUS. Cal. striatus: labio superiori tridentato: inferiori bipartito): faux villis clausus. WILLD.

CCLXXI. PRUNELLA. Cal. labium superius dilatatum subtridentatum: inferioris angustius bipartitum. Filam. bifurca, altero apice antherifera stig. bifidum. WILLD.

*) Speciem unicam solum possidens, O neimpe *vulgare*, neque sperans plures hujus generis indigenas fore; in expositione characteris generici Strobilum negligere, quem nemo sane in hac specie demonstrabit, et genus in hanc categoriam, ob calycem quinque-dentatum, transferre necessarium putavi.

CCLXXII. DRACOCEPHALUM. (Cal. labium superius integrum: inferius quinque-dentatum. Cor. faux inflata labium superius concavum. WILLD.

CCLXXIII. CLINOPODIUM. Involucrum multisetum verticillo subjectum. SMITH.

CCLXXIV. MELITTIS. Cal. inaequalis, tubo corollae amplior. Cor. labium superius planum, inferius trilobum crenatum. Antherae cruciatae. SMITH.

* *Stachys alpina Moench.*

Angiosperma.

† *Calyces quadrifidi.*

CCLXXV. LATHRAEA. Glandula depressa ad basin suturae germinis. Caps. unilocularis. WILLD.

CCLXXVI. EUPHRASIA. Cal. cylindricus. Cor. labium superius bifidum; inferius trilobum: laciniis emarginatis. Antherae inferiores altero lobo spinoso. (Caps. ovato-oblonga). PERS. *Syn.*

CCLXXVII. ODONTITES. (Cal. cylindricus.) Cor. galea recta antheras includens; labium inferius trifidum, laciniis linearibus. Antherarum lobi omnes spinosi. Caps. ovata immarginata. PERS. *Syn.*

CCLXXVIII. RHINANTHUS. Cal. ventricosus, quadridentatus. Cor. galea compressa. Caps. bilocularis, obtusa compressa. HOFFM.

CCLXXIX MELAMPYRUM. Cal. quadrifidus. Cor. labium superius compressum, margine replento. Caps. bilocularis obliqua hinc dehiscens. Sem. duo gibba. WILLD.

** *Calyces quinquefidi.*

CCLXXX. TOZZIA. Cal. quinquedentatus. Cor. hypocrateriformis (ringens tubulosa, limbo subaequali, labio superiore bilobo, inferiore trilobo. Pers.) Caps. globosa monosperma. WILLD.

CCLXXXI. LIMOSELLA. Cor. quinquefida aequalis. Stam. per paria approximata. Caps. unilocularis, bivalvis, polysperma. WILLD.

CCLXXXII. SCROPHULARIA. Cor. subglobosa resupinata. Caps. bilocularis. WILLD.

CCLXXXIII. DIGITALIS. Cal. quinquepartitus. Cor. campanulata quinquefida, ventricosa. Caps. ovata bilocularis. WILLD.

CCLXXXIV. LINARIA. Cal. quinquepartitus: laciniis duobus inferioribus remotis. Cor. calcarata, ringens, limbo bilabiato,

supra bifido reflexo, infra trilobo, palato ad faucem prominulo. Caps. ovata, apice multivalvis (in lacinulas 3 — 5 dehiscens). Seminibus marginatis. *Syn. Fl. Gall. p. 231.*

CCLXXXV. ANTIRRHINUM. Cal. 5-phyllus. Cor. ecalcarata, basi gibba, labio superiore bifido reflexo; inferiore trifido, fauce palato clausa. Caps. basi obliqua eavalvis, apice poris tribus dehiscens. PERS. *Syn. (Orontium).*

CCLXXXVI. PEDICULARIS. Cal. quinquefidus ventricosus. Caps. bilocularis, mucronata, obliqua. Sem. tunicata. HOFFM.

*** *Calyces subdiphylli.*

CCLXXXVII. OROBANCHE. Cal. efoliolis duobus lobatis lateralibus. Cor. ringens. Caps. unilocularis, bivalvis polysperma. Glandula sub basi germinis. SMITH.

DIDYNAMIA.

Gymnosperma.

CCLV. AJUGA. Linne.

685. *A. genevensis* (tetragono-pyramidalis), foliis radicalibus caulinis minoribus, (bracteis superioribus acute trilobis). WILLD.

Foliis caulinis et bracteis decussatis tetragono-pyramidalis. Bractea superio-

res caeruleae. Corollae cyanae aut carnea.
Laciniae media labii inferioris biloba, lobis
brevibus divergentibus. Habitat Leopoli cir-
ca hortum Jaculatorium et alibi. Circa Zalesz-
czyki DF. Cracoviae in collibus apricis. Flo-
ret Majo, Junio.

686. *A. reptans* caule solitario, stolonibus
reptantibus, (bracteis ovatis subcrenatis),
WILLD. *Curt. fasc. 2. t. 43. Flor. Dan. t. 915.*
Minus hirsuta praecedente. Flores cae-
rulei, raro albi. In pascuis, nemorosis vul-
garis. Floret Majo, Junio.

687. *A. Chamaepitys* caule diffuso, foliis
trifidis (linearibus integerrimis), floribus axil-
laribus solitariis folio brevioribus. WILLD.

Teucrium Chamaepitys Flor. Dan. t. 733.
Herba piloso-viscida. Rami terrae incumben-
tes. Flores flavi, versus faucem rubro-
punctati. Circa Zaleszczyki DF. Circa Sanok.
E. C.

CCLIV. TEUCRIUM. Linne.

688. *T. Laxmanni* foliis ovato-oblongis
villosis subintegerrimis, floribus axillaribus
solitariis sessilibus. WILLD. WALDST. et
KIT. *Pl. rar. I. p. 71. t. 69.*

Variat foliis ellipticis integerrimis tri-
quinenervis et ovato-oblongis antice denta-
tis, obscure nervosis, uti Waldsteinii Icon,
exprimit. Flores secundi flavascentes, venis
purpureis. — Toto habitu et. structura cae-

lycis corollaeque adeo affine *Ajugae salicifoliae*,
quam apud D. Schott. vidi, ut, monente ipso,
genere distinguenda non sint; hinc aut
T. Laxmanni *Ajugis* inserendum, aut al-
tera pristino suo generi, *Teucris* nempe,
restituenda est. In montibus carpathicis DZK.
Circa Zaleszczyki DF.

689. *T. Chamaedrys* foliis cuneiformi-
ovatis inciso-crenatis petiolatis, floribus (axil-
laribus pedunculatis sub)ternis, caulibus
(adscendentibus) subpilosis. WILLD.

Variat bracteis serratis et ovatis integris,
mucronatis. Flores calycesque purpurei, raro
albi. In apricis collibus, siccisque pratis vul-
garis. Floret Julio.

690. *T. supinum* corymbo terminali, ca-
lycinis dentibus acutis mucronatis, foliis li-
nearibus integerrimis, margine revolutis, sub-
tus tomentosus. WILLD. JACQ. *Austr. t. 417.*

Caulis plures, basi lignosi, profusi, canescentes.
Flores albi. In demissis siccis Bucovinae. DIK. In montibus carpathicis DZK.

CCLXIII. NEPETA. Linne.

691. *N. Cataria* floribus spicatis, verticillis
subpedicellatis, foliis petiolatis cordatis
dentato-serratis. WILLD. *Flor. Dan. t. 580.*

Tota planta canescens. Flores albi, labio
inferiore rubescente. In aggeribus sepium,
ruderatis Leopoli. Floret Julio, Augusto.

692. *N. nuda* cymis pedunculatis multifloris, foliis cordato-oblongis subsessilibus serratis. B. Syst. Veg. *N. pannonica* Jacq. Austr. t. 129.

Caulis bipedalis, paniculatus, ramis virgatis. Folia glabra, inferioribus breviter petiolatis, superioribus subsessilibus. Flores in cymas dichotomas, multifloras, oppositas congesti; longas formant spicas; infimis foliis, superioribus bracteis lanceolatis, parvis suffultis. Corollae albae aut caerulescentes. Caulis anguli calycumque dentes plus minusve caerulescentes. Circa Zaleszczyki. DF. Circa Jaroslaviam Prof. Schk. Cracoviae in vallibus Oycow collibus apricis. Floret Julio.

CCLXVI. VERBENA. Tournef.

693. *V. officinalis* tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-lacinatis, caule subsolitario. SMITH. WILLD. Curt. fasc. 1. t. 41. Flor. Dan. t. 628.

Flores parvi, pallide purpurei. Stamina brevissima, didynama. In pagis, pascuis, ad vias. Floret Julio, Augusto.

CCLIII. MENTHA. Tournef.

694. *M. sylvestris* spicis oblongis subcontinuis, bracteis subulatis: foliis subsessilibus oblongo-lanceolatis acutis dentato-serratis subtus subtomentosis. B.

Planta valde polymorpha. Radix repens ut in omnibus. Caules erecti, obtuse tetragoni. Folia modo sessilia; modo brevissime petiolata, serraturis acutis patentibus. Spicae plus minusve paniculatae; juniores cernuae, dein erectae. Flores lilacei.

Var. α . Caules villosio-tomentosi. Folia sessilia, ovato-oblonga, utrinque tomentosa; supra viridia, tomento tenui appresso; subtus canescentia, tomento denso; latitudine ad longitudinem = 1: 2 1/2. Stamina inclusa; occurrit tamen, at rarius staminibus exsertis. — Est *M. sylvestris* Smithii, quam in horto botanico Vindebonensi colunt. — *M. nemorosa* horti bot. Cracoviensis et Catalogi hortibot. Cracov.

Var. β . Caules pubescentes, pube versus genicula longiore, deflexa. Folia subsessilia, oblongo-lanceolata, serraturis acuminatis; inflexis, supra nuda, viridia; subtus cano-tomentosa, tomento brevissimo; lat: long. = 1: 3 1/2. Stamina inclusa.

Var. γ . Caules brevissime pubescentes. Folia ovato-oblonga, acuta, profundius inaequaliter serrata, supra viridia, denudata, subtus incana, pube brevissima, quandoque longiore lat: long. = 1: 2 1/2. Corolla reliquis major, labio superiore angusto, leviter emarginato. Stamina longe exserta. *M. sylvestris* Cat. H. B. Cracov.

Var. δ . a praecedenti foliis solum majoribus petiolatis, petiolis sesquilineam longis et pube longiore distincta, *M. sylvestris* Austriae.

Var. ϵ . Caulis foliorumque integumentum ut in var. γ . sunt autem lanceolata acuta, et lat. long. = 1: 4. Stamina exserta.

Var. ζ Caules et integumenta foliorum ut in var. γ , folia autem petiolata, petiolis 1, 2 $\frac{1}{2}$ lineas longis, lanceolata, acuta, basi angustiore subcordata, versus medium latiore, lat: long. = 1: 3 $\frac{1}{2}$, a medio versus apicem dentato-serrata, denticulis remotioribus ac in praecedentibus. Corollae parvae lilaceae; labium superius latissimum, semibifidum, lacinae reliquae subaequales. Stamina longitudine tubi. — *M. dumetorum* Schult. in Cat. H. B. Cracov.

Omnes hae varietates in humidis occurrunt. Var. α et γ Cracoviae. Var. β et ϵ circa Duklam E. C. Floret Julio, Augusto.

695. *M. hirsuta* floribus capitatis verticillatisve, foliis petiolatis ovatis serratis, calyce undique hirsuto, pedicellis retrorsum hispida. SMITH,

Var. α Caulis simplex, pedalis, pilosus, magis ad genicula, pilis deflexis. Folia ovata, acuta, serrata, pariter pilis albis, brevibus adspersa, densius ad venas subius; ubi et punctis resinosis adspersa. Petioli duas, tres lineas longi. Capitulum florum terminale, obtusissimum. Calyces ad basin maxime hirsuti. Stamina exserta. *M. hirsuta*. Willd.

Var. β . Caulis bipedalis, ramosus, viridis a. purpurascens, multo minus pilosus sicut et folia, quae ovato-elliptica, imo subcordata

minusque acuta sunt. Verticilli densissimi, pedunculati in axillis foliorum; summi approximati spicam fere referunt. Stamina in fauce haerent. *M. aquaticae* var. ramosissima. Syst. veg. Ed. XV.

Var. γ . Caules spithamaei, pedalesque ramosi, cum foliis ovatis valde hirsuti. Folia remote serrata. Verticilli subcapitati pedunculati; etiam summi foliis interstincti. Stamina exserta. *M. aquatica* Willd.

Var. δ . Caules simplices, spithamaei, serius primo ex axillis ramosi. Folia ovato-lanceolata, obtusiuscula, aequaliter serrata, serraturis profundioribus, utrinque hirsutula. Verticilli 10 — 12 flori, omnes pedunculati. Stamina inclusa.

Prior in uliginosis prope Lelechowka Circ. Leop. infra stagnum; altera cum praecedentibus. Var. γ et δ circa Duklam. E. C. Floret Augusto, Septembri.

696. *M. arvensis* floribus verticillatis, caule ascendente villosa, foliis ovatis acutis serratis subvillosis, calycibus tubuloso-campanulatis villosis, dentibus ovatis subacutis.

WILLD. *Flor. Dan.* t. 512.

Caules diffusi, ad angulos pilosiusculi, superne villosi, villis deflexis. Folia ovato-elliptica in petiolum attenuata, rarius basi rotundata, aut elliptico-lanceolata, utrinque acuta, serraturis aequalibus modo densioribus, modo rarioribus, utrinque magis minusve villosa. Verticilli fere sessiles, ra-

rius notabiliter pedunculati; supremi congesti, multiflori. Pedicelli purpurei, glaberrimi aut pilis deflexis raris hispidiusculi. Calyces breves, villis horizontaliter patentibus, versus basin densioribus vestiti, dentibus brevibus latis, acutiusculis. Corollae lilaceae lacinae omnes obtusae. Stamina modo inclusa, modo longe exserta. In arvis, inundatis. Varietatem caule sesquipedali, minus villosam legit circa Zaleszczyki D. F. Floret Julio, Augusto.

697. *M. austriaca*, floribus verticillatis, caule adscendente, foliis ovatis acutis serratis, calycum dentibus lanceolato-subulatis, staminibus corolla brevioribus. B. WILLD. JACQ. *Austr.* 5. p. 81. t. 430.

Caulis dodrantalis, ad angulos pilis deflexis adpersus, densius juniores et inter verticillos. Folia ovata, utrinque attenuata, petiolata, serrata, serraturis parvis, remotis, basi integra; superne pilis brevibus, adpersa, subtus ad costam et venas majores villosa. Verticilli saepius pedunculati in axillis foliorum superiorum; pauci, versus apicem caulis disparentes. Bractee, quae in verticillo pedunculato involucri vices gerunt, binae, lanceolatae. Pedunculi purpurei, glabri aut pilis raris adpersi. Calyces tubulosi, punctis resinosis adpersi, aut villosuli, dentibus lanceolatis, acutis, sat longis. Corollae lilaceae, omnes lacinae obtusae. An-

therae in fauce haerentes. In arvis humentibus Leopoli. Floret Augusto.

698. *M. Pulegium* floribus verticillatis, foliis ovatis (obtusis), caule prostrato, pedicellis calycibusque undique (tenuissime) tomentosus; dentibus ciliatis: fauce villis clausa. SMITH.

Caules florentes adscendentes. Folia parva, subelliptica, in petiolum attenuata, crenato-serrata. Calyces breviter, sed dense pubescentes. Corollae lilaceae, staminibus exsertis. Circa Zaleszczyki D. F. In pascuis irriguis Cracoviae P. Schk. Floret Julio, Augusto.

CCLII. GLECHOMA. Linne.

699. *G. hederacea* foliis cordato-reniformibus crenatis. WILLD. *Curt. fasc.* 2. t. 44. *Flor. Dan.* t. 789.

Caules floriferi adscendentes, breves, stolonones procumbentes, longi, plus, minusve pilis brevibus adpersi. Flores caeruleo-violacei, labio superiore semibifido. Antheris terminalibus, parum extra faucem protuberantibus. In sepibus, umbrosis vulgatissima. Huic valdè affinis *G. hirsuta* Waldst. et Kit. quae, probabiliter et apud nos occurrens, differt: 1) facie, 2) partibus omnibus triplo majoribus, 3) canitie et hirsutiae caulis, foliorum et petiolorum, 4) foliis cordatis, crenis integerrimis, (medio puncto albo), 5) petiolis internodio caulino aequalibus longioribusve, 6) pe-

dunculis subtrifloris, 7) dentibus calycinis subulatis, 8) corollis calyce plus quam duplo longioribus, 9) filamentis incisuram labii superioris corollae adtingentibus et 10) antheris sub apice filamentorum adnexis. Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. II. p. 12. t. 5. Floret Aprili, Majo, Junio.

CCLX. LAMIUM. Tournefort.

700. *L. maculatum* foliis cordatis acuminatis (petiolatis), verticillis (sub)decemfloris, (galea antice denticulata). Willd.

Folia juniora saepe macula alba notata. Corolla purpurea, labio inferiori albo vario. Variat verticillis summis sterilibus, bracteis medio coccineis. In sepibus vulgaris. In rupibus umbrosis vallis Oyców. Floret a Majo ad Augustum usque.

701. *L. album* foliis cordatis acuminatis petiolatis, verticillis (sub)vigintifloris, (galea antice integerrima) SMITH. Willd. *Curt. fasc.* 2. t. 45. *Flor. Dan. t.* 594.

Radix horizontaliter repens. Corolla alba. Antherae nigrae. In sepibus, ad vias vulgarissima. Floret Majo, Junio, Septembri.

702. *L. purpureum* foliis cordatis obtusis, petiolatis: superioribus confertis. SMITH. Willd. *Curt. fasc.* 1. t. 42. *Flor. Dan. t.* 523.

Caulis medio nudus. Folia in summitate pyramidem aemulantur et situ opposito et

decescente magnitudine. Corollae purpureae aut incarnatae, raro albae. In arvis et cultis vulgare. Floret ab Aprili in Augustum usque et dein sero autumnno.

703. *L. amplexicaule* foliis floralibus sessilibus amplexicaulibus obtusis. Willd. *Curt. fasc.* 2. t. 46. *Flor. Dan. t.* 752.

Folia inferiora petiolata, obtusissima. Flores rosei, primo vere saepe abortivi, in eunte aestate perfecti. Dens ad faucis marginem raro quidem desideratur; nunquam tamen setaceus, ut in reliquis Lamiis; saepius obsoletus. In arvis cultisque frequens.

CCLXI. GALEOPSIS. Tournefort.

704. *G. Ladanum* foliis lanceolatis dentato-serratis, caule subpubescente, internodiis caulinis aequalibus, dentibus calycinis rectis pungentibus inaequalibus, tribus tubo brevioribus, corollae calyce duplo longioris galea obsolete crenata, B. Willd.

Caulis praecipue versus genicula albus, pubescens. Folia etiam ovato-lanceolata. Petioli pilosi. Bractae lineari-lanceolatae, calycibus parum longiores, reflexae. Calycum pubescentium dentes lanceolato-subulati; duo tubum aequantes, 3 tubo $\frac{1}{3}$ breviores. Flores pallide purpurei, tubo albo. Inter segetes Leopoli foliis latioribus. Cracoviae caule ramosissimo et foliis angustioribus circa Rybaki et Tynieć et circa Duklam E. C. Floret Julio, Augusto.

Varietatem, an speciem distinctam? quidquam magis pubescentem, calycis dentibus subaequalibus, $\frac{1}{4}$ tubi aequantibus, late lanceolatis, breviter aristatis, pungentibus legit in scopulis prope Krzeszowice Augusto. E. C.

705. *G. ochroleuca* foliis ovato-lanceolatis dentato-serratis canescenti-villosis, internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis, dentibus calycinis lanceolatis brevissime aristatis quartae tubi parti aequalibus erectis, corollae calyce triplo longioris galea inciso-crenata. B. PERS. *Syn. G. grandiflora* WILLD. *G. villosa* SMITH. britt.

Caulis undique pubescenti-villosus, pilis glandulosis immixtis. Folia adulta superius denudantur. Verticilli pauciflori, bracteis foliaceis, lanceolatis, aristatis, villosis, suffulti. Calyces virides, longi. Corolla calycis tubo quadruplo longior, ochroleuca, labio inferiore maximo, crenato, galeam acutiusculam superante, medio flavo. In arvis E. C. Floret Julio, Augusto.

706. *G. versicolor* foliis ovatis acuminatis serratis, basi attenuatis, supra cauleque hispidis, internodiis superne incrassatis, verticillis summis subcontiguis, dentibus calycinis lanceolato subulatis pungentibus tubum incurvum subaequantibus, corollae calycetriplo longioris galea subcrenulata. B. PERS.

Syn. Curt. fasc. 6. t. 38. G. cannabina WILLD. *Flor. Dan. t. 929.*

Caulis undique setis hispidus, praecipue ad genicula densioribus et deslexis. Folia subtus nuda, si exceperis venas majores pilis brevissimis adpressis obsitas; superiora lanceolata. Verticilli 4 — 12flori. Calyces subglabri, cylindrici, albidii, 10 striati, superne arcuati. Dentes patentes, basi hispidi. Corolla flavescens, lobo medio labii inferioris, margine integerrimi, purpureo, basi flavo, venis purpureis picto. Leopoli inter frutices prope Sokolniki. Ad viam prope Pzemislany Circ. Brzez. Cracoviae in fruticetis humidiusculis. Circa Duklam E. C. Floret tota aestate.

707. *G. pubescens* foliis ovatis acuminatis dentato-serratis, cauleque subvillosis, internodiis caulinis subaequalibus, verticillis summis subcontiguis, dentibus calycinis subulatis pungentibus tubo subtruncato brevioribus, corollae calyce triplo longioris galea inciso-crenata. Nobis.

Planta bi-tripedalis, annua. Caulis obtuse quadrangulus, versus genicula superne parum incrassatus, ramosus, ramis brachiatis, pubescenti-villosus, junior aequae ac folia canescens; ad genicula saepius setis deflexis immixtis. Folia ovata, acuminata, dentato-serrata, pilis adpressis mollibus, superius obsita, subtus ad venas solum pubescens.

tia. Verticilli inferiores remoti; summi approximati, pauciflori, utrinque bracteis duabus lineari-lanceolatis, aristatis, calyce brevioribus obvallati, foliisque floralibus reliquis minoribus interstincti. Calycis tubus brevis, oblongus, ampliatus, subtruncatus, membranaceus, albidus, rectus, inferne ad nervos pilis brevissimis adpersus, superne introrsum densis setis ciliatus, quae demum connivent. Dentes basi angustissimi, aristati, pungentes, erecto-patentes, tertia parte tubo breviores, basi hispidi. Calyces fructiferi ovato-globosi semina foventia. Corolla calyce triplo imo quadruplo longior magnitudinis fere praecedentis. Tubus cylindricus, fulvus, rectus, versus faucem ampliatus. Galea parum fornicata, antice rotundata, inciso-crenata, supra purpurea, villosissima, pilis erectis, interne albida. Labium inferius cum fauce purpureum, longitudine galeae, lobis margine integerrimis. Lobus medius basi albidus, venis sanguineis pictus. Stamina et pistillum ut in congeneribus. Semina subrotundo-obovata, lentiformia, dorso convexo, facie angulo obtusissimo in duo plana divisa, fusco brunneoque variegata. Leopoli et Cracoviae frequens inter segetes, ad margines agrorum, sepibusque. Circa Duklam E. C. Floret Julio, Augusto.

Varietatem minus villosam, pilis glandulosis ad genicula immixtis, calycum dentibus parum latioribus brevioribusque circa Duklam legit, E. C.

708. *G. Tetrahit* foliis ovatis acutis crenato-serratis; superioribus basi attenuatis, geniculis caulinis superne incrassatis, verticillis superioribus subcontiguis, dentibus calycinis subulatis pungentibus tubum subaequantibus, corollae calyce vix duplo longioris galea recta subintegra. B. WILLD. SMITH.
Fl. Britt. Rivin. Monopet. Irregul. t. 31.

Caulis ad genicula setis dellexis plerumque obsitus, saepius undique hispidus, rarius undique glaber; idem et defoliis valet, quae modo supra hispida, modo raris solum pilis adpersa, aut plane nuda. Verticilli multiflori bracteis, ut in binis praecedentibus, saepius apice nigris obvallati. Calycum dentes tubo simili illo praecedentis, parum breviores. Corolla pallide purpurea, congenerum minima, recta, tubo angusto, pallido, fauce oblonga inflata, galea dorso villosa, obsolete crenulata. Labium inferius globum, margine integrum. Semina iis praecedentis similia; at magis obovata, convexiora, parum majora, cinereo-brunnea, punctis fuscis, parvis undique adpersa. Cum praecedenti.

Possidemus adhuc aliam floribus albis huic simillimam, in qua ad caulis genicula setis subdeflexis immixti sunt pili glandulosi copiosi. Calycis dentes recti tubo parum longiores, hirti, pilis glandulosis immixtis. Faux corollae minus inflata. Corollae galea, crenulata. Labium inferius medio macula flava,

basilineis purpureis pictum. Semina elliptico-
obovata, compressa, dorso convexiuscula, lac-
cie basi angulo obtuso in plana duo divisa,
brunnea, profundius guttata, majora iis prae-
cedentis. Anne species distincta? Cum prae-
cedent.

CCLXII. GALEOBDOLON. Hudson.

709. *G. luteum* SMITH. *G. Galeopsis*
Curt. fasc. 4. t. 40. Host, *Syn. Leonurus*
Galeobdolon. WILLD.

Habitus Lamii. Folia inferiora cordata,
reliqua ovata, inciso-serrata, saepe albo-ma-
culata. Flores verticillati, flavi, verticillis ple-
rumque sexfloris, bracteis quatuor lineari-lan-
ceolatis, calyces subaequantibus. In umbro-
sis, nemorosis vulgaris. Floret Aprilii —
Junio.

CCLIX. BETONICA. Linne.

710. *B. officinalis*, spica interrupta, co-
rollae galea integra, lacinia intermedia labii
inferioris emarginata, calycibus glabriusculis.
WILLD. *Flor. Dan. t. 726.* *Curt. Lond.*
fasc. 3. t. 33.

Caules simplices subnudi. Folia cordato-
oblonga. Corollae purpureae, tubo calyce
vix longiore. Spica verticillata, foliis sum-
mis quasi insidens. In pratis sylvaticis et
collibus. Floret Julio, Augusto.

711. *B. incana* spica interrupta, corol-
larum galea bifida, lacinia intermedia labii

inferioris crenata, tubo tomentoso incurvo.
(calycibus hirsutis) WILLD.

Habitus *B. officinalis*. Tota planta val-
de hirsuta, pilis in caule et petiolis deflexis.
Folia ut in praecedente cordato-oblonga, pro-
funde crenata; in caule 2 — 3 paria, propor-
tionatim minora. Spica cylindrica interrup-
ta, foliis floralibus deflexis. Bractee ob-
longo-lanceolatae, calyces subaequantibus, ad-
pressae. Calyces oblongi, corollae tubo am-
pliores, dentibus illis triplo brevioribus, ba-
si latis, acuminatis, pungentibus, rectis, ex-
tus hirsuti. Corolla rubra, extus tomento te-
nui canescens, tubo calyce duplo longiore
adscendente. Cracoviae prope Mogilany. E.
C. Floret Augusto.

CCLXIII. STACHYS. Linne.

712. *S. sylvatica* verticillis sexfloris, fo-
liis cordatis petiolatis. WILLD. *Curt. Lond.*
fasc. 3. t. 34.

Folia cordata, subacuminata. Verticil-
li sex-octoflori. Bractee lanceolatae; infe-
riores serratae, reflexae, flore breviores. Ca-
lycis dentes lanceolato-subulati, spinosi. Co-
rollae galea pubescens, brunneo-violacea, ver-
sus faucem albo-notata. Leopoli in nemoro-
sis horti jaculatorii. In sylva inter Labowa et
Krynica. In vallis Oycow montosis sylvaticis.
In sylva circa Bielany. Floret Jun. — Octob.

713. *S. palustris* verticillis subsexfloris.
foliis lineari-lanceolatis basi cordatis, semi-

amplexicaulibus. B. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 35*

Folia rugosa; infima breviter petiolata. Spica interrupta, longa, foliosa. Corollae purpureae. In inundatis, arvis humidiusculis. Floret Augusto.

714. *S. alpina* (montana) verticillis multifloris, foliis cordato-oblongis, crenato-serratis, serraturis cartilagineo mucrone terminatis, corollae labio plano. B. WILLD.

Habitu medium inter *S. sylvaticam* et *germanicam* tenet. Folia tenuia pilosiuscula, magna: floralia deflexa, verticillis multo longiora. Calycum dentes inaequales, tres sup. latiores, majores; omnes lato-lanceolati, breviter aristati. Corollae triste purpurascens galea horizontalis, dorso villosissima. In valle Oycow supra arcem, Oycowski Zamek dictam. Circa Duklam E. C. Fl. Jun, Jul.

715. *S. germanica* verticillis multifloris, foliis (cordato-oblongis) crenato-(serratis), caule lanato. WILLD. JACQ. *Austr. t. 319. Flor. Dan. t. 684.*

Folia summa lanceolata; dentato-serrata, acuta. Flores extus tomentosi. Labium superius intus purpureum; inferius rubro-variegatum. Antherae desfloratae nigro marginatae. Leopoli cum Chico pannonico et alibi in asperis, elevatis, siccis. Ad pedem arcis Cracoviae versus Vistulam. Floret Julio, Augusto.

716. *S. recta* verticillis subspicatis, bracteis integris venosis, foliis elliptico-lanceolatis in petiolum attenuatis, crenato-serratis scabrusculis, caulibus adscendentibus. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 359.*

Folia infima quandoque tantum cordato-elliptica. Verticilli sex saepe decemflori. Corollae flavae, labia patentissima; inferius basi rubens. In collibus apricis, ad vias. Floret Junio — Augusto.

717. *S. annua* verticillis (sub)sexfloris, (bracteis integris trinerviis), foliis ovato-lanceolatis laevibus petiolatis, caule erecto. WILLD. JACQ. *Austr. t. 360.*

Folia tri-quinquenervia, quem characterem in dignosi neglexi, videns et in *S. recta* folia trinervia; crenata; superiora elliptico-lanceolata. Verticilli quadri-sexflori. Corollae parum hiant, albae, labio inferiori flavo. Inter segetes. Floret Julio — Septembri.

CCLXV. BALLOTA. Linne.

718. *B. nigra* foliis ovatis indivisis dentatis, pedunculis brevissimis axillaribus multifloris. VEST. MAN. WILLD.

Caulis erectus, ramosus, subvillosus. Folia rugosa. Calycis tubus dilatatus, dentibus acuminatis; patentibus. Corolla dilute purpurea, galea profunde emarginata, supra villosa. Stamina desflorata reflexa. Ad vias,

sepes vulgaris ubique. Floret Junio — Augusto.

CCLXVII. MARRUBIUM. Moench.

719. *M. peregrinum* foliis oblongis incanis rugoso-venosis dentatis, dentibus apicem versus majoribus, calycibus quinquedentatis, denticulis subulatis (erectis inaequalibus.) WILLD. JACQ. *Austr. t. 160.*

Planta tota incano-tomentosa. Caulis ramosissimus, patens. Folia primordialia subrotundo-elliptica. Flores parvi, albi. In montibus carpathicis DZK.

720. *M. vulgare* foliis subrotundo-ovatis dentatis rugoso-venosis, calycibus decedentatis, dentibus setaceis (alterne minoribus uncinatis.) WILLD. *Flor. Dan. t. 1036.*

Planta canescens. Caulis lanatus. Verticilli capitati. Flores albi. In ruderatis, ad vias, pagos vulgare. Floret Julio, Augusto.

CCLVII. LEONURUS. Linne.

721. *L. Cardiaca*, foliis cuneiformi-ovatis trilobis dentatis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 725.*

Folia infima basi cordata, suprema lanceolata, indivisa. Calycis dentes patentes. Corollae purpureae. In ruderatis, sepibus, vulgaris. Floret Julio — Septembri.

CCLVIII. CHAITURUS. Ehrhart.

732. *Ch. leonuroides* Host. *Syn.* Leonurus Marrubiastrum. WILLD. JACQ. *Austr. t. 405.* Habitus praecedentis. Caulis et folia subtus canescentia. Folia ovata; summa lanceolata; dentata. Flores parvi, pallide purpurei. In pago Uszkowice ad vias vulgaris. In pago Uniow. Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

CCLVII. PHLOMIS. Moench.

723. *P. pungens* foliis petiolatis serratis, basi integris, superne scabris, subtus tomentosis: inferioribus ovatis, oblongis, superioribus oblongo-lanceolatis; calycinis dentibus subulatis patentibus, bracteis calycis longitudine subulatis ciliatis. B. WILLD. *P. Herba Venti* Pallas.

Tota planta pilis stellatis adpersa et ratione densitatis et copiae horum, caulis superne, folia subtus, bracteae, calyces corollae extus tenui tomento tecta; folia autem supra scabra. Caulis bipedalis, valde ramosus, ramis patentibus, obtuse tetragonus. Folia subtus reticulato-venosa, albida, supra viridia: inferiora ad basin fere dentato-serrata; superiora subtrinervia, a medio serrata. Petioli breves, parum connati. Verticilli 6—8 flori, remoti, foliis floralibus lineari-lanceolatis, subintegris suffulti. Bracteae ad singulum verticillum 4, tripartitae, subulatae, adscendentes, longe ciliatae. Calyces profunde rosulcati, dentibus tertiam tubi partem aequantibus,

subulatis patentibus. Corolla purpurea, tubo calyce parum longiore; galea magna, convexa, obtusiuscula; labii inferioris lacinia media cordata, subtus carinata, lateralibus minutis, antice unidentatis, dente setaceo. In montibus carpathicis. DZK.

CCLXXIII. CLINOPODIUM. Linne.

724. *C. vulgare* capitulis verticillatis, bracteis setaceis hispidis, pedicellis ramosis, foliis obsoleta serratis. B. Willd. *Flor. Dan.* t. 930.

Herba villosa. Caulis subsimplex. Flores purpurei. In collibus siccis ad vias vulgaris. Floret Julio — Septembri.

CCLXXVIII. ORIGANUM. Linne.

725. *O. vulgare* floribus fastigiatis paniculatis, bracteis ovatis calyce longioribus. B. Willd. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 39.*

Caulis et folia ovata subundulata, subtus pilosa. Calycum faux clausus pilis albis. Bracteae et calyces profunde purpureae. Flores multo pallidiores. In dumetis; ad vias vulgaris. Floret Julio, Augusto.

CCLXX. THYMUS. Linne.

* *Corollae labii inferioris lobo medio integro.* (Thymus)

726. *T. Serpyllum* floribus capitatis, caulibus decumbentibus, foliis planis obtusis basi ciliatis. B. Linne.

Varietates copiosae hujus plantae conveniunt in sequentibus notis.

Radix lignosa, perennis. Caules adulti lignosi, decumbentes; juniores ascendentes, quadranguli, angulis versus flores villosis. Folia obtusa, pallucido-punctata, 5 — 7 tuplinervia, nervis subtus prominentibus, margine revoluta, basi ciliata, pilis albis, sessilia, nisi partem folii attenuatam petiolum appellas, opposita. Flores in verticillis multifloris. Calyx decemstriatus, tubulosus, brevis, amplus, bilabiatus, labiis ascendentibus, superiore antice tridentato, inferiore bipartito et seu dentibus duobus setaceis; ciliatis constans. Faux villis albis clausus. Corollae bilabiatae labium superius brevius labio inferiore et latius hujusce lobis, rotundatum, leviter emarginatum, margine revolutum, supra villosiusculum; inferius trilobum, lobis rotundatis. Semina oblonga, laevia.

Var. 1. Cauliculi juniores adscendentes, laeves, angulis pilis brevibus deflexis villosi. Folia ovata, aut obovata in petiolum attenuata, lucida, nuda. Verticilli sub 24 flori, summi contigui. Folia floralia floribus breviora. Bracteae oblongae, obtusae, membranaceae, longitudine pedunculorum. Pedunculi teretes, purpurei, ob pilos brevissimos dorsum appressos canescentes. Calycis labium superius dentibus brevibus, acutis, conniventibus, striis et dentibus dense ciliatis. Corolla rosea, tubo fauceque alba, raro integra alba. Labii inferioris latitudo aequalis dimidiae foliorum majorum. Tubus labio infe-

riori parum longior. Antherae quatuor fere sessiles, minimae, in tubo corollae. Stylus albus, terminatus stigmatibifido, rubro, labio superiore duplo longior. *) In collibus apricis et fruticosis. Floret Julio, Augusto.

Thymi Serpylli varietas floribus foemineis. Vest. Man.

Var. 2. Corolla rosea, labio inferiore basi purpureo, macula alba ad utrumque latus, major praecedentis. Antherae albae, bilobulares, filamentis brevibus insidentes, ad orificium tubi sitae. Stylus labium superius excedit. Reliqua ut in Var. 1. Cum praecedente.

Has duas varietates videtur CL. ERHARTUS sub *Thymo Serpyllo* includente; et CL. WILDENOVIVS sub *Thymo Serpyllo staminibus corolla minore, flore minore* Pollichii intellexisse.

Var. 3. Habitus procerioris. Folia vix ciliata. Corolla rosea, raro alba, fauce pallidior, duplo fere major ac in Var. 1. Antherae rubrae didymae, longis filamentis insidentes; duo superiora stamina approximata sub labio superiore, antheris cruciatis: duo exteriora longiora, serius divaricantur. Stylus post anthesin ultra labium superius elongatus. Reliqua ut in Var. 1.

*) Folia hujus pilis albis, longis, raris supra adspersa vidi in summitate montis Schneeberg Austriae.

Thymus Serpyllum Smith. Curt. Lond. fasc. 2. t. 47. *T. Serpyllum* staminibus corolla longioribus, corolla majore Willd. *T. exserens* Ehrh. — His tribus varietatibus odor gratus, saepe citrinus.

Var. 4. Caules deprassi, villosi, villis albis, densis, horizontaliter patentibus, superne fere lanati, crassiores. Folia obovato-lanceolata, aut lanceolata, apice rotundata, tri-sextuplo longiora ac lata, villosa, odoris fere rancidi, ingrati. Folia floralia non conspicua. Verticilli sex-duodecimflori. Bractae brevissimae, subulatae, villosae. Pedunculi calyce longiores. Dentes calycis labii superioris acuminati, divaricati, dorso ciliati. Corolla eadem, quae est Var. 2. at major. Stamina et pistillum ut in Var. 3. Leopoli ad viam lateralem versus Steinerne Wirthshaus, in collibus apricis. Cracoviae in apricis aridis. Floret Junio.

Thymus lanuginosus Willd? *T. Serpylli* var. *e hirsuta*. Flor. d. Wett.

Var. 5. Habitus praecedentis, cui in formatione omnium partium simillima; differt tantum caule minus villosa, et foliis nudis, plus minusve ciliatis. Flores purpurascetes, quandoque carnei aut albi. Cum praecedente. Leopoli mixtim crescit et floret. *T. serpyllum* var. *e Willd?* *Serpyllum angustifolium glabrum* Baub?

Var. 6. Habitus Var. 3. Caules non tantum ad angulos, sed ubique leviter pubercentes, versus flores villosi, villis patentibus. Folia elliptica, utrinque attenuata, tri-

plo circiter longiora ac lata, nuda parum ciliata. Calyces fere medium inter illos Var. 3 et 4. tenent, ad posteriorem tamen magis accedunt. Cor. Var. 3.

Var. 7. Caules ramosissimi, caespitosi, brevissimi, fere teretes, purpurei, pilis brevissimis canescentes. Versus verticillos pili densiores, longiores, deflexi. Folia fere linearia, antice obtusa; postice attenuata, nuda, minima et angustissima omnium varietatum. Verticilli pauciflori, approximati formant capitulum oblongum, terminale; infimus biflorus. Folia floralia densissime ciliata longitudine florum. Calycis labium superius valdopere variat in eadem stirpe: modo sunt dentes acuminati, divaricati; modo acuti, conniventes: nunc ciliati, nunc nudi. Corolla et stamina Var. 3. In arenosis prope pagum Prukowice Circ. Leopold. Cracoviae ad sylvulam Kobierze, Piasek Circ. Bochn. Floret Julio.

Var. 8. Cauliculi ascendentes, longiores quam in praecedente; caeterum simili integumento gaudentes. Folia quoque paullo majora, antice saepius emarginata. Inflorescentia praecedentis. Calycis labium superius nudum, dentibus oblongis, parum acutis, nudis. Flores albi ut in Var. 3. In arenosis sylvaticis circa Stracz. Floret Junio.

Thymus acicularis Waldst. et Kit. II. p. 157. t. 147 differt a Varietate 7. et 8. nostra, quibus maxima affinis, caulibus lignosis crassioribus, foliis floralibus ovatis nervo-

sis et calycis labio superiore nudo; habitat in fissuris rupium calcareorum.

An plures harum varietatum proprias constituunt species, an soli naturae solummodo ortum suum debeant, cultura per annos plures protracta decidet. Var. 4. in horto botanico Cracoviensi per decennium jam culta immutata manet; at Var. 5. mea non differt nisi nuditate foliorum; mediante Var. 6. uniantur Var. 3. et 5. atque Var. 8. vaenimis affinis est Var. 7., quae inter Var. 3. et 5. quoque intercedit.

** Cor. labii infer. lobo medio emarginato, fauce inflata (Calamintha).

727. *T. Acinos* verticillis sexfloris, pedunculis simplicibus, caule ascendente ramoso, foliis acutis serratis, calyce gibboso. SMITH. WILLD. Curt. Lond. fasc. 1. t. 43.

Folia ovata, remote serrata. Corollae dilute caeruleo-violaceae, fauce subinflata, labii inferioris lacinia media concava, nigro maculata. In collibus arenosis arvisque vulgaris. Floret Julio, Augusto.

728. *T. Calamintha* verticillis pedunculatis multifloris dichotomis, foliis subserratis, villis calycinis inclusis. SMITH. *Melissa Calamintha* WILLD.

Tota planta villosiuscula. Folia ovata, obtusa. Calycis dentes duo inferiores reliquis duplo fere longiores. Corolla calyce plus duplo longior, dilute violacea, fauce ampla.

In dumetis circa Duklam E. C. Floret Augusto, Septembri.

CCLXXII. DRACOCEPHALUM. Linne.

729. *D. austriacum* floribus spicatis, foliis sessilibus linearibus, caulinis tri-quinquepartitis, rameis simplicibus bracteisque tripartitis mucronatis. WILLD. JACQ. *Icon. pl. rar. t. 112.*

Magnitudo et villositas variant. Folia et bracteae lineari-lanceolatae; posteriores subfalcatae. Flores speciosi, caerulei. In colibus sylvae sitae inter Lelechowska et Stawki legit DZK. et serius P. Schk. cuius specimen lectum possideo. Mihi nondum licuit hanc legere plantam.

730. *D. Ruyschiana* floribus spicatis, foliis bracteisque (lineari-) lanceolatis muticis. WILLD. *Flor. Dan. t. 121.*

Planta glaberrima, excepta corolla pallide caerulea, extus pubescente. Hanc invenit *D. austriacum* quaerens, loco assignato. Floret Julio.

731. *D. Moldavica* floribus verticillatis, bracteis lanceolatis ciliato-dentatis, foliis (superioribus) lanceolatis profunde dentatis, subtus punctatis, serraturis infimis subciliatis. WILLD.

Caulis undique ramosus. Folia inferiora cordato-oblonga. Flores speciosi, caerulei-

centes. Floret Augusto. Jaroslaviae retro hortos ad fluvium San.

CCLXXIV. MELITTIS. Linne.

732. *M. Melissophyllum* foliis oppositis ovato-(ellipticis) aequaliter dentatis, calyce glabro. WILLD. JACQ. *Austr. t. 26.*

Planta speciosa. Calycis labium superius apice bidenatum. Corolla alba, lobo medio labii inferioris purpureo-violaceo. Leopoli in parte septentrionali collis versus occidentem pagi Krzywczyce siti et alibi in fruticosis. Cracoviae in fruticosis inter Zwierzyniec et Wola, vallisque Oycow. Floret Majo, Junio.

CCLXVI. SCUTELLARIA Linne.

733. *S. verna* foliis cordatis remote crenato-serratis obtusis subnudis, spicis inbracteis rotundato-tetragonis, bracteis tubum corolla aequantibus. NOBIS.

Planta perennis. Caules ramosi, ascendentes, tereti-tetragoni, juniores canescentes. Folia cordato-ovata, oblonga, obtusa, crenato-serrata, crenis sat superficialibus, remotis, inaequalibus. nervoso-venosa, subtus resinoso punctata, succulenta; adulta nuda, basi solum ciliata; juniora autem undique pilis brevissimis adspersa; breviter petiolata, petiolis dilatatis, ciliatis, infimis folia subaequantibus. Spicae terminales, tetragonae. Bracteae equitantes, ovatae, acutae vel acuminatae, corollae tubum adaequantibus, membranaceae,

marginē pilosae, pallidae, apice cerulescentes, deciduae; intra singulam flos solitarius. Pedunculi erecti, longitudine calycum, villosi. Calycis glanduloso-villosi labium superius orbiculatum, amplum, adscendens: caeterum calyx cernuus. Corolla speciosa citrina, pollicem fere longa, erecta, glanduloso-pubescentis. Tubus basi flexus, versus faucem ampliat. Labium superius fornicatum compressum emarginatum, antice utrinque macula caerulescente: dentes ad faucem adscendentes, obtusi, reflexi, saepe profunde caerulei. Labium inferius descendens, orbiculatum, leviter emarginatum. Antherae postice bifidae, villosae, caeruleo-nigrae. Stigma parum fissum. Calyces seminiferi diphylli, nudi, triplo majores. Labium superius amplum, ascendens, subtus in operculum producitur faucem claudens: inferior pars oblonga antice truncata. Semina subrotunda, cana. Maxime affinis *S. alpinae* et *lupulinae*: at differt ab utraque foliis remote crenato-serratis, nec inciso-serratis, et tempore florendi; praeterea a priore magnitudine bractearum et colore corollae. In monte ad fluvium Dniester sito prope Zaleszczyki. Floret Aprili, Majo. D. F.

734. *S. galericulata* foliis cordato-lanceolatis rugosis crenatis, floribus axillaribus SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 36. Flor. Dan. t. 637.*

Flores cernui, plerumque gemini, caeruleo-violacei. In humidis, ad fossas, stagna. Floret Julio, Augusto.

735. *S. hastifolia* foliis integerrimis: inferioribus hastatis: superioribus sagittatis. WILLD.

Unicum hujus plantae specimen possideo a Cl. D. F. lectum circa Zaleszczyki, quod glaberrimum, ultra pedem altum. Caulis simplex, erectus. Folia dimidio fere angustiora iis praecedentis: infima cordato-lanceolata, media auriculato-hastata, summa lanceolata. Flores binati, extus pubescentes, caerulescenti-violacei.

CCLXXI. PRUNELLA. Linne.

736. *P. vulgaris* foliis petiolatis (oblongo)-ovatis, basi (sub)dentatis, calycis labio superiore truncato triaristato, caule adscendente. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 42. Flor. Dan. t. 910.*

Caulis pedalis. Folia repanda, quandoque subdentata. Spica brevis, bracteata, terminalis. Flores violacei.

Variat caule vix tripollicari, foliis subdentatis, floribus pallide caeruleis. Prior in pratis vulgatissima. Varietas in pascuis siccis prope Nawaria. Floret Julio — Septembri.

737. *P. grandiflora* foliis petiolatis oblongo-ovatis, calycis labio superiore tridentato, corollae galea carinata ciliata, caule adscendente. B. WILLD.

Folia margine integra aut undulato-dentata. Corolla speciosa, violacea, tubo calyce

longiore, pistillo exserto. In pascuis saepe bipollicaris, in nemorosis sesquipedalis. Vulgaris. Floret Julio — Septembri.

Angiospermia.

CCLXXV. RHINANTHUS Linne.

738. *R. major* corollae labio superiore fornicato, calyce glabro acute dentato, foliis lanceolatis serratis, corollae tubo incurvo, stylo exserto, caule maculato. B. ЕНН. *R. Crista Galli* WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 43. Flor. Dan. t. 981.*

Caulis plerumque ramosus, punctis atrosanguineis, oblongis, adpersus. Bractee basi, calycesque integri albidi. Flores flavi, galea antice utrinque dente obtuso, potissimum profunde caeruleo. Stylus caeruleus. In pratis humidiusculis. Floret Junio, Julio.

139. *R. minor* corollae labio superiore fornicato, calyce glabro obtuse dentato, foliis lanceolatis serratis, corollae tubo recto, stylo incluso. B. ЕНН.

Similis praecedenti: at facile praeter notas allatas colore rubro-viridi caulis bractearum calycumque cognoscendus. Caulis plerumque simplex, non maculatus. Corolla integra flava. Cum praecedente in pascuis humidiusculis. Cracoviae copiosissime in pratis versus Mogila. Circa Sanok. E. C. Floret Junio, Julio.

CCLXXVI. EUPHRASIA. Linne.

740. *E. officinalis* foliis ova- & lineatis argute dentatis SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 1037. Curt. Lond. fasc. 5. t. 42.*

Variat caule subsimplici tripollicari et ramoso pedali. Foliorum dentes modo omnes inermes, anticis obtusis: modo omnes acuti, posterioribus apice setaceis. Corollae speciosae albae, labio inferiore lineis violaceis picto, macula flava ad faucem. In locis demissis. In speciminibus in montibus circa Krynica a me lectis labium superius profunde violaceum, inferiore dilute caeruleo, macula flava et venis purpureis notato. Floret Julio — Octobri.

CCLXXVII. ODONTITES Pers.

741. *O. rubra*, caule piloso-scabro, foliis lineari-lanceolatis serratis. Pers. Syn. Euphrasia Odontites. WILLD. *Bartsia Odontites* Smith. *Fl. britt.*

Caulis potissimum ramosissimus. Folia remote serrata. Flores secundi, purpurascetes. Varietatem vernam, foliis trinerviis, floribus albis vidit CL. SCHULTES. In arvis pascuisque sterilibus. Floret Julio, Augusto.

CCLXXIX. MELAMPYRUM. Tournef.

742. *M. cristatum* spicis quadrangulibus, bracteis cordatis imbricatis compactis denticulatis. WILLD.

Bractee carinatae, inferiores acumine foliaceo, reflexo. Corolla lutea, galea purpu-

rascente. Circa Zaleszczyki DF. Versus Mogilany prope Cracoviam. E. C. Floret Julio, Augusto.

743. *M. arvense* spicis conicis laxis, bracteis dentato-setaceis coloratis, calycum dentibus scabris, corollis clausis. WILLD. *Flor. Dan. t. 911.*

Bracteae purpurascens, saepe albidae. Corolla clausa, flava, apice purpurascens. Inter segetes; in arvis. Floret Junio, Julio.

Caule ab hoc ipsi simile *M. barbatum* Waldst. et Kit. distinguendum, quod differt bracteis apice lanceolato terminatis, basi ciliato-barbatis, viridi-flavescentibus, calycibus utroque latere hirsutissimis, dentibus suis corollae medium non adtingentibus; caule inter flores angulis hirsutissimo; colore calycis (viridi-flavescente), corollarum (flavo) et staminum; floribus majoribus duplo, iisdemque pedunculatis; bracteis impunctatis, quae in *M. arvensi* extus adpersae sunt punctis elevatis nigro-purpureis. Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hung. I. p. 89.*

744. *M. nemorosum* floribus secundis, lateralibus, bracteis dentatis cordato-lanceolatis, summis coloratis sterilibus, calycibus (sub)lanatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 305.*

Bracteae violaceae, raro albae, dentibus inferioribus setaceis. Flores flavi, ore sulvi. In nemorosis, ad margines sylvarum. Floret Julio, Augusto.

745.

745. *M. vulgatum* floribus axillaribus secundis, conjugationibus remotis, corollis clausis, labio porrecto, (tubo calyce multo longiore) *M. pratense* Linne. *Syst. Veg. WILLD.*

Caulis ramis brachiatis, conjugationibus remotis. Folia lanceolata. Bracteae basi hastato-pinnatifidae. Calycis lacinae lineari-subulatae, longae. Corolla flava, tubo calyce multo longiore, albido, labio inferiori longiori, porrecto. Capsula laevis. In pratis sylvaticis. Floret Junio — Augusto.

746 *M. alpestre* floribus secundis lateralibus, conjugationibus remotis, corollis hiantibus, labio deflexo, (tubo calyci aequali) *M. sylvaticum* L. *Syst. Veg. WILLD. Fl. Dan. t. 145.*

A praecedenti, cui simile, potissimum diversum foliis bracteisque lineari-lanceolatis, integris: calycis laciniis lanceolatis, latiusculis, corollae tubo brevissimo, labio superiore valde fornicato, inferiori deflexo, subaequali, colore corollae integrae luteo, palato fulvo capsulaque reticulata. In montium carpathicorum altissimorum lapidosis versus Comitatus Marmoros. DIK. Floret Augusto.

Singularem hujus varietatem floribus majoribus purpureis, foliis parum latioribus legitimus in monte Babia Góra; in Carpathis vers. Comit. Marmoros, D. F. quam Cl. Schulz. P. II. C.

tes in opusculo Lettres sur laGalicie sub nomine M. carpathici describit.

An distincta a M. alpestri sit species, adhuc dubito.

CCLXXV. LATHRAEA. Linne.

747. *L. squamaria* caule simplicissimo, corollis pendulis, labio inferiori trifido. Willd. *Flor. Dan.* t. 136.

Radix squamosa, parasitica. Caules spithamaei, apice cernui, aphylli, purpurascetes. Flores ramosi, secundi, nutantes, bracteati, purpurascetes. In sylvis et nemoribus siccis ad radices arborum Leopoli; valle Oycow Cracoviae. Floret Aprili, Majo.

CCLXXX. TOZZIA. Linne.

748. *T. alpina* Willd. Jacq. *Austr.* t. 165.

Caulis ramosus. Folia cordato-elliptica remote serrata. Flores solitarii, axillares, pedunculati, lutei, punctis sanguineis adpersi. Capsula sphaeroidea, calyce tecta, bilocularis, loculo altero abortiente. In montibus carpathicis DF. Floret Junio, Julio.

CCLXXXVI. PEDICULARIS. Linne.

749. *P. palustris* caule solitario ramoso, foliorum pinnis pinnatifidis subdentatis, calycibus ovatis costatis bilobis cristatis. B. Willd.

Caulis uni-bipedalis, medio ramosus. Folia pinnata, pinnis lanceolatis. Calyces nudi, Co-

rollae pallide purpureae, raro albae. Galea obtuse truncata, ad faucem denticulo notata. Labium inferius trilobum, margine non ciliato. In pratis uliginosis vulgaris. Floret Junio, Julio,

750. *P. sylvatica* caespitosa, caule medio erecto, reliquis patentibus, foliorum pinnis argute dentatis, calycibus oblongis angulatis inaequaliter quinquefidis cristatis. B. Willd. *Flor. Dan.* t. 225.

Caules tri-quinque pollicares, laterales stoloniformes. Folia radicalia ovata, reliqua pinnata, pinnis brevibus subellipticis. Corollae purpurascetes. Galea obtusa truncata, utrinque dente acuto versus apicem donata. Leopoli in pascuis humidis inter Bogdanowka et Wielehorz. Cracoviae circa Bronowice, Zakrzuwka, Mogila, Circa Duklam. E. C. Floret Junio — Septembri.

751. *P. Sceptrum Carolinum*, caule simplicissimo, foliis pinnatifidis, pinnis crenatolobatis denticulatis, calycibus quinquefidis cristatis, corollis clausis. B. Willd. *Flor. Dan.* t. 26.

Caulis uni-tripedalis, basi foliosus. Flores rare spicati, sparsi, quandoque terni aut quaterni, bractea suffulti. Corolla flava, speciosa, ore purpurascete. In pratis uliginosis, turfosis Leopoli cum *P. sylvatica* inter Krzywczyce et Laszki. Circa stagna ad Ja-

now et Lelechowka. Prope pagum Biwoda
Circ. Przemysl. Floret Julio, Augusto.

752. *P. foliosa* caule simplici, foliis cau-
linis profunde pinnatifidis, pinnis lanceola-
tis acuminatis pinnatifidis dentatis, spica fo-
liosa, calycibus quinque-dentatis, dente su-
periore maximo, corollae galea obtusissima.
WILLD. JACQ. *Austr. t. 139.*

Circumscriptio folii est lato-triangularis.
Calyx angulis et ore pubescens. Corolla o-
chroleuca, galea obtusissima, adunca. In mon-
tibus carpathicis DIK. Floret aestate.

CCLXXXIV. LINARIA. Tournef.

753. *L. arvensis* foliis sublinearibus, in-
ferioribus quaternis, calycibus piloso-visci-
dis, floribus spicatis, (calcar recurvo), caule
erecto. *Syn. Fl. Gall. p. 232. Antirrhinum*
arvense. WILLD.

Flores brevissime pedunculati, remoti,
flavi. Bracteae calyces aequantes. In arvis
Cracoviae P. Floret Junio, Septembri.

754. *L. minor* foliis lanceolatis obtusis
ellipticisque alternis, infimis oppositis, caule
ramosissimo patulo. *Syn. Fl. Gal. A. minus*
WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 41. Flor. Dan.*
t. 502.

Folia infima spathulata. Flores pallidissi-
sime purpurascens. Leopoli hinc inde in

ruderatis. Jaroslaviae ad fluvium San. Circa
Duklam frequens E. C.

755. *L. genistifolia* foliis lanceolatis a-
cuminatis, panicula virgata flexuosa. *A. ge-
nistifolium WILLD. JACQ. Austr. t. 244.*

Caulis bi-tripedalis. Folia sessilia, lata.
Flores alterni, sessiles, flavi, speciosi. In
montibus carpathicis DZK.

756. *L. vulgaris* foliis lanceolato-lineari-
bus confertis, caule erecto, spicis termina-
libus sessilibus, (floribus imbricatis). *Syn. Fl.*
Gall. p. 233. A. Linaria WILLD. Curt.
Lond. fasc. 1. t. 47. Flor. Dan. t. 982.

Flores speciosi, pedunculati, pallide fla-
vi, palato aurantiaco. In solo sterili, ad se-
pes etc. Floret Junio, Julio.

Peloria corolla cylindracea, ore plicato
irregulari, calcaribus quinque ascendentibus,
totidemque staminibus legi in agro Siedlitz-
czensi. Reliqui flores in eodem caule fuerunt
A. Linariae. Calcaribus quatuor, totidem-
que staminibus vidit. E. C.

757. *L. linifolia* foliis lanceolatis alter-
nis trinerviis acuminatis, caule erecto, flori-
bus spicatis remotis. B. *A. Linifolium*
WILLD.

Folia lineari-lanceolata. Flores parvi, fla-
vi. Pedunculi brevissimi. E montibus carpa-
thicis? DZK.

CCLXXXV. ANTIRRHINUM Tournef.

758. *A. Orontium* floribus sparsis subspicatis, calycibus corolla longioribus, foliis lineari-lanceolatis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 941. Orontium arvense. Pers. Syn.*
Caulis ramosus, erectus. Folia ovato-lanceolata. Flores subsessiles, purpurascetes, in summitate caulis nudi, sparsi. In arvis. DZK. Floret aestate.

CCLXXXII. SCROPHULARIA. Tournef.

759. *S. nodosa* foliis cordatis acutis basi trinervatis, caule acutangulo. SMITH. WILLD.
Radix tuberosa, granulata. Tota planta glaberrima, nuda. Folia dentato-serrata, venosa; superiora basi ovata. *) Racemus terminalis nudus, pedunculis suboppositis, subdichotomis, bracteolatis, glandulis pedicellatis adspersis. Flores fusco-sanguinei, versus basin virides. Capsula ovata, acuta. In sepiibus ad vias. Floret Juni, Julio.

760. *S. glandulosa* foliis cordatis trinervatis (duplicato-crenatis) pubescentibus, petiolis (sub)ciliatis, pedunculis bracteisque piloso-glandulosis, (capsula globosa acuminata). WALDST. et KIT. III. p. 238. t. 214.
Radix lignescens. Caulis uni-bipedalis, obtuse tetragonus, breviter pilosus, pilis pa-

*) Folia non semper trinervata vidit. CL. P. Schultes.

tentissimis. Folia praecipue inferiora longe petiolata, petiolis canaliculatis, semiamplexicaulis, carinatis, carina decurrente, saepius ciliatis. Folia cordato-oblonga, obtusa, raro late-cordata vel acuta, duplicato-crenata, crenis brevissime mucronatis, basi subtrinervia, supra nudiuscula, subtus praecipue ad costas breviter pilosa. Panicula florum terminalis in caule ramisque, si qui adsunt. Sub singulo pari pedunculorum oppositorum folium ovatum, acutum, dentatum, magnitudine decrescens, ut superiora sint lanceolato-linearia, vix dentata. Pedunculi trichotomi, ramis intermediis unifloris; bracteolati, foliis linearibus, acutis; dense glanduloso-pubescentes. Calyces glabri, laciniis rotundatis, margine lato, spadiceo, scarioso. Corollae majores ac in *S. nodosa*, fusco-virides. Capsula subglobosa, acuminata. In pago Lubin Circ. Leop. P. Schk. In Stare siolo Circ. Brzezan. ad sepes humidias viasque. Circa Duklam E. C. Floret Junio — Septembri.

761. *S. aquatica* foliis cordatis petiolatis decurrentibus obtusis, caule alato. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 44.*

Folia superiora ovato-oblonga, acutiuscula, acute serrata. Flores tantum pallidiores, caeterum ut in praecedente.

In paludosis, aggeribus humidis fossarum etc. Floret Julio.

762. *S. cordata* foliis late cordatis petiolis brevioribus, nervosis; nervis basi mem-

brana connexis; caulinis binis, bracteis maximis cordatis serratis, (pedunculis axillaribus solitariis dichotomis) PERS. *Syn. S. vernalis* β. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung.* 1. p. 75. t. 73.

Folia inferiora latiora fere ac longa. Serraturae acutae. Corollae inflatae, fauce contractatae viridi-flavescentes. Circa Duklam ad pedem montis Cergowa Góra E. C. Floret Majo, Junio et Septembri.

CCLXXXIII. DIGITALIS. Tournef.

763. *D. purpurea* calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtusis, labio superiore integro, foliis ovato-lanceolatis rugosis. WILLD. *Flor. Dan. t. 74.*

Caulis erectus, simplex. Folia subtus tomentosa. Flores speciosi, racemosi, nutantes, purpurascens, intus albidus, profunde purpureo-punctati. Circa Piaski Circ. Cracov. et Tyniec E. C. Floret Julio, Augusto.

764. *D. ambigua* calycis foliolis (linearilanceolatis inaequalibus, corollis pubescentibus, galea lata (sub)emarginata, labii inferioris lacinia intermedia (sub)acuta, foliis ovato-lanceolatis pubescentibus. HOFFM. WILLD. *Dechrolouca* JACQ. *Austr. t. 57.*

Caulis simplex, ante anthesin apice nutans. Folia margine et subtus ad nervos pubescentia. Calycis foliolum supremum mini-

mum, distans. Corolla flavescens, interne brunneo-variegata, galea seu labio superiori, obtuso, truncato aut leviter emarginato. Leopoli in argillaceis, collibus fruticosis, ut ad viam versus Winniki. Cracoviae in valle Oy-cow. Floret Julio.

765. *D. lutea* calycinis foliolis (ovato-) lanceolatis, corollis (externe glabris) acutis: labio superiore bifido. WILLD. JACQ. *Austr. t. 105.*

Simillima praecedenti, sed differt foliis glabris, calyce glabro, laciniis ovato-lanceolatis, corollis triplo fere minoribus, angustis, flavis, intus maculatis, galea leviter emarginata. Cracoviae P. Floret Julio.

CCLXXXIV. LIMOSELLA. Linne.

766. *L. aquatica* foliis lanceolato-spathulatis, scapis foliis brevioribus. WILLD. *Flor. Dan. t. 69.* KROCK. *Flor. Siles. Tom. 2. t. 27.* A. var. diandra. t. 27. B.

Plantae pusillae, caespitose crescentes. Floresculi parvi, viridescens. Var. A. Leopoli in Bogdanowka. P. Schk. Altera (B) Cracoviae in inundatis ad Vistulam. Viget Junio — Augusto.

CCLXXXVII. OROBANCHE. Tournef.

767. *O. caryophyllacea* caule simplici, corolla inflata fimbriato-crispa, labii inferioris

laciniis obtusis aequalibus, staminibus intus basi hirsutis. WILLD.

Radix globosa, squamis tecta, parasitica. Caulis simplicissimus, fuscescens, squamis lanceolatis, acutis, fusco-rubiginosis tectus. Spica terminalis. Bractea unica sub singulo flore flavescenti-brunneo, punctis ferruginosis adperso. Vesperi caryophyllos redolent. In nemorosis, ad radices arborum Leopoli: valle Oycow Cracoviae. Floret Junio — Augusto.

768. *O. arenaria* caule simplici, pubescente, bracteis ternis, calycibus tubulatis quadrifidis cum rudimento dentis quinti, staminibus inclusis, stigmate bilobo. *Flor. d. Wett.*

An specie distincta ab *O. caerulea* Willd? Corolla caerulea pubescens. In lapidosis, siccis, aridis Leopoli. Floret Julio.

769. *O. ramosa* caule ramoso, bracteis ternis, corolla quinquefida, laciniis obtusis integerrimis. SMITH. WILLD.

Bractea media ovata, obtusa. Flores purpureo-cyanei, tubo flavicante; minores quam in praecedente. Ad Cannabis radices parasitica Cracoviae P. Floret Julio, Augusto.

TETRADYNAMIA.

Nucamentacea.*

Pericarpia evalvia; hinc sponte non dehiscentia, coriacea vel sublignosa.

CCLXXXVIII. CRAMBE. Filamenta quatuor longiora apice bifurca; altero anthe-

*) Si naturam sequamur potius quam systemata nostra; fructus ordinis hujus, omnino a siliculosis separandi, siliculae dicendi non sunt; omnes enim sunt evalves, sponte nunquam dehiscentes, plures monospermi et sutura et dissepimento carentes; et sicubi praesens est dissepimentum, sutura; et praesente sutura dissepimentum desideratur. Ut corrigam quodammodo errorem in denominatione commissum, vocant nonnulli tales fructus siliculas drupaceas nucamentaceas, coriaceas. Fructus hujus ordinis dicit pericarpia Cl. Medicus, quae ipsi sunt conceptacula membranacea, coriacea, lignosa, variae figurae et formae, evalvia, nunquam sponte dissilientia, nec apice poris dehiscentia, seminibus nidulantibus. Similia autem pericarpia nuce appellamus, quoniam omne velamentum seminum praecedente Equite Linneo, patre terminologiae botanicae, pericarpium vocamus: ideo ordinem hunc sic denominavi. —

rifero. Silicula globosa monosperma coriacea.

SMITH.

CCLXXXIX. RAPISTRUM. Cal. hiulcus. Pet. unguiculata. Silic. globosa nucamentacea bilocularis; uno abortiente, altero monospermo, dissepimento membranaceo. PERS. *Syn.*

CCXC. BUNIAS. Silicula subtetrædra, bilquadrilocularis rugosa. WILLD. (Cal. hians. Pet. unguis recti. Silicula drupacearotundata subossea tuberculata aut hispida, bilocularis, disperma Mirb. et Lam.)

CCXCI. CORONOPUS. Silicula reniformis compressa corrugata, loculis monospermis (coriaceis). SMITH. (Cal. semihians, foliolis concavis. Pet. patentibus. Silicula rotundata reniformis muricata, bilocularis, e-valvis, loculis monospermis. (Mirb. et Lam.) (*Senebiera Pers. Syn.*)

CCXCII. RAPHANISTRUM. Cal. connivens, foliolis duobus basi gibbis. Pericarpium lomentaceum teres articulatum, articulis bilocularibus, loculo altero constanter abortiente. Scop.

* *Isatis.*

Siliculosae.

A. *Silicula septo contrario, valvis navicularibus.*

CCXCIII. COCHLEARIA. Silicula cordata emarginata turgida, valvis gibbis obtusis. (subcompressis) Linne.

CCXCIV. LEPIDIUM. Cal. patens. Pet. aequalia. Silic. integra ovata compressa, valvis carinatis. Sem. numerosa, non marginata. *Syn. Fl. Gal.*

CCXCV. NASTURTIUM. Cal. patens. Pet. aequalia. Silic. orbiculata margine acuto, emarginata, loculis monospermis. Scop. *Carn.*

CCXCVI. CAPSELLA. Silicula triangularis compressa obcordata, loculis polyspermis (non alatis). VEST. MAN. (*Nasturtium.*)

CCXCVII. THLASPI. Cal. patens. Silicula subrotunda emarginata, ala membranacea cincta compressa, (loculis polyspermis). VEST. MAN.

B. *Silicula septo valvis parallelo aut nullo, compresso-planae, aut inflatae, membranaceae.*

CCXCVIII. ISATIS. (Cal. hiulcus. Pet. patentia.) Silicula (samara Fl. d. Wett.) lan-

ceolata compressa monosperma bivalvis decidua, valvulis navicularibus (difficiliter dehiscentibus.) SMITH.

CCXCIX. ADYSETON. Silicula orbicularis, medio gibbosa, stylo terminata, valvis dissepimento parallelis, loculis dispermis. Semina compressa marginata. Stamina breviora dente notata. *Flor. d. Wett.*

CCC. ALYSSUM. Silicula ovalis, stylo terminata, valvis concavis, dissepimento parallelis, loculis oligospermis. Semina compressa submarginata. Stamina duo breviora basi dentata.

CCCI. CAMELINA. (Myagrum. *Syn. Fl. Gall.*) Cal. hiuleus. Pet. unguiculata. Silicula ovoidea seu pyriformis, bilocularis, polysperma. (Sem. oblonga laxe striata, nec membrana alata. *Pers.*) *Mirb. et Lam.**

CCCII. DRABA. Cal. rectus. Pet. medice patentia oblonga, ungue plerumque brevi, integra aut emarginata aut bipartita. Silicula integra ovali-oblonga lanceolata (in sty-

*) Nota. Sysymbrium amphibium maxime affine huic generi.

lum attenuata in D. (aizoide), valvis planiusculis, dissepimento parallelis. Stylus nullus. *Willd.*

CCCIII. LUNARIA. Cal. foliolis duobus saccatis. Silicula elliptica pedicellata, valvis dissepimento aequalibus parallelis planis. *Willd.*

* *Sysymbria Roripae Scopoli.*

Nota. Cl. Vest. hosce duos ordines sequenti ratione subdivisit.

A *Siliculis vel pericarpis evalvibus deciduis non hiantibus crassis*: Bunias, Crambe, Kakile.

B. *Siliculis compresso-planis*: — Clypeola Peltaria, Biscutella, Isatis, Lunaria.

C. *Silicula subcompressa bilocularis, septo contrario, valvis navicularibus.*

Iberis, Nasturtium (Thlaspi Bursa Pastoris), Thlaspi, Lepidium, Subularia, Cochlearia (Coronopus).

D. *Scepto non contrario.*

Myagrum (Rapistrum, Camelina et Myagrum *Mirb. et Lam.*) Alyssum (et Adyseton) Draba et Sysymbria Roripae.

E sectionibus A, B et D formari ordinem nucamentaceorum praecedentibus auctoribus Florae Wettaviensis et sectionem secundam ordinis siliculosarum. Sectio C dedit mihi sectionem A ordinis secundi.

Alium ordinem in conspectu generum Cl. Willdenovius serravit, quem ad facilitandam determinationem generum hic subjungam. Ipse

praecedente Linneo duos tantum statuit ordines

Siliculosarum.

* *Silicula integra, nec apice emarginata.*
Draba, Lunaria, Myagram (Rapistrum et Camelina), Bunias, Crambe.

** *Silicula apice emarginata.*
Alyssum (Alyssum et Adyseton), Cochlearia (et Coronopus), Lepidium (Lepidium et Nasturtium), Thlaspi (Thlaspi et Capsella), Isatis.

et Siliquosarum.

In expositione generum hujus ordinis a Cl. Willdenovio non recedi.

Hic sequentur subdivisiones adhuc ordinis *Siliculosarum* secundum Floram Wetterav.

* *Siliculis quidquam inflatis.*

Camelina, Cochlearia, Adyseton, Alyssum, Armoracia (Cochlearia Armoracia, W.), Draba.

** *Siliculae emarginatae, margine membranaceo instructae.*

Thlaspi. Iberis. Nasturtium (Lepidium sativum).

*** *Siliculae emarginatae, absque margine membranaceo.*

Senkembergia (Lepidium ruderales W.), Lepidium (latifolium et graminifolium W.), Roodschiedia (Thlaspi Bursa Pastoris)

Siliquosa.

* *Calyx clausus, foliis longitudinaliter conniventibus.*

CCCIV. ERYSIMUM. Cal. connivens clausus; discus ovarii (germinis) biglandulosus; stigma capitatum; siliqua (sub)tetragona, (Sem. oblonga aut compressa). *Syn. Fl. Gal. p. 372.*

CCCV. ARABIS. Glandulae nectariferae quatuor oblongae squasiformes reflexae. Cal. clausus, foliis duobus basi gibbis. Stigm. simplex. Siliqua linearis torulosa. СМІТН. (*Sisymbrium arenosum* W. hujus loci).

CCCVI. TURRITIS. Siliqua longissima, stricta subangulata. Cal. connivens erectus. Cor. erecta. СМІТН.

CCCVII. BRASSICA. Cal. (sub)connivens (patens in *B. campestris*) basi gibbosus; discus ovarii quadriglandulosus. Siliqua teres, compressa, cylindrica aut tetragona, (dissepimento saepius prominente subulato). Sem. sphaerica. *Syn. Flor. Gall. p. 359.*

CCCVIII. DENTARIA. Siliqua acuminata stylifera, elastice dissiliens valvulis revolutis. Semina in foveis dissepimenti fungosi. Stigma emarginatum. Cal. clausus. Vest. Man.

* *Raphanus Raphanistrum*** *Cal. hians, foliolis superne distantibus.*

CCCIX. CARDAMINE Siliqua elastice dissiliens, valvulis revolutis. Septum membranaceum. Stigma integrum. Cal. subhians, WILLD.

CCCX. SISYMBRIUM Siliqua (subcylindrica) densiscens, valvulis rectiusculis. Cal. patens. Cor. patens. WILLD.

CCCXI. SINAPIS Cal. patentissimus. Cor. unguisrecti. Glandulae nectariferae. quatuor. Siliqua dissepimento prominente. SMITH. *Flor. Britt.** *Brassica campestris.*

TETRADYNAMIA.

Nucamentacea.

CCLXXXVIII. CRAMBE. Linne.

770. *C. tatarica* foliis supradecompositis inciso-dentatis, cauleque glabriusculis. WILLD. JACQ. *Icon. pl. rar. I. t. 129.*

Radix verticalis, simplex, orgyalis, duos pollices diametro metiens. Folia interrupte bipinnatifida, laciniis oblongis, inaequaliter dentatis, obtusis, subtus adcostas hispida; alia sunt oblonga, pinnatifida. Caulis parum foliosus, ramificationibus primariis foliolis obtusis dentatis suffultis. Flores paniculato-tacemosi, albi, racemis patulo-erectis.

Tempore penuriae radix a pauperibus comeditur. Prope Zaleszczyki et in Bucowina D. D. I. et ZK.

CCLXXXIX. RAPISTRUM. Tournef.

771. *R. paniculatum* siliculis subrotundo-globosis reticulato-rugosis, foliis lanceolatis subdentatis sagittatis amplexicaulibus. WILLD. (Sub *Myagris*) *Myagrum paniculatum Flor. Dan. t. 204.*

Caulis superne paniculatus. Racemi fructiferi elongati. Flores flavi. In arvis, Floret Junio, Julio.

CCXCII. RAPHANISTRUM. Tournef.

772. *R. innocuum* caule erecto, foliis pinnatifidis lyratis, pericarpis erectis. Moench. *Method. Raphanus Raphanistrum. WILLD. Flor. Dan. t. 678.*

Caulis basi retrorsum hispidus. Flores flavi, rarius albi et rubri. Fructus immaturi non articulati, teretes. Floret aestate. In arvis Cracoviae P.

CCXC. BUNIAS. Linne.

773. *B. orientalis* siliculis ovatis gibbis verrucosis, foliis inferioribus runcinato-lyratis, superioribus lanceolatis. WILLD.

Caulis erectus. Racemi paniculato-corymbosi. Folia intermedia sagittato-runcinata; supra dentata. Flores flavi. Leopoli ad vias, in ruderalis vulgatissima. Floret Junio.

774. *B. syriaca* siliculis globosis subtri-
gonis scabris uncinato-rostratis, foliis lan-
ceolatis acutis petiolatis. WILLD. *Anastatica*
syriaca. JACQ. *Aust. t. 6.*

Caulis ramosissimus. Flores sessiles, albi,
exigui. Circa Zaleszczyki DZK. — DI.

CCXCI. CORONOPUS. Gaertner.

775. *C. depressus* siliculis integris cristato-
muricatis, stylo porrecto, racemis oppositi-
foliis pinnatifidis, caule depresso. *B. Flor.*
Wett. Cochlearia Coronopus. WILLD. *Flor.*
Dan. t. 202.

Foliorum laciniae rhombo-ovatae, ob-
tusae, antice crenatae. Flores parvi, albi.
Ad vias frequens. Floret Junio — Augusto.

Siliculosa.

CCXCIII. COCHLEARIA. Linne.

776. *Armoracia*, foliis radicalibus crena-
tis, caulinis crenato-incisis. WILLD.
Folia primordialia pinnatifida, laciniiis li-
nearibus integerrimis, reliqua pedalia et ul-
tra, lucida. Flores albi, in racemis panicula-
tis, raro fertiles. In cultis, arvis quasi sponte.
Floret Julio.

777. *C. Draba* foliis oblongis acutis den-
ticulatis hastato-amplexicaulibus B. WILLD.
JACQ. *Austr. t. 315. Lepidium Draba Vest.*
Man. etc.

Folia incana. Caulis superne paniculatus,
corymbosus, floribus racemosis, albis. Planta
generis dubii: differt enim a Cochleariis reli-
quis siliculis dispermis, loculis compressis
subcarinatis; a Lepidiis silicula cordata tur-
gida et numero seminum: Leopoli ad vias ver-
sus P. P. Carmelitanos: Floret Junio.

CCXCIV. LEPIDIUM. Linne.

778. *L. latifolium*, foliis ovato-lanceo-
latis integris serratis. WILLD. *Flor. Dan. t. 557.*

Caulis bi-tripedales, paniculati. Flores
albi. Siliculae ellipticae, integerrimae, stig-
mate sessili. In montibus carpathicis. DZK.

CCXCV. NASTURTIUM. Scopoli.

779. *N. ruderale* floribus diandris apeta-
lis, foliis inferioribus pinnatifidis, superiori-
bus linearibus integerrimis. *Lepidium ruder-*
ale. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 184.*

Vix spithamaea planta; plerumque ra-
mosissima, odoris fortis ingrati. In incul-
tis, ruderatis, muris vetustis. Floret Junio,
Julio.

CCXCVI. CAPSELLA. Ventenant.

780. *C. Bursa Pastoris* foliis (oblongo)
lanceolatis: radicalibus pinnatifidis (sub) den-
tatis, caulinis sagittatis. Vest. Man. *Thlaspi*
Bursa Pastoris WILLD.

Caulis superne ramosus. Flores racem-
osi, albi. Folia radicalia forma summpete

variant; plerumque solent laciniae subovatae, integerrimae esse; occurrunt autem lacinii linearibus integerrimis; quandoque sunt pinnatifido-runcinatae, lacinii antice dentatis, birtis; saepe sunt integra. etc. In ruderatis, ad vias vulgatissima. Floret a primo vere in serum autumnum usque.

CCXCVII. THLAPSI. Linne.

781. *T. arvense* siliculis orbiculatis polyspermis glaberrimis, ala latissima, foliis oblongis glabris sinuato-dentatis sagittato-amplexicaulibus. VEST. MAN. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 43. Flor. Dan. t. 773.*

Flores albi. In arvis, ruderatisque vulgaris. Floret Junio, Julio.

782. *T. campestre* siliculis subrotundis glanduloso-punctatis superne marginatis, foliis caulinis sagittatis dentatis incanis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 45.*

Folia radicalia sinnato-lyrata, emarcida. Flores albi. Siliculae gibbosae. Cracoviae in arvis inter Zwierzyniec et Przegorzaly ad Vistulam. Alibi DZK. Floret Majo, Junio.

CCXCVIII. ISATIS. Linne.

783. *I. tinctoria* foliis radicalibus crenatis, caulinis sagittatis, siliculis obtusiusculis glabris. SMITH. WILLD.

Folia glauca, caulina integerrima. Flo-

res racemosi, lutei. Siliculae pendulae, fuscae. Prope Zaleszczyki ad fluvium Dniester. DF.

CCXCIX. ADYSETON. Scopoli.

784. *A. calycinum* caule erecto, calycibus persistentibus, petalis longitudine calycis, staminibus omnibus dentatis. B. *Flor. d. Wett. Alyssum calycinum* WILLD. JACQ. *Austr. t. 338.*

Planta magnitudine valde varians. Caulis modo simplex, bipollicaris; modo ramosissimus, spithamaeus. Caulis et folia setis brevibus, stellatis, scabra. Flores pallide flavi, serius albidii. Stylus brevissimus. In arenosis arvis vulgaris. Floret Junio, Julio.

785. *A. montanum* calycibus deciduis, petalis calyce duplo longioribus. *Flor. d. Wett. Alyssum montanum.* WILLD. JACQ. *Austr. t. 37.*

Caulis diffusi, basi procumbentes, adscendentes. Folia et caulis simili modo scabra ac praecedentis. Flores flavi.

In arenosis sylvis acerosis circa Stracz et Lelechowka. Floret Junio.

CCC. ALYSSUM. Scopoli.

786. *A. incanum* caule ramoso, foliis lanceolatis incanis, floribus racemoso-corymbosis, petalis bifidis. B. WILLD.

Caulis modo erectus, modo suffruticosus,

diffusus. Flores albi. In arenosis apricis, lapidosis vulgaris. Floret Majo, Junio.

787. *A. gemonense* caule herbaceo, ramis divaricatis, foliis radicalibus obovatis subtomentosis (repandis), siliculis inflatis JACQ. *Icon. pl. rar.* 3. t. 91.

Folia incana, attactu mollia, obovato-oblonga. Flores racemosi, lutei. Siliculae ellipticae, inflatae. Circa Zaleszczyki DF.

CCCI. CAMELINA. Ventenani.

788. *C. sativa* siliculis obovatis pedunculatis, foliis amplexicaulibus integerrimis, (imis lanceolatis, reliquis sagittatis linearibus.) WILLD. (*Myagrurn sativum*) *Alyssum sativum* SMITH.

Flores flavi. Inter segetes Leopoli sat rara. Cracoviae frequentissima. Floret Majo, Junio.

789. *C. austriaca* siliculis subrotundis glabris, foliis obovato-lanceolatis dentatis, basi integerrimis amplexicaulibus (subsagittatis.) (*Myagrurn austriacum*). WILLD. JACQ. *Austr. t.* 111.

Caulis ramosi. Flores racemosi, racemis fastigiatis. Flores flavicantes. In montibus carpathicis. DZK. Circa Duklam. E. C.

CCCII. DRABA, Linne.

790.

790. *D. aizoides* foliis lanceolatis rigidis carinatis, margine ciliatis, petalis calyce duplo longioribus, (siliculis lanceolatis in stylum attenuatis.) WILLD. JACQ. *Austr. t.* 192.

Folia caespitosa. Caulis subnudus. Flores lutei, congenerum maximi. In montosis apricis DF. Floret Junio.

791. *D. verna* scapis nudis, petalis bipartitis, foliis lanceolatis subincisis hirtis. SMITH. WILLD.

Planta uni-tripollicaris, floribus albimimimis. Vulgatissima in arvis, ruderalis: Floret Martio, Aprili, initio Maji et quandoque sero autumno.

792. *D. nemoralis* caule ramoso folioso, foliis ovatis amplexicaulibus dentatis, siliculis patentibus pubescentibus, WILLD.

Caulis basi, folia et calyx hirsuta. Racemus glaberrimus. Flores flavi. Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae in horto Nosocomii ad S. Lazarum, praeterea hinc inde in graminosis umbrasis ad Rudawam. Floret Majo, Junio.

CCCIII. LUNARIA. Linne.

793. *L. rediviva* siliculis oblongis utrinque attenuatis, radice perenni. B. WILLD.

Caulis alti, tri-quadripedales. Folia superiora alterne profunde dentata, dentibus mucronatis. Flores rubri. Quondam in sylva supra Liszniec infra saxa. P. Schk; at ex P. II. D

stirpata ibidem. Circa Zaleszczyki DF. Floret Majo, Junio.

794. *L. annua* siliculis ellipticis, utrinque obtusis, radice bienni. B. WILLD.

Caulis 1 — 2 pedalis. Folia opposita; inferiora cordata; summa ovata et ovato-lanceolata, sessilia, obtuse dentata, dentibus mucronatis. Variat foliis ternis. Flores inodori, purpureo-violacei. Cracoviae in monte intra muros monasterii P. P. Camalduensium. Floret Majo, Junio.

Siliquosa.

CCCVIII. DENTARIA. Tournef.

795. *D. glandulosa* foliis ternis ternatis profunde dentatis, glandula subulata in foliorum axillis, staminibus corolla duplo brevioribus. WILLD.

Caulis pedalis, glaucescens, nudus, superne triphyllus. Glandulae in axillis foliorum quandoque desiderantur. Flores speciosi, purpurei, petalis patentibus. Folia plantarum juniorum solitaria, ternata. In umbrosis Leopoli infra rupes sylvae prope Liszeniec. Circa Zaleszczyki DF. In latere septentrionali montis Babia Góra. Circa Duklam EC. In vallis Oycow umbrosis prope Piaskowa Skala. Floret Aprili.

796. *D. bulbifera* foliis inferioribus pinnatis, summis simplicibus, (axillis post anthesin bulbiferis). WILLD. *Flor. Dan. t. 361.*

Flores purpurei. Bulbi squamosi, atro-purpurei, decidui. Fructus abortiunt potissimum. In collibus sylvae versus meridiem pagi Wyszenki ad viam sitis. Floret Aprili, Maj.

CCCIX CARDAMINE. Linne.

797. *C. Impatiens* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis incisus integrisve stipulis, ciliatis. SMITZ.

Caulis erectus, pedalis, angulatus, glaber. Folia multijuga; radicalium foliola ovata, inciso lobata, obtusa. Flores parvi, tetrandri et tetradynami, petalis albis, angustis, cito deciduis instructi; hinc saepius forsitan pro apetalis habentur, quam revera sunt. Siliquae in stylum subulatum, sesquilineam saepe longum terminatae, stigmate parvo, simplici. Leopoli rara. Circa Uszkowice ad rivulos. In vallis Oycow umbrosis. Floret Majo, Junio.

798. *C. parviflora*, foliis glabris pinnatis, inferiorum foliolis subrotundis sessilibus, superiorum linearibus integerrimis obtusis. *Syn. Flor. Gall. p. 376. WILLD.*

Sequente in omnibus partibus tenerior. Pedunculi fructiferi magis patentis. Flores saepius, tetrandri albi. Siliquae teretiusculae, torulosae, erectiusculae. In montosis circa Duklam. E. C. Floret aestate.

799. *C. hirsuta* foliis subhirsutis pinnatis (exstipulatis), foliolis radicalium subro-

zundis petiolatis, superiorum oblongo-lineari-
bus. *Syn. Flor. Gall. C. Impatiens, Flor.*
Dan. t. 735.

Parum hirsuta. Foliola radicalium angu-
lato-denticulata; superiorum parum dentata,
integrave; extimo tamen semper latiore. Si-
liquae apice truncatae, nec attenuatae. Ta-
lem legit D. F. in montibus carpathicis circa
Dornam.

Planta autem in monte Babia Góra a no-
bis lecta differt hirsutiae majore, foliis radi-
calibus interrupte pinnatis, foliolis inciso-lo-
batis, interjectis multo minoribus, oblongis, in-
tegris, siliquis apice in stylum brevissimum,
stigmatate capitato terminatum, attenuatis. Flo-
res in utraque tetradynamos vidi. Florent
aestate.

800. *C. sylvatica* (stolonifera) foliis pin-
natis exstipulatis: foliolis (asperiusculis: ra-
dicalibus subrotundis, caulinis) oblongis lan-
ceolatis dentato-incisis petiolatis. *HOFFM.*
Cardamine hirsuta Flor. Dan. t. 148.

Radix, caulis basi et axilli foliorum sto-
loniferi. Folia pinnata, radicalia 5—10 ju-
ga, foliolis oppositis, alternis, subrotundis, an-
gulatis, pilis brevissimis adspersa, petiolata,
deflexa. Petioli semiteretes, sursum canali-
culati; partiales breves. Caulis teretiusculus,
pedalis, levis, foliis plerumque multis, pa-
tentibus, laxè pinnatis instructus, pinnis ma-
gis oblongis ac radicalium, glabris, basi atte-

nuatis, petiolis foliolo dimidio brevioribus,
adultioribus dependentibus. Flores corym-
boso-racemosi, majores quam in *C. pratensi*;
caeterum conformes. Antherae flavae. Stig-
ma capitatum, crassum. Siliquae longius pe-
dunculatae, magis patentes, apice in stylum
breve attenuatae. Variat caule ad apicem
usque folioso, unifloro, flore maximo, longe
pedunculato. Cracoviae in pratis humidis
cum *C. pratensi*. Floret Majo, Junio.

Ab hac ut speciem distinguit Cl. Schul-
tes sequentem.

* *C. dentata* stolonifera, foliis pinnatis
exstipulatis, foliolis carnosulis, radicalibus
subrotundis angulosis, caulinis lanceolatis sub-
sinuato-dentatis petiolatis laxis.

Radix et basis caulis stoloniferae. Fo-
lia pinnata, succulenta: radicalia 5—7 ju-
ga, foliolis oppositis alternisque subrotundis, an-
gulatis; juniora pilis brevissimis adspersa.
Caulis pedalis sesquipedalisque, teretiusculus,
laevis, nudus, basi cum petiolis purpureo-
violaceus. Folia caulina multa, tri-quinque-
juga, foliolis lanceolatis, dentatis, extimo
saepe latiori, tridentato: summorum lineari-
lanceolatis, saepe unidentatis, petiolatis.
Calyceum foliola concava, subhiulca. Flores
et siliquae ut in *C. pratensi*; at majores. Sty-
lus brevissimus, rectus. Stigma capitatum.
Cum *C. sylvatica* mixtim crescit, et floret,
a qua differt foliis magis carnosis, caulinis pau-
cijugis, foliolis lanceolatis illis duplo longio-

ribus, subpollicaribus, axillis foliorum minus stoloniferis, floribusque parum minoribus. Schult. Appropinquat se adeo *C. pratensi*, ut facile pro varietate luxuriosa haberi possit.

801. *C. pratensis* foliis pinnatis: foliis radicalibus subrotundis dentatis (subglabris), caulinis lanceolatis (integerrimis sessilibus). SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 40. Flor. Dan. t. 1039.*

Folia radicalia sublyrata, plerumque sexjuga, subhirsuta; caulina stricta, nuda, foliis canaliculatis, basi attenuatis, decurrentibus, subarcuatis, petiolo communi marginate. Caulis basi purpurascens. Flores speciosi, purpurascens aut albi; ab initio corymbosi in racemum demum abeunt. Antherae flavae. Stigma capitatum. Siliquae juniores purpurascens, adultae strictae. In pratis humidis vulgaris. Floret Aprili, Majo.

802. *C. amara* foliis pinnatis, foliolis omnibus (petiolatis) subrotundis (repando-angulatis), caule i stolonifero, (stylo subulato obliquo). WILLD.

Habitu simillima *Sisymbrio Nasturtio*, quocum saepissime quoque confunditur. Foliolum terminale reliquis multo majus, subcordato-orbiculatum, obtusissime angulatum. Foliola caulina magis elliptica. Caulis basi et folia subtus pilis brevissimis dense adspersa. Petala alba. Antherae purpureae; defloratae violaceae, arcuatae. Stigma parvum, sim-

plex. Siliquae lineares, compressae, parum patentes. Leopoli in paludosis sylvae Krzywoczyce: Cracoviae ad fontes. In valle Oycow ad margines rivuli frequentissima. Floret Majo.

CCCX. SISYMBRIUM. Linne.

* *Roripae siliquis declinatis ovati-oblongis, Scopoli.*

803. *S. Nasturtium* siliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis cordato-subrotundis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 44. Flor. Dan. t. 690. Cardamine fontana Lam.*

Caulis teres, quatuor praecedentibus habitu et flore simillimum. Flores albi, aut leviter purpurascens. Antherae flavae. Siliquae lineares, compressae, arcuatae, pedunculis patentissimis, apice incurvis; stigmate sessili. Ad scaturigines et rivulos Leopoli, rarior Cracoviae.

804. *S. sylvestre* radice stolonifera, foliis decursive pinnatis, pinnis lanceolatis inciso-serratis, siliculis declinatis. HOFFM. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 41.*

Folia forma variant. Inferiora interrupte pinnata aut potius pinnatifida, pinnis ovato-lanceolatis, inciso-pinnatifidis, laciniis obtusiusculis; superiorum rachi integra, pinnis linearibus, integerrimis, incisis aut pinnatifidis. Flores lutei, parvi, petalis tamen calyce majoribus. Siliquae lineares, teretia-cipites, arcuatae, stylo brevissimo, stigma-

teque capitato crasso, terminatae; abortientes autem plus dimidio breviores, oblongae; stylo duplo fere longiore terminatae. Ad vias, in ruderatis humidis. Floret Julio.

805. *S. palustre* radice simplici, foliis pinnatifidis dentato-serratis, petalis calyce minoribus, siliquis declinatis oblongo-ovatis, HOFFM. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 49.*

Flores exigui. Calyx flavescens. Petala flava. Siliquae elliptico-oblongae, turgidae polyspermae, horizontaliter patentes, parum incurvae, stylo brevissimo stigmataque crasso terminatae, pleraeque fertiles. Varietates duas possideo. In prima caulis sesquipetalis. Foliolorum pinnae lanceolatae; extimae confluentes. In altera caulis quatuor-sempollicaris. Folia lyrato-pinnatifida; pinna extima ovato-rotundata; reliquis angustioribus, obtusissimis. Varietas prima Leopoli; altera Cracoviae in inundatis, ruderatis humidis. Floret Julio — Septembri.

806. *S. amphibium* siliquis declinatis oblongo-ovatis pedicellatis, foliis oblongo-lanceolatis pinnatifidisve serratis, petalis calyce longioribus. WILLD.

Flores lutei. Germen pedicellatum, globosum. Stylus elongatus, stigmatibus capitato terminatus. Siliquae seu potius siliculae brevissimae.

Var. α *S. a. palustre* foliis submersis pinnatifidis, laciniis capillaribus; emersa in-

feriora quoque pinnatifida, laciniis lineari-lanceolatis obtusis; summa lanceolata, inciso-serrata.

Var. β *S. a. aquaticum* foliis omnibus oblongo-lanceolatis, inaequaliter dentato-serratis. Varietas haec in horto botanico per decennium culta constanter formam suam servat, etiamsi solo sat sicco fruatur. Priorem prope Leopolim in Laszki penes Molam legi. Altera Cracoviae frequens in inundatis ad Vistulam. Floret Junio, Julio.

** *Siliquis longis.*

807. *S. murale* foliis lanceolatis sinuato-serratis, (versus basin attenuatis), laeviusculis, caule subscabro, (superne nudo) ascendente. *Syn. Flor. Gall. p. 373. WILLD. Barvel. rar. t. 131.*

Caulis basi solum ramosus et foliosus, caeterum nudus. Flores laxe racemosi, flavescens, calycibus semipatentibus. Siliquae patentes, stylo sat longo terminatae. Ad vias hinc inde et in ruderatis Cracoviae P. Floret Julio — Octobri.

808. *S. Sophia* foliis pinnato-decompositis, petalis calyce minoribus. WILLD. *Flor. Dan. t. 528.*

Caulis saepe violaceus. Folia canescentia, alterne et interrupte pinnata, pinnis bipinnatifidis, alternis, laciniis lineari-lanceolatis. Flores parvi, sulphurei. In ruderatis. Fimeticis, ad vias. Floret Junio, Julio.

809. *S. Loeselii* foliis runcinatis acutis; radicalibus hispido-pubescentibus; caulinis subdenudatis, caule retrorsum setoso B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 324.*

Folia runcinato-pinnatifida, pinnis antorsum magis dentatis. Pili setosi caulis albi, patentissimo-reflexi. Flores parvi, flavi. Cracoviae in muris vetustis. Circa Zaleszczyki DF. Floret Majo, Julio.

810. *S. strictissimum*, foliis oblongo-lanceolatis dentatis pubescentibus petiolatis, siliquis patentibus. WILLD. JACQ. *Austr. t. 194.*

Caulis saepe violaceus, simplex, bi-quinquepedalis. Folia basin versus profundius dentata, venosa, subtus praecipue pubescentia. Flores speciosi, lutei thyrsus, ex racemis compositum, formant. Antherae defloratae violaceae. In montibus carpathicis DZK. In rupibus vallis Oycow. Floret Junio, Julio.

CCCIV. ERYSIMUM. Linn.

811. *E. officinale* foliis runcinatis, caule divaricato, siliquis rachi appressis, tetragono-subulatis. B. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 50. Flor. Dan. t. 50. Sisymbrium officinale.* ROTH.

Spicae elongatae, divaricatae. Flores minuti, flavescentes. In ruderatis, ad vias. Floret Junio, Julio.

812. *E. Barbarea* foliis inferioribus lyratis, lobo terminali rotundato, superioribus obovato-dentatis, (basi cuneatis). SMITH. WILLD. *Sisymbrium Barbarea.* *) Crantz.

Planta glabra, foliis lucidis. Flores lutei. Siliquae tetragono-cylindricae, striatae, apice subulato, decem circiter lineas longae. In ruderatis, arvis humidis ad sepes. Floret Majo, Junio.

813. *E. Alliaria* foliis cordatis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 48. WILLD. Flor. Dan. t. 935.*

Folia trita allium redolent. Flores albi. Siliqua linearis, longa. In pomariis, umbrosis. Floret Majo, Junio.

814. *E. cheiranthoides* foliis lanceolatis (subdenticulatis), siliquis patulis. WILLD.

Caulis erectus, angulatus, scaber. Folia modo denticulis remotis instructa, modo integerrima. Calyx viridis. Flores flavi. Stigma parvum, parum emarginatum. Siliquae patentes, utrinque attenuatae, pedunculo nec duplo longiores. In arvis, cultis non frequens. Floret Majo — Julio.

*) Si *E. officinale* *Sisymbriis* adnumeremus, eodem cum jure et hoc illuc transferre debemus, si unice siliquae habemus respectum: at calyx non videtur esse negligendus.

815. *E. odoratum* foliis lanceolatis remote argute dentatis, petalis subrotundis, siliquis erectis strictis, caule sulcato. WILLD.
E. hieracifolium Jacq. Austr. t. 73.

Folia canescenti-virida, dentibus recurvis. Flores sulphurei. Stigma capitatum, bilobum. Siliquae strictae albae. In montibus carpathicis DZK, Circa Zaleszczyki DE.

816. *E. hieracifolium* foliis lanceolatis remote dentatis (patentibus), siliquis erectis. WILLD. Flor. Dan. t. 923.

Ab *E. cheiranthoide*, quocum confundebatur a pluribus, distinguendum foliis magis dentatis patentibusque; floribus pallidioribus, quadruplo majoribus; calycibus albidis; stigmatibus crasso, emarginato; et siliquis (viridibus) pedunculo triplo longioribus, erectis. In muris Cracoviae. Floret Majo, Junio.

817. *E. diffusum* foliis linearibus planis subdentatis recurvatis canescentibus scabris, siliquis erectis patentibus. WILLD. *Cheiranthus alpinus*. Jacq. Austr. t. 75.

Flores pallide flavi. Siliquae erectae, pedunculis patentibus insidentes. In montibus carpathicis DZK.

CCCV. ARABIS. Linne.

818. *A. thaliana* foliis radicalibus oblongis petiolatis, caulinis lanceolatis sessilibus,

bus, caule erecto, basi hirsuto, petalis calyce longioribus, (siliquis patulis.) WILLD.

Folia hispida. Caulis erectus, superne laevis, glaucus. Flores parvi albi. Siliquarum pedunculi patentes, siliquis ascendentibus. In arvis ruderalibus frequentissima. Floret Aprili, Majo.

819. *A. arenosa* foliis lyratis rectangulodentatis, hispidis, pilis ramosis, caule subsilioso ramoso. (*Sisymbrium arenosum*). WILLD.

Folia radicalia plurima, lanceolato-lyrata, villosa-hispida, pilis apice ramosis; caulina superiora lanceolata, integra. Calyx hiulcus. Discus germinis quadriglandulosus. Petala alba, rarissime leviter violacea. Siliquae lineares, compressae. Leopoli in rupibus supra Liszeniec, praeterea in saxis prope Brzuchowice. Cracoviae circa Zwierzyniec, vallesque Oycow. Floret Majo, Junio.

820. *A. hispida* foliis radicalibus runcinato-lyratis hispidis, caulinis lanceolatis, pilis furcatis, caulibus glabris ramosis. SMITH. WILLD. *Dill elth.* 70. t. 61. f. 71.

Folia carnosae, lucida. Pili punctis elevatis infidentes. Lacinae foliorum remotae; caulina inferiora radicalibus similia. Caulis ascendens. Flores albi, racemosi. Pedicelli fructiferi divaricati. Siliquae ascendentes torulosae, basi dehiscentes. In partibus septem-

trionalis montis Babia, Góra locis umbrosis, humidis. Floret Julio, Augusto. *)

821. *A. Halleri* foliis radicalibus petiolatis lyratis, caulinis sublyratis, rameis dentatis integris. HOFFM. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 126. t. 120.*

Folia stolonum cordato-ovata, integra, hispidula. Flores parvi albi. Pedicelli fructigeri divaricati. Siliquae torulosae, ascendentes.

Caulis erectus, folia pilosiuscula in montibus carpathicis DF. Caules profusi, paniculati, debiles et folia laevia in demissis Cracoviae circa Zwierzyniec ad sepes. Floret Junio. Circa Duklam EC.

CCCVI. TURRIFIS. Linne.

822. *T. glabra* foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus (sagittatis) glabris WILLD.

Pili foliorum furcati. Folia caulina saepe glauco-violacea. Flores ochroleuci. Siliqua compressa, linearis. In locis siccis apricis, haud infrequens. Floret Junio.

823. *T. hirsuta* foliis omnibus hispidis, caule hirto, pilis simplicibus patentibus, siliqua

*) Nota. Cardamine petraea Flor. Dan. t. 386 huc citatur: at non optime cum nostra planta quadrat.

(compressa) quadrangulari. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 1040. JACQ. Icon. rar. t. 126.*

Statura praecedentis, at minor. Pili foliorum radicalium et caulinarum inferiorum furcati; caulis autem simplices, patentes, parum intricati. Flores albi. Leopoli in collibus inter Cimiterium Judeorum et hortum III. D. de Kortum et in latere septentrionali partis anterioris montis arenosi. In collibus apricis Cracoviae. Floret Majo, Junio.

824. *T. Gerardi* foliis subhispidis summis ciliatis, caule scabro, pilis furcatis depressis, siliquis planis *B. T. hirsuta Gerard. Galloprov. 367. Ex Cl. Smithio. T. planisiliqua. Pers. Syn.*

Habitus, forma foliorum et color florum idem, qui praecedentis. Caulis pili furcati et stellati, subappressi. Folia praecique ad margines pilis tecta; inferiorum furcati, superiorum simplices. Habitat et floret cum praecedente.

CCCVII. BRASSICA. Linne.

825. *B. campestris* radice cauleque tenui, foliis cordatis acuminatis amplexicaulibus: inferioribus lyratis dentatis subhispidis. SMITH.

Folia radicalia subtus ad nervos saepe birta. Flores lutei. In arvis vulgaris. Floret Majo, Junio.

826. *B. orientalis* foliis integerrimis; caulinis cordatis amplexicaulibus rotundatis glabris; radicalibus subscabris, siliquis tetragonis laevibus. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 282.*

Erysimum orientale VEST.

Caulis erectus. Folia glauca. Flores albidii. Leopoli et Cracoviae hinc inde in ruderalis arvisque. Floret Junio.

CCCXI. SINAPIS. Linne.

827. *S. arvensis* siliquis multangulis toroso-turgidis, rostro accipiti longioribus, foliis ovatis sublyratis SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 753.*

Folia scabra. Flores lutei. Siliquae suboctangulae hispidae aut glabrae. Inter segetes. Floret Junio.

828. *S. campestris* siliquis tetragonis, rostro subulato, glabris, erectiusculis. foliis obovatis indivisis duplicato-dentatis in petiolum attenuatis laevibus. NOBIS.

Radix annua, simplex, fibrosa. Caulis erectus, teres, laevis, superne ramosus, ramis sub angulo acuto patentibus, 7 - 18 pollicaris. Folia radicalia non amplius vidi; caulina infima aequae ac superiora obovata, versus petiolum attenuata, bidentata, laevia; suprema proportionatim minora, et angustiora; ramea linearia, utrinque attenuata. Flores laxè racemosi. Calycum foliola patentia, linear-oblonga, glabra. Petalorum

lamina obovata, integerrima, flava. Stamina et glandulae generis. Stigma capitatum, depressum. Siliquaetetragonae, venosae, venis elevatis, inter semina parum contractae, rostro teretiusculo, striato-subulato, quartam silliquae pollicaris partem metiente. Semina subglobosa, fusca. In collibus campisque circa Cracoviam E. C. Floret aestate.

MONODELPHIA.

Pentandria.

CCCXII. ERODIUM Cal. quinquephyllus. Cor. quinquepetala. Gland. nectariferae quinque. Filam. quinque sterilia. Arilli quinque monospermi rostrati; rostris spiralibus introrsum barbatis. *Hoffm.*

Anagallis. Lysimachiae. Linum. Geranium pusillum. Jasione montana Pers.

Octandria.

* *Polygala. Fl. d. Wett. Genista tinctoria. Ex Scoplio.*

Decandria.

CCCXIII. GERANIUM Cal. quinquephyllus. Cor. quinquepetala. Gland. nectariferae quinque. Arilli quinque monospermi rostrati, rostris recurvis nudis. *Hoffm.*

* *Genista. Ononis. Anthyllis. Cytisus capitatus, austriacus, leucanthus, supinus. Gallega officinalis. Vest. Oxalis Acetosella.*

Polyandria.

CCCXIV. MALVA Cal. duplex: exterior triphyllus. Caps. plurimae monospermae in orbem dispositae. SMITH.

CCCXV. LAVATERA Cal. duplex: externus trifidus. Caps. plurimae monospermae in orbem dispositae. SMITH.

MONODELPHIA.

Pentandria.

CCCXII. ERODIUM. l'Heretier.

819. *E. cicutarium* pedunculis multifloris, foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis incisis, corollis calyce majoribus, caule hirsuto prostrato. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 51. Flor. Dan. t. 986.*

Caules in solo pinguiori diffusi. Flores lacte purpurei, raro pallide carnei. In arvis, cultis, ruderatis. Floret ab Aprili in serum autumnum usque.

Decandria.

CCCXIII. GERANIUM. l'Heretier

830. *G. phaeum* pedunculis bifloris paniculatis erectis, calyce subaristato, (petalis deflexis undulatis), arillis carinatis: basi hirsutis: apice corrugatis. SMITH. WILLD. *Sp. pl. Flor. Dan. t. 987.*

Folia palmato-multifida, inciso-serrata, saepe macula fusca notata. Caulis, pedunculi et calyces pilis patentissimis tecti. Pedunculi oppositifolii. Petala atro-sanguinea, ungue albo. In pomariis, umbrosis non rarum. Floret Majo — Julio.

831. *G. sylvaticum* pedunculis bifloris, (caule erecto) subcorymboso, foliis subseptemlobis inciso-serratis, capsulis undique pilosis, staminibus subulatis. SMITH. WILLD.

Caulis pubescens. Laciniae foliorum acutae, approximatae: superiora triloba. Pedunculorum et calycum pili glandulosi. Calyces trinerves, aristati. Petala magna, submarginata, calyce duplo longiora, purpurea. Filamenta subulata, membranaceo-alata, ultra medium ciliata, alterna stylo subaequalia, calyce longiora. In sylvia circa Stawki. Circ. Leop. In montibus carpath. DE. Floret Junio.

832. *G. pratense* pedunculis bifloris, foliis subseptempartitis inciso-serratis, capsulis undique pilosis, staminibus basi deltoideis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 49.* Caules erecti. Flores magni, caerulei. Stamina basi valde dilatata, glabra. In pratis, pascuis humidiusculis; sepibus. Floret Junio — Augusto.

833. *G. palustre* pedunculis bifloris longissimis declinatis, foliis quinquelobis inciso-

dentatis, caule decumbente, petalis integris.
WILLD. *Flor. Dan.* t. 596.

Caules potius diffusi. Foliorum lacinae, obtusiusculae, paucae, parum patentes. Pili calycis appressi; caulis autem et pedunculorum deflexi, strigosi, eglandulosi. Flores purpurei. Variat petalis carneis, venis purpureis pictis. In locis fruticosis humidis. Floret Junio — Septembri.

834. *G. bohemicum* pedunculis bifloris, petalis emarginatis longitudine calycis. (caule villos-viscoso), foliis quinquelobis dentatis, (filamentis ciliatis), arillis (nigris) hirsutis.
WILLD. *Sp. pl.*

In caule, petiolis, pedunculis, calycibusque pili longi, horizontales, flexuosi, intermixti brevibus, glandulosis, densis. Folia radicalia magna, longe petiolata; caulina usum minima; superiora triloba, lobis distantibus, cuneatis, apice tantum inciso-feratis. Flores caerulei. Petala calyce paulo majora, fere retusa. Filamenta ad medium usque ciliata, villosa, calyce breviora. Arillorum pili erecti. In Cergowa Góra prope Duklam. E. C. Floret Augusto, Septembri.

835. *G. umbrosum* pedunculis bifloris, foliis rotundatis lobatis crenato-incisis pubescentibus, caule suberecto, petalis bilobis calyce submutico duplo longioribus: unguibus barbatis, arillis laevibus. B. WALNST.

et KIT. *pl. rar. Hung.* II. p. 131. t. 124. *G. molle* Linne. KROCK.

Radix biennis(?) subsufiformis, calamum scriptorium crassa, extus rubra, intus pallidior, parum ramosa. Hybernaculum formant plures squamae scariosae, lanceolatae, acuminatae, rubrae, dein fuscae, cum residuis foliorum radicalium. Caulis erectus, pilosus, pilis inferius deflexis; superne bifidus: florifer pedalis; fructifer bipedalis, diffusus. Folia pubescenti-mollia, pilis adpressis; radicalia insidentia petiolis longis, pilosis, cordato-orbiculata, septem-novemloba, lobis tridentatis, dentibus rotundatis, aequalibus, sinibus angustissimis: caulina quinque-septemloba, lobis distantibus, dentibus inaequalibus, acutis; breviter petiolata; floralia triloba, lobis integris, acutis; subsessilia. Stipulae lanceolatae, villosae. Pedunculi biflori, foliis multo longiores, dense et brevissime glanduloso-pubescentes. Involucra tetraphylla, foliolis parvis lineari-lanceolatis, villosis. Hi cum ramis junioribus ante anthesin nutant. Pedicelli floriferi erecti, vix dimidium pedunculi communis adaequant; fructiferi divaricati, declinati. Illorum longitudine superantes. Calycis foliola oblonga, obtusa, brevissimo aristata. Petala carmesina, raro albida, obcordata, bifida, nervis tribus purpureis percursa, calyce plus duplo longiora, unguibus barbatis. Stamina alterna breviora, filamentis subulatis, glabris, antheris caerulescentibus. Arilli cari-

nati, juniores pilis brevissimis appressis, uti et rostra, tecti, laeves. Semina oblonga, laevia.

Geranium hocce est quidem a *G. molle* Willdenowii distincta species; cum illo autem confusa. *G. molle* Smithii, Hoffmanni et Willdenowii est pilosum, uti monstrat figura Vaillantii citata et Hoffmannus illud describit; dicit enim, pilis ratione habita cum *G. pusillo*, *rotundifolio et subrotundo* longissimis, flexuosis, patentissimis, glandulosis; habet praeterea capsulas transverse corrugatas glabras; dein petala longitudine calycis dicunt Cl. Willdenow, Sutter et Vest; flores parvos Cl. Smith. Citatur autem a Cl. Willdenowio *G. molle* Linnæi, cui arilli laeves et calyces submutici corolla breviores, uti ex nota apparet. Krocker nostrum fuscè describit, quod Scopoli quoque intellexisse videtur. Vaillantii iconem, etsi a Linnæo citatam, plantam nimis pilosam et flores minores monstrat, quam ut ad meam citare queam.

Crescit Leopoli inter frutices in declivitate ad viam lateralem versus Steinernes Wirthshaus. Floret Junio, Julio.

836. *G. pusillum* pedunculis bifloris, floribus pentandris longitudine calycis mutici, foliis subseptemlobis, trifidis, arillis pubescentibus, (seminibus laevibus.) WILLD. *G.*

parviflorum. Curt. Lond. fasc. 6. t. 46. VAILL. par t. 15. f. 1.

Calyces hirsuti, pilis patentibus. Flos purpurascens caerulescens, minimus. Arillorum pili setosi. In ruderatis, cultis, ad sepes vulgatissimum. Floret Junio — Septembri.

837. *G. dissectum* pedunculis bifloris, petalis emarginatis (longitudine calycis aristati), foliis quinquepartitis laciniatis, capsulis hirsutis, seminibus reticulatis. SMITH. WILLD. Curt. Lond. fasc. 6. t. 45. Flor. Dan. t. 936.

Caulis ramosus, diffusus, hirsutus, pilis deflexis. Folia omnia longe petiolata. Lacinae sublineares, plus minusve incisae, saepe margine profunde purpureae. Petala purpurea. Rostrum hirsutum, pilis glandulosis horizontalibus. In cultis, ruderatis prope Duklam Circ. Jasl. et circa Sanok. E. C. Circa Uszkowice. In Krynica. Floret Augusto — Octobri.

838. *G. columbinum* pedunculis bifloris folio longioribus, foliis quinquepartitis, lobis multifidis linearibus, petalis emarginatis longitudine calycis aristati, arillis glabris laevibus, (seminibus reticulatis). WILLD. VAILL. t. 15. f. 4.

Calyces fructuum quinquangulares, maximi. Petala rubra. In hostio jaculatorio

Leopoli. Inter Skawinki et Makow in arvis. In lapidosis vallis Oycow et collium supra Podgorze. Circa Sanok. E. C. Floret Junio — Septembri.

839. *G. robertianum* pedunculis bifloris, foliis ternatis quinatisque trifido-pinnatifidis, petalis integris calyce (decemangulati) aristato duplo longioribus, arillis corrugato-reticulatis. HOFFM. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 1, t. 52. Flor. Dan. t. 694.*

Tota planta saepius rubet. Folia ambitu quinquangularia, pilis albis, crassis, flaccidis, adpressis pilosa. Petala rubra. Cimices redolei. In umbrosis et saxosis vulgaris. Floret a Majo, in Octobrium usque.

840. *G. sanguineum*, pedunculis unifloris, foliis quinquepartitis trifidis rotundatis, arillis apice setosis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 1107.*

Caulis erectus, bifidus. Folia verticalia. Flores speciosi, sanguinei. Leopoli in latere meridionali collis versus occidentem pagi Krzyweczyce siti. In locis apricis collium inter Stracz et Janow; vallis Oycow et extra Rybaki prope Cracoviam. Floret Junio Augusto,

CCCXIV. MALVA, L. ne.

841.

841. *M. rotundifolia* caule prostrato, foliis cordato-orbiculatis, obsolete quinquelobis, pedunculis fructiferis declinatis. WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 43. Flor. Dan. t. 721.*

Flores pallide carneo-caerulescentes. Ad vias vulgaris. Floret Majo — Septembri.

842. *M. sylvestris* caule erecto herbaceo, foliis septemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilosis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 51.*

Calycis exterioris foliola lanceolato-linearia, acuta. Flores purpurei, petalis calyce triplo longiora. In ruderalis, cultis vulgaris. Floret Junio.

843. *M. Alcea* caule erecto, foliis inferioribus angulatis; superioribus quinquepartitis incis scabriusculis, calycis exterioris foliolis ovatis acutis, pilis stellatis. B. WILLD. Foliorum lacinae obtusae. Pili in calyce interno densissimi. Petala magna obcordata rosea. *) Ad sepes, aggeres, pagos. Floret Junio — Augusto.

CCCXV. LAVATERA, Linné.

*) Secundum Cl. Smithii observationes differt nostra planta a specimenibus herbarii Linneani.

844. *L. thuringiaca* caule herbaceo tomentoso, foliis subtomentosis, inferioribus angulatis, superioribus trilobis, lobo intermedio longiore, pedunculis axillaribus solitariis. WILLD. JACQ. *Austr. t.* 311.

Flores speciosi rosei. Habitat et floret cum praecedenti.

DIADELPHIA.

Hexandria.

CCCXVI. FUMARIA. Cal. diphyllus, deciduus. Cor. subperonata, postice calcarata, fauce clausa fornice*). Filam. singula antheris tribus.

Octandria.

CCCXVII. POLYGALA. Cal. quinquephyllus: foliolis duobus alaeformibus maximis coloratis. Caps. obcordata, bilocularis, bivalvis.

*) Corolla tetrapetala est. Pet. superius, galeam repraesentans, postrorsum in calcar prolongatur; et inferius, anticae parti superioris simile, labium inferius acmulans, includunt duo minora, anticae cohaerentia, quae genitalia ambiunt; ideo hanc corollam nonnulli cum papilionacea compararunt.

Decandria.

† *Stamina omnia connexa.*

CCCXVIII. GENISTA. Cal. bilabiatu: lab. super. bi-infer. tridentatum. Vexillum reflexum. Carina oblonga, a pistillo et staminibus depressa. B.

CCCXIX. ONONIS. Cal. quinquepartitus, laciniis linearibus. Vexillum striatum. Legumen turgidum rhombeum sessile. Filamenta connata absque fissura. SMITH.

CCCXX. ANTHYLLIS. Cal. ventricosus. Legum. subrotundum calyce tectum. SMITH.

* *Cytisi plures.*

†† *Stigma pubescens.*

CCCXXI. OROBUS. Stylus linearis tertiusculus, supra villosus. Cal. basi obtusus, laciniis superioribus profundioribus brevioribus. (Corollae tubus a petalorum unguibus formatus calyce longior) SMITH.

CCCXXII. LATHYRUS. Stylus planus, supra villosus, superne latior. Calycis lacinae super. duae breviores. (Petalorum unguis vix longitudine calycis, vexillum orbiculatum expansum.) WILLD.

CCCXXIII. VICIA. Stylus latere inferiori transverse barbatum. WILLD.

CCCXXIV. ERVUM. Cal. quinquepartitus. Stigm. capitatum, undique pilosum. WILLD.

††† *Legumen subbiloculare.*

CCCXXV. OXYTROPIS. Carina mucrone terminata. Legum. biloculare aut subbiloculare, sutura superiore introflexa. Decand. Astrag.

CCCXXVI. ASTRAGALUS. Car. obtusa. Legum biloculare aut subbiloculare, sutura inferiore introflexa. Decand. l. c.

†††† *Pericarpia mono polysperma non dehiscentia.*

CCCXXVII. TRIFOLIUM. Cal. tubulosus persistens quinquedentatus. Carina simplex alis vexilloque brevior. Legum. minimum 1 — 2 spermum calyce lectum. Flores (sub)capitati. *Syn. Fl. Gall.*

CCCXXVIII. MELILOTUS. Cal. tubulosus quinquedentatus. Carina simplex, alis vexilloque brevior. Legum. calyce longius. Flores laxo racemosi. *Syn. Fl. Gall.*

CCCXXIX. MEDICAGO. Legumen compressum cochleatum. Carina a vexillo deflectens. WILLD.

* *Hedysarum Onobrychis. Anthyllis vulneraria.*

††††† *Lomentum.*

CCCXXX. CORONILLA. Cal. bilabiatus: $\frac{2}{3}$; dentibus superioribus connatis. Vexillum vix alis longius. (ungue distante a reliquis). Lomentum teres articulatum rectum. WILLD.

CCCXXXI. HEDYSARUM. Cal. quinquefidus. Cor. carina transverse obtusa. Lomentum articulis monospermis compressis.

††††† *Legumen uniloculare dehiscent oligospermum.*

CCCXXXII. GLYCYRRHIZA. Cal. tubulosus bilabiatus: $\frac{2}{3}$ dentatus (in aliis $\frac{3}{5}$; imo $\frac{4}{5}$). Legum, oblongum subfalcatum (in aliis ovatum) subcompressum bi-sexspermum. WILLD.

* *Ononis. Anthyllis. Genista germanica. Ervum.*

†††††† *Legumen uniloculare polyspermum.*

CCCXXXIII. CYTISUS. Cal. bilabiatus: $\frac{2}{3}$ dentat. Legum. basi attenuatum. WILLD.

CCCXXXIV. GALEGA. Cal. dentibus subulatis subaequalibus, Legum. striis obliquis, seminibus interjectis. WILLD.

CCCXXXV. LOTUS, Legum. cylindricum strictum. Filamenta cuneiformia alae sursum longitudinaliter conniventes. Cal. tubulosus. WILLD.

* *Genissa tinctoria*. Orobus. Lathyrus. *Vicia*.

In hac expositione generum Ordinis tertii classis hujus respectus unice stigmatum, staminum et leguminum; nullus autem corollarum, habitus totalis aut formae foliorum habetur. Si specimina florentia legimus, multum determinationem adjuvant subdivisiones Cl. Vest, quas hic subjungam. Oportet autem; ut explicationem duorum terminorum paucis notorum praemittam, Corolla volans vel volatus magnus ipsi est ille corollae habitus, si vexillum amplum et latum, explicatum in omni diametro, multum superat volumen calycis. Corolla corpulosa vel volatus parvus est ille corollae habitus, si petala sibi quasi contigua inferne cylindrum quodammodo faciunt, ut vexilli pagina antice parum pateat.

A. foliis simplicibus aut ternatis.
Genista. Ononis.

B. foliis ternatis omnibus.

Cytisus. Medicago. Trifolium. Lotus.

C. Foliis pinnatis, caule non volubili, corolla volante.

Coronilla. Hedysarum. Galega.

D. Foliis pinnatis, caule non volubili, corolla corpulosa.

Ervum. Anthyllis. Orobus. Astragalus. Oxytropis.

E. foliis pinnatis, caule scandente.

Lathyrus. Vicia.

Cl. Willdenow in nota similem subdivisionem adducit, ubi autem genera foliis pinnatis distinguuntur in illa foliis pinnatis cum impari et absque illo: hujus loci Orobus. Lathyrus, Vicia, Ervum; illius Astragalus, Oxytropis, Hedysarum, Galega, Anthyllis.

DIADELPHIA.

Hexandria.

CCCXVI. FUMARIA. Linne.

* *Carydalis Capsula siliquosa polysperma.*
Pers.

845. *F. bulbosa* caule simplici, racemo terminali, bracteis oblongis (integris) pedunculo longioribus, foliis biternatis oblongis acutiusculis, radice tuberosa cava. WILLD.
F. bulbosa major. Flor. Dan. t. 605.

Caulis plerumque diphyllus. Flores purascentes aut albidi. Nectarium in calcari latens, lineare, apice nodosum. Capsula lanceolata, compressa. Leopoli infra rupes cum Dentaria glandulosa. Cracoviae supra Zwierzyniec sub rupibus. In valle Oyców. Floret Aprilis, Majo.

846. *F. digitata* caule simplici, racemo terminali, bracteis cuneatis inciso-crena-

tis pedunculo longioribus, foliis biternatis inciso-lobatis, radice bulbosa solida. *Curt. Londin. Mag. t. 231. F. Halleri. Willd. Flor. Dan. t. 1224.*

Calyx diphyllus deest. Flores violaceo-purpurascens. Nectarium subulatum. Fructus ut in superiore. In nemorosis, umbrosis vulgaris. Floret Aprilis.

** *Fumaria Nux monosperma; semen parieti affixum. Pers.*

847. *F. officinalis* caule ramoso diffuso, pericarpis globosis retusis, foliis lanceolatis incis. B. *Willd.*

Flores purpurascens, ore nigri. In rudatis cultisque. Floret Junio, Julio.

Octandria.

CCCXVII. POLYGALA. Tournefort.

848. *P. vulgaris* foliis lineari-lanceolatis uniformibus, alis calycinis ovatis, capsula vix longioribus. *Syn. Fl. Gall. p. 209. Willd. Flor. Dan. t. 416 non optima. Vaill. Bot. par. t. 32. f. 1. (P. v. var. elongata. Pers. Syn.)*

Caules ascendentes, foliis infimis brevioribus, latioribus, obtusioribusque. Flores purpureo-violacei.

β. *Polygala minor, vulgaris* flore caeruleo et albo. *Vaill. t. 32. f. 3.* Differt caulibus brevioribus, magis declinatis,

foliis infimis obovatis acutiusculis, caulina vix aequantibus. Flores profunde caerulei aut albi, venis viridibus.

Haec in collibus apricis; illa cum hac mixtim et in pratis humidis occurrit. Floret vere et aestate, in autumnum usque *)

Decandria.

CCCXVIII. GENISTA Linne.

849. *G. tinctoria* foliis lanceolatis glabris, ramis teretibus striatis erectis, leguminibus glabris. *Willd. Flor. Dan. t. 526.*

Folia acutiuscula, pollicaria: juniora ad margines et costam pilis raris brevibus adspersa. Dentes calycis superiores profundi, latiores, acuti, inferiores subsetaceos aequantes. Flores spicati et solitarii, flavi, vexillo nervoso. Legumen compressum, falcatum. Variat foliis ellipticis, dimidio brevioribus, mucronatis. In collibus herbidis, siccisque pasuis frequens. Varietatem legit circa Duklam EC. Floret Julio — Septembri.

850. *G. germanica* spinis verrucoso-compositis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis hirsutis, racemis terminalibus nudis,

*) *Polygala amara* a var. β. differt foliis radicalibus spathulatis, obtusissimis, caulina multoties superantibus, caulinis obtusis, caulibus ascendentibus brevioribus, floribus minoribus purpureo-violaceis.

carina pubescente (diphylla, apice cohaerente.) WILLD.

Flores flavi, vexillo fulvo et alis carina multo brevioribus. Legumen fere rhombeum, hirsutum. Habitat cum praecedente, minus tamen frequens priori. Leopoli cum Anemone patente et extra *Wólka*. Cracoviae ad S. *Bronislawam*. Floret Majo, Junio.

CCCXIX. OŃONIS. Linne.

851. *O. spinosa* floribus subgeminatis, foliis elliptico-linearibus dentatis; inferioribus ternatis, calycibusque nudis, ramis spinosis villosis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 783.*

Flores rosei. Ad vias, in aridis vulgaris. Flores Junio — Augusto.

852. *O. hircina*, floribus geminatis, foliis ovato-ellipticis, argute dentatis, pubescentibus; inferioribus ternatis, caule inermi calycibusque villosis-viscosis B. WILLD. *Jacq. Hort. I. t. 93.*

In pratis humidis et ad vias, frequentior praecedenti. Floret Junio — Septembri.

CCCXX. ANTHYLLIS. Linne.

853. *A. Vulneraria*, herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. WILLD. *Flor. Dan. t. 988.*

Caulis erectus et folia subtus sericeo-villosa. Foliola inaequalia: inferiorum foliorum ovata, superiorum lanceolata. Flores

apice flavi. In collibus apricis siccis vulgaris. Floret Junio — Augusto.

CCCXXI. OROBUS. Tournefort.

854. *O. laevigatus*, glaberrimus, foliis pinnatis tri-quadrifugis: foliolis ellipticis mucronatis remotis, subtus glaucis, stipulis semisagittatis basi dentatis, calycibus truncatis, caule simpliciter. B. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. III. p. 270. t. 245.*

Radix ex tuberibus cylindricis extus fuscis constans. Caulis erectus, inferne subcompressus, inter folia angulatus, flexuosus. Folia alterna, tri-quadrifuga, saepe semiquadrifuga. Petioli in cirrhum brevem simplicem producti. Foliola elliptica, utrinque attenuata, (basi rotundata in alpinis), trinervia, margine albido remote et minutissime denticulato-scabro (quod evidentius in speciminibus alpestribus) mucronata, nuda, subtus glauca. Stipulae ovato-lanceolatae semisagittatae, (bistatae Waldst. et Kit.) basi dentatae, fere pollicem longae. Pedunculi longi, sulcati, foliis tamen breviores, apice racemosi, in axillis foliorum siti. Flores fulvi, secundi, subimbricati. Calyces truncati, dentibus minimis. — Diu cum *O. luteo* confudi, qui secundum specimina helvetica differt: fol. 3 — 4 jugis, jugis approximatis: foliol. magis oblongis, acutioribus: petiolis partialibus villosis, brevissimis; stipulis latioribus; calycibus villosulis, dentibus tribus inferioribus ovatis, magnis. Leopoli inter frutices tetro hortum quon-

dam D. Barambon loco umbroso humido et in latere septentrionali collis versus Occidentem pagi Krzywczyce siti. Floret Majo, Junio. *)

855. *O. vernus* foliis pinnatis, subtrijugis ovatis acuminatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule simplici. WILLD.

Flores racemosi caeruleo-purpurescentes. Legumen rectum, cylindricum. In nemorosis, sylvaticis frequentissimus. Floret Aprili, Majo.

856. *O. albus* foliis bijugis ensiformibus petiolatis, stipulis simplicibus, caule simplici. WILLD. *O. pannonicus* JACO. *Austr. t. 39.*

Radix ex tuberibus subcylindricis, apicem versus attenuatis, fuscis constans. Caulis basi ramosus, teres, striatus; inter folia teragonus; superius triquetrum, striatum. Foliola linearia, longa, subtus trinervia, apice mucronata, basi attenuata, brevissime petio-

*) Cl. Willdenow in specierum plantarum editione adducit ad finem descriptionis *O. lutei* notam Cl. Turra, in qua probabiliter errore Typographi contradictio continetur; dicit enim stipulas semisagittatas integerrimas, minimae subrotundae lunatae aut dentatae. Si loco minimae ponatur minime, sensum, me saltem iudice, habebit.

lata; saepe bina; raro unicum. Stipulae angustae, semisagittatae. Pedunculi triquetri. Flores racemosi, secundi, albidii. Legumina recta, linearia. Circa Zaleszczyki DF. In montibus carpathicis DZK.

857. *O. niger* caule ramoso, foliis subsexjugis ovato-ellipticis. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 1170.*

Exsiccatione nigrescit. Caules ante anthesin ferunt folia trijuga, foliolis lineari-oblongis, duplo fere longioribus senioribus. Stipulae lineari-subulatae. Pedunculi multiflori. Flores purpurei. In nemorosis fruticosis. Floret Junio, Julio.

CCCXXII. LATHYRUS. Linne.

858. *L. tuberosus*, pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. WILLD.

Radix repens, tuberosa, tuberibus trigono-ovatis, fuscis. Internodia seu pars caulis intercepta inter folia non arata. Flores laete purpurei. Inter segetes frequens. Floret Julio, Augusto.

859. *L. pratensis* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis simplicissimis, foliolis lanceolatis, WILLD. *Curt. fasc. 3. t. 44. Flor. Dan. t. 524.*

Stipulae inaequaliter sagittatae: plantae juniores maximae, conniventes. Flores flavii. In pratis frequens. Floret Junio — Augusto.

860. *L. sylvestris* pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis ensiformibus, caule alato. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 52. Flor. Dan. t. 325.*

Planta integros frutices obtegens. Flores speciosi, pallide purpurei. In locis fruticosis Leopoli inter Wólka et Kulparkow; prope Nawaria; Cracoviae alibiqua. Floret Junio — Augusto.

861. *L. palustris* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, stipulis lanceolatis (semisagittatis) acuminatis, (caule alato). SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 399.*

Cirrhi compositi. Foliola oblongo-lanceolata, mucronata. Flores caeruleo-violacei. Legumina recta, pendula. Hujus specimen in loco elato lucido ejusdem sylvae lectum adeo a planta palustri recedit, ut pro propria declarassem specie, nisi cultura similem indueret formam. Foliola ovato-elliptica, obtusa, subtus glauca, versus exteriora decrescentia, et stipulae magnae triplo fere majores assolent esse. Flores rubentes. In uliginosis infra stagnum prope Lelechowska Circ. Leop. Floret Julio, Augusto.

CCCXXXIII. VICIA. Linne.

* *pedunculis multifloris.*

862. *V. pisiformis* pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis ovatis, inf-

mis cauli approximatis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 364.*

Infimum par foliolorum situm fere in axillis a cirrhis cum caule formati. Stipulae semisagittatae, transversae. Flores ochroleuci. In montibus carpathicis DZK.

863. *V. dumetorum* pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis (emarginatis) mucronatis, stipulis dentatis. WILLD.

Caulis altus, ope cirrhorum scandens. Foliola ovato-oblonga. Stipulae dentatae, dentibus apice setaceis. Flores purpurei, quinque-sex in singulo pedunculo communi. Ad sylvarum margines, inter frutices circa Zaleszczyki DF. Leopoli. Cracoviae circa S. Bronislavam. Floret Junio, Julio.

864. *V. sylvatica* pedunculis multifloris, foliolis ellipticis, stipulis lunatis, setaceo-dentatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 277.*

Flores circiter quindecim in singulo pedunculo, albidu caeruleo et purpureo venosi et variegati. Habitat cum praecedenti, at frequentior. Floret Julio - Septembri.

865. *V. villosa* pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, calycis villosi dentibus omnibus setaceis, foliolis oblongo-ovatis villosis, stipulis nervosis semisagittatis ovatis basi dentatis. VEST. MAX. WILLD.

Foliola ovato-elliptica mucronata. Calyces basi supra gibbi et flores caeruleo-violacei, alis et carina pallidioribus. Habitat inter segetes Leopoli. Floret Junio, Julio.

866. *V. Cracca* pedunculis multifloris, folio longioribus, floribus imbricatis, calycis denticulis superioribus obsolete convergentibus, foliolis lanceolatis subtus sericeis, stipulis semisagittatis lineari-subulatis integerrimis. VEST. MAN. WILLD. Curt. Lond. fasc. 5. t. 54. Flor. Dan. t. 804.

Flores violacei. Stipulae superiores lineari-lanceolatae. Stylus undique pilosus. Inter segetes Floret Julio, Augusto.

** floribus axillaribus subsessilibus.

867. *V. sativa* leguminibus sessilibus subbinatis (erectis), foliolis oblongo-ovalis retusis mucronatis, stipulis dentatis WILLD. Flor. Dan. t. 522.

Stipulae subtus macula quasi inusta, saepe tamen pallida notata. Flores, purpurei, raro albi. Semina parum compressa. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

868. *V. angustifolia* leguminibus sessilibus subbinatis patentibus, foliolis imis ovatis retusis mucronatis, superioribus linearibus apice integerrimis, stipulis dentatis, seminibus globosis. WILLD.

Caulis debilis, scandens. Foliola pollicaria, duas lineas lata, acutiuscula. Flores profunde purpureo-violacei. Inter segetes. Specimina Schleicheriana, apud D. Schott visa, alterius speciei sunt. Tota planta villosa et foliola semipollicaria, linearia, praenorsa, longe mucronata; infima, ut in nostra aequae ac flores. Floret Junio, Augusto.

869. *V. sepium* pedicellis subquaternis erectis, foliolis ovatis obtusis (subemarginatis), exterioribus minoribus. SMITH. WILLD. Flor. Dan. t. 699.

Flores caeruleo-purpurascens. In dumetis et sepibus vulgaris. Floret Majo — Julio.

CCCXXIV. ERVUM. Linne.

870. *E. tetraspermum* pedunculis subbifloris, leguminibus glabris subtetraspermis, foliolis oblongis truncatis. WILLD. Curt. Lond. fasc. 1. t. 55. Flor. Dan. t. 95.

Flores caeruleascentes, minimi. Inter segetes. Floret Junio, Julio.

871. *E. hirsutum* pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis dispermis, foliolis linearibus obtusis. WILLD. Curt. Lond. fasc. 1. t. 54. Flor. Dan. t. 639.

Planta hirsuta. Racemi folio non longiores. Flores pallide purpurascens-caerulei. Cum praecedenti.

CCCXXXIII. CYTISUS. Tournef.

872. *C. nigricans* racemis terminalibus erectis, calycibus pilosis denticulis minutis, foliolis ellipticis pilosis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 387.*

Flores lutei, fusco-notati, exsiccatione integri fuscescunt, folia autem nigrescunt. In collinis apricis fruticosisque. Floret Junio, Julio.

873. *C. capitatus* floribus subcapitatis, ramis erectis strictis teretibus villosis, foliolis ovato-ellipticis (basi attenuatis) subvillosis, bractea lineari subcalycina. WILLD. JACQ. *Austr. t. 33.*

Testante Cl. Host jam Aprili et initio Maji oriuntur ex axillis foliorum flores solitarii, modo bini quandoque terni. Junio tandem capitulum florum breviter pedunculatum in ramorum exoritur summitate. Petioli et rami hirsuti. Folia supra nudiuscula. Flores lutei. Habitat in montibus carpathicis DZK. Circa Duklam EC. Supra Zwierzyniec Cracoviae. Floret Majo, Junio.

874. *C. austriacus* floribus umbellatis terminalibus, caulibus erectis (ramosis); foliis lanceolatis utrinque attenuatis strigoso-pubescentibus. WILLD. JACQ. *Austr. t. 21.*

Caulis erectus, paniculato-ramosissimus. Folia multo angustiora quam in praecedenti, utrinque subsericea. Flores lutei. In montibus carpathicis, DZK.

875. *C. Leucanthus* floribus umbellatis terminalibus, caulibus (virgatis) ascendentibus, foliolis ellipticis (sub)glabris acutis. WILLD. WALDST. et KIT. II. p. 141. t. 132.

Caulis et petioli hirsuti. Folia subtus pilis adpressis tecta. Pedunculi bracteati. Flores albidii. In sylva inter Brzezany et Narajow ad viam. Floret Julio.

876. *C. supinus* floribus pedunculatis subbinatis axillaribus (sursum secundis), caule decumbente, foliolis obovatis obtusis (sericeo-villosis). WILLD. JACQ. t. 20.

Flores lutei, medio saepe fulvi, raro sulphurei. In collibus apricis vulgaris. Floret ad finem Aprili, Majo.

CCCXXXII. GLYCYRRHIZA. Linne.

877. *G. glandulifera* leguminibus glanduloso-echinatis, floribus racemosis, stipulis marcescentibus, foliolis oblongo-lanceolatis (mucronatis), subtus glutinoso-(sub)pubescentibus. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. p. 20. t. 21.*

Caulis erecti, tri-quadripedales, simplices. Foliola in caulibus nondum floriferis ovato-elliptica. Stipulae parvae, lanceolatae, deciduae. Racemi cum pedunculis tripollicares, axillares, erecti, multiflori, floribus violaceis, erectis. In Circ. Sanociensi. E. C. Floret Julio.

CCCXXX. CORONILLA. Linne.

878. *C. varia* herbacea, foliolis pluri-
mis ovalibus obtusissimis glabris mucronatis,
lomentis teretibus; immaturis pendulis; ma-
turis erectis. VESF. MAN. WILLD.

Caulis decumbenti-ascendentes, ancipi-
tes, sulcati. Stipulae patulae. Vexillum ro-
seum, alae albae. Carina apice fusca. In
pratibus Junio — Augusto.

CCCXXXI. HEDYSARUM. Linne.

879. *H. Onobrychis* caule ascendente
(elongato), foliis pinnatis cuneatis (sub)gla-
bris, alis calycem aequantibus, lomentis gla-
bris monospermis aculeato-dentatis. WILLD.
JACO. Austr. t. 352.

Flores rosei, striati. Circa Zaleszczyki
DF. Leopoli in collibus ad latera horti quon-
dam D. Barambon et in aliis pascuis. Flo-
ret Junio, Julio.

CCCXXXIV. GALEGA. Tournefort.

880. *G. officinalis* foliis pinnatis, folio-
lis lanceolatis mucronatis glabris, stipulis lan-
ceolatis sagittatis, leguminibus erectis stri-
ctis, WILLD.

Vexillum caeruleo-violaceum, alae cari-
naeque pallidissimae. In montibus carpathi-
cis. DZK.

CCCXXV. OXYTROPIS. Decandolle.

881. *O. pilosa* caulescens, erecta villo-
sa, leguminibus erectis teretibus villo-
sis. Decand. *Astragalus pilosus*. WILD.
JACO. Austr. t. 51.

Flores ochroleuci racemosi. Legumen
subbiloculare. In montibus carpathicis DZK.
DF. Floret Junio.

CCCXXVI. ASTRAGALUS. Decandolle.

882. *A. Onobrychis* caulescens diffusus,
pedunculis spicatis, vexillis flore duplo lon-
gioribus. HOFFM. WILLD. JACO. t. 38.

Folia juniora parum sericea; adultiora
nuda. Spica fere elliptica. Flores purpurei.
Legumina erecta, triquetra, dorso carinata.
In collibus siccis, apricis Leopoli. Floret Ju-
nio, Julio.

883. *A. glycyphyllos* caulescens, pro-
stratus, foliolis glabris ovatis obtusis mu-
cronatis, stipulis ovato-lanceolatis, racemis
pedunculatis folio brevioribus, leguminibus
subtriquetris arcuatis. WILLD.

Flores sordide flavescentes. In collibus,
arvis, dumetis frequens. Floret Junio — Au-
gusto.

884. *A. Cicer* caulescens prostratus, fo-
liolis glabriusculis oblongis obtusis mucrona-
tis, stipulis lanceolatis, racemis peduncula-
tis folio longioribus, leguminibus subgloboso-

inflatis mucronatis pubescentibus. WILLD.
JACQ. *Austr. t. 251.*

Foliola numerosissima, conniventia, supra glabra, subtus strigoso-pubescentia. Flores ochroleuci. Calyces et praecipue dentes pilis nigris tecti. Habitat et floret cum praecedentibus.

CCCXXVIII. MELILOTUS. Lemark.

885. *M. officinalis* leguminibus racemosis, nudis, subdispermis rugosis acutis, stipulis lanceolato subulatis indivisis, caule erecto. Schreber in Sturm's Kleearten Deutschlands. Norimberg. 1804. vel Flor. German. Tom. IV, Pars. I. c. Icon. *Trifolium officinale* WILLD. *Flor. Dan. t. 934.*

Radix biennis. Foliola denticulata; intermedio petiolato; inferiora obovata: superiora angustiora, Flores flavi aut albi, tetrapetali cum volatu magno. Legumina saepe tetrasperma.

Variat stipulis infimis latis, acute denticatis; superioribus ut in priori. Ad vias, in campis, cultis. Floret Julio, Augusto.

Ab hoc differt. *T. dentatum* Waldst. et Kit. ipsi simillimum; radice perenni, caule costato-angulato, foliis longioribus acutis, horumque serraturis subulatis, stipulis partito-dentatis, (dentibus longis, setaceis) leguminibus obovatis obtusis gibbis. Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. I. p. 41.

886. *M. polonica* leguminibus racemosis

nudis dispermis lanceolatis, caule erecto. *Trifolium polonicum*. WILLD.

A praecedenti differt caule pedunculisque omnino teretibus, nec sulcatis, racemis paucifloris, floribus pallidissime flavescens et leguminibus vix rugosis. Circa Sklo vidit Rever. D, Grave.

CCCXXVII. TRIFOLIUM. Lamark.

* *Lotoidea*, leguminibus tectis polyspermis. (*Calycibus glabris, floribus umbellatis in nostratibus*)

887. *T. hybridum* capitulis umbellariibus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus subaequalibus, foliolis ovato-oblongis emarginatis, caule adscendente. WILLD. Sturm. Kleeart.

Flores albi, exteriores rosei; dum semina maturant, spadicei deveniunt. Grate o-lent. In pratis humidiusculis herbis. Floret Junio, — Augusto.

888. *T. repens* capitulis umbellaribus, leguminibus tetraspermis, calycinis dentibus superioribus brevioribus, foliolis ovato-oblongis emarginatis serrulatis, caule repente. WILLD. Curt. fasc. 3. t. 46. Sturm Kleeart. *Flor. Dan. t. 990.*

Pedunculi longissimi, erecti. Flores albi, raro exteriores carnei, tetrapetali, vexil-

lo ovato. In pratis humidiusculis, ad versuras. Floret Majo — Septembri.

** *Lagopoda calycibus villosis.* (*Floribus capitato-spicatis.*)

889. *T. rubens* spicis cylindraco-oblongis, calycinis dentibus villosis, infimo longitudine corollae monopetalae inaequalis, stipulis ensiformibus, foliolis lanceolatis obtusis serrulatis, caule erecto. WILLD. JACQ. *Austr. t. 385.* Sturm. Kleeart.

Spica bi-quadrifloris, floribus purpureis. Stipulae foliorum summorum saepe ventricosae. Leopoli in colle cum Anem. sylvestri et circa Sokolniki. Cracoviae in pratis versus Mogilany. E. C. Floret Junio, Julio.

890. *T. pratense* spicis densis ovatis, corollis monopetalis, vexillis ovato-oblongis emarginatis, stipulis aristatis, foliolis ovalibus, subintegerrimis, caule ascendente. B. WILLD. *Flor. Dan. t. 989.* Sturm. Kleeart.

Folia macula sagittata, albida plerumque notata. Capitulum sessile inter folia opposita, stipulis vaginantia. Flores rubri. Vexillum alis tertia sui parte longius. Cracoviae specimen proliferum legi, ubi singulum florispistillum in capitulum parvum florum pedicellatum degeneravit. In pratis. Floret Junio — Augusto.

891. *T. flexuosum* spicis laxis subglobosis, corollis monopetalis, vexillis ovatis obtusis, stipulis lineari-subulatis, foliolis ellipticis tenuissime serrulatis, caulibus ramosis flexuosis. B. JACQ. *Austr. t. 386.* *T. medium.* WILLD. Sturm. Kleeart.

Folia striato-venosa. Flores rubri. Alae conniventes, obtusae, vexillo vix breviores. In pratis, collibus, dumetisque. Floret Junio, Julio.

892. *T. alpestre* spicis densis subglobosis subgeminatis, corollis monopetalis, vexillis ovatis alisque divergentibus acutis, stipulis subulatis, foliolis lanceolatis tenuissime serrulatis striato-venosis, caulibus simplicibus strictis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 433.* Sturm Kleeart.

Vexillum alaeque purpureae, subaequales. Carina sanguinea. Leopoli cum Anem. patente. In locis lucidis sylvae circa Stracz. In vallis Oyców lapidosis prope arcem. Floret Junio, Julio.

893. *T. pannonicum* spicis subglobosis densis solitariis, calycis dente infimo tubo corollae monopetalae brevioris, stipulis lineari-subulatis, foliolis ovato-lanceolatis integerrimis villosis, caulibus simplicibus atrip. II. F

tis. B. WILLD. JACQ. *Observat.* 2. t. 42. Sturm. Kleeart.?

Spicae longe pedunculata, sulphurea, maxima omnium congenerum. Leopoli in colibus extra fontem martialem D. Kratter. Prope Zychow in fruticeto. Floret Junio, Julio.

894. *T. ochroleucum* spicis villosis ellipticis, caule erecto ramoso pubescente, foliis oblongis; infimis obcordatis (striato-venosis.) WILLD. JACQ. *Austr.* t. 40. *Curt. fasc.* 6. t. 49. Sturm Kleeart.

Spicae ochroleucae, breviter pedunculatae inter folia saepe opposita, stipulis latis donata. Calycis dens infimus reliquis dimidio longior. Corolla monopetala. Cracoviae in pratis versus Mogila. Floret Julio, Augusto. — Caule distinguendum a *T. pallido* Waldst. et Kit. quod a nostro differt: stipulis ovato-lanceolatis, acumine longo terminatis et calycis dentibus subaequalibus, radice annua vel bienni, foliis subrotundis, colore florum pallidior et toto habitu Waldst. et Kit. *Pl. rar. Hung.* I. p. 35.

895. *T. arvense* spicis villosissimis subcylindraceis, dentibus calycinis setaceis corolla longioribus, foliis obovato-linearibus. SMITH, WILLD. *Curt. fasc.* 6. t. 50. *Flor. Dan.* t. 724. Sturm. Kleeart.

Foliola mucronata, denticulata, caeterum integerrima, spicae canescentes, super-

ne saepe rubentes. Corollae tetrapetalae, albae aut incarnatae. Floret Julio — Septembri.

896. *T. parviflorum*, capitulis globosis axillaribus pedunculatis, calycinis dentibus inaequalibus corolla longioribus subulatis patulis recurvis, foliolis obovatis serrulatis.

WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar.* III. fasc. 26.

Caules filiformes, diffusi. Foliola infimorum obcordata. Capitula nuda. Bractee setaceae. Calyces subnudi. Corollae albae. In campis circa Duklam E. C. Floret Augusto, Septembri.

*** *Vesicaria Calycibus fructiferis inflatis.* (*Floribus capitatis.*)

897. *T. fragiferum* capitulis subrotundis, calycibus (villosis: fructiferis) inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus. SMITH, WILLD. *Flor. Dan.* t. 1042. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 55. Sturm Kleeart.

Flores carnei, vexillis rectis, linearibus, emarginatis. Calyces superne praecipue inflati, carnei, pubescentes, hinc dentes tres inferiores non conspicui. Pedunculi foliis longiores. Folia obovata, subemarginata, ad basin ciliato-denticulata. In pascuis humidis, ad fossas. Floret Julio — Septembri.

**** *Lupulina vexillis corollae inflexis.* (*Calycibus saepe glabris et vexillis ut plurimum scariosis.*)

898. *T. montanum* spicis subimbricatis saepe tribus, vexillis subulatis (emarginatis) emarcescentibus, calycibus nudis, caule erecto. WILLD. *Flor. Dan.* t. 1172. Sturm Kleeart.

Foliola elliptico-lanceolata, striato-nervosa, ciliato-serrulata, mucronata. Caulis simplex, tria frequenter capitula longe pedunculata, pedunculis ex axillis foliorum ortis, gerens. Flores albidus, erecti; deflorati spadicei, deflexi. Occurrit capitulis viviparis. In pratis montanis, collibus herbidis. Floret Majo.

899. *T. agrarium* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis, calycinis dentibus subulatis inaequalibus glabris, caule erecto, foliolis lanceolato-cuneatis, omnibus subsessilibus. WILLD. Sturm Kleeart.

Caulis pubescens. Foliola omnia brevissime petiolata, ut in sequenti, (ideo et in diagnosi hoc mutavi); inferiorum obovata. Calycum dentes superiores, reliquis quidem parum breviores, iis tamen conformes. Flores aurei, serius spadicei. Cracoviae in campis minus frequens. Circa Duklam E. C. Floret Julio — Augusto.

900. *T. spadiceum* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycinis dentibus subpilosius subulatis, binis superioribus ovatis brevissimis, caule erecto,

foliolis obovatis; intermedio sessili. WILLD. Sturm Kleeart.

Caulis erectus. Foliola omnia brevissime petiolata. Capitula flava post anthesin spadicea deveniunt. A *T. agrario* optime dentibus calycinis distinguitur. In pratis siccis, sylvaticis. Floret Junio — Septembri.

901. *T. campestre* spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus sulcatis, caulibus (sub)procumbentibus, foliolis obovatis; (intermedio petiolato). (*T. procumbens*) SMITH. *Flor. Dan.* t. 796.

Caulis in graminosis saepe ascendunt. Calyces fere ut in praecedenti. Flores aurei; deflorati spadicei. — Ab hoc bene distinguendum *T. procumbens*, quod caule elongato, internodiis distantibus, foliolis omnibus petiolatis, stipulisque brevioribus differt. Floret Julio — Septembri.

902. *T. filiforme* spicis capitatis hemisphaericis, vexillis deflexis persistentibus laevibus, caulibus subprocumbentibus, foliolis obcordatis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5 t. 53.* Sturm Kleeart.

Caulis modo plures, procumbentes, elongati; modo unicus, erectus, vix spithameus. Flores ab initio flavi, erecti; dein deflexi, spadicei, ut capitulum supra truncatum referant. Legumen tectum. In ruderatis, ad vias.

Varietas erecta in montosis. Floret Junio, Julio.

CCCXXXV. LOTUS. Linne.

903. *L. siliquosus* leguminibus solitariis membranaceo-quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliolis subtus pubescentibus. Pers. Syn. Willd. Jacq. *Austr. t. 361*,

Flores magni flavi. Legumina quadrifariam alata. In pratis prope Piaski Circ. Cracov. et Wawrowice E. C. Floret Julio, Augusto.

904. *L. corniculatus* capitulis depressis, caulibus decumbentibus angulosis, calycis laciniis erectis pilosis, leguminibus cylindricis patentibus. Hoffm. Willd. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 56. L. arvensis*. Schkuhr.

Caules solidi, procumbenti-patentes. Folia forma variantia stipulaeque subglabrae. Dantes calycini pubescentes. Flores lutei. Habitat in pratis, pascuis. Floret Junio — Augusto.

905. *L. uliginosus* capitulis depressis, caulibus teretibus fistulosis (erectis), calycis laciniis recurvis barbatis, leguminibus cylindricis patentibus. Hoffm.

Praecedenti multo major. Folia stipulaeque ciliatae. In sylva Bronowicensis humidis. P. In locis uliginosis collium supra Podgorze. Floret Junio — Augusto.

CCCXXIX. MEDICAGO. Linne.

906. *M. sativa*, pedunculis racemosis, leguminibus laevibus cochleato-contortis, stipulis integerrimis, foliolis oblongis, (antice) dentatis. Willd.

Caulis suberectus. Flores violacei. Leopoli in collibus penes hortum Illustr. D. de Kortum. Cracoviae frequens. Floret Junio, Julio.

* *M. media* pedunculis subcorymbosis, floribus pallide caeruleis demum flavescentibus, foliolis cuneato-linearibus retusis, apice dentatis, subtus (sub)pilosis Pers. Syn.

Medium quasi tenet inter *M. sativam* et falcata. Cracoviae ubi frequens est, in horto per plures annos culta perstat. Radix late repens. P. Floret Julio, Septembri.

907. *M. falcata* pedunculis racemosis, leguminibus contorto-falcatis pubescentibus, (stipulis integerrimis), foliolis oblongis apice dentatis, (caulibus patentibus) Willd. *Flor. Dan. t. 233*.

Radix perennis. Caules patentes. Stipulae membranaceae, lanceolatae, albidae. Flores lutei. Legumina pilis brevibus hirsuta. In pratis siccis circa Duklam EC. Floret Julio — Septembri.

908. *M. procumbens* pedunculis racemosis, leguminibus falcatis subnudis, stipulis basi

dentatis, foliis oblongis, apice dentatis, caulibus procumbentibus. Nobis.

Radix perennis caules plures, 1 — 2 pedales, prostratos, apicibus tantum ascendentes, subtetragonos, glabros promens, juniores cum foliis et petiolis subsericeo-pubescentes. Foliola erecta, oblongo-cuneata, antice dentata, mucronata. Stipulae foliaceae, lanceolatae, semisagittatae, basi inciso-dentatae. Pedunculi axillares, foliis longiores, sulcato-angulati, subhirti, multiflori, floribus racemosis, aureis. Pedicelli longitudine calycum, bracteola illis breviori, filiformi suffulti. Calyces tubulosi, ampli, subnudi, dentibus lanceolato-setaceis, tubo longioribus. Vexillum ellipticum, lateribus replicatum. Alae et carinae obtusae, vexillo multo breviores. Vagina staminifera peractis nuptiis vexillo approximata. Germen subpubescens. Legumen maturum nudum, arcuatum; nunquam tamen semicirculum attingens, inter semina contractum, inaequale. Semina 2 — 4, oblonga, compressa, viridescenti-spadiacea, laevia. Simillima *M. falcatus*, a qua differt 1. caulibus prostratis, multo longioribus, nunquam patentibus, 2. stipulis foliaceis, semisagittatis, basi dentatis, 3. floribus majoribus, et 4. leguminibus minus arcuatis, majoribus inaequalibus, subglabris, a *Medicago* autem *prostrata* distinguitur 1. radice perenni, quae annua aut biennis ibidem est, 2. habitu firmiori et magnitudine majori omnium partium, 3. pedunculis multifloris, qui ibidem pauciflori sunt, 4. floribus luteis, qui

illi flavicantes sunt, 5 leguminibus arcuatis, nec cochleatis. In pratis siccis et collibus apricis Leopoli et Cracoviae. Floret Julio — Septembri.

909. *M. lupulina* spicis ovalibus, leguminibus reniformibus monospermis venosocorrugatis, foliis obovatis, caulibus procumbentibus. HOFFM. WILLD. *Flor. Dan. t. 992.*

Foliola lineato-nervosa; emarginata, pubescentia. Stipulae integerrimae, bifidae, et dentatae. Spicae flavae; fructigerae cylindricae. Legumina nigra, quandoque pilosiuscula. Habitat in pascuis, pratis, collibus arenosis; ad vias frequenter. Floret Majo — Augusto.

P O L Y A D E L P H I A.

Polyandria.

CCCXXXVI. HYPERICUM. Cal. quinquepartitus. Pet. quinque. Filamenta multa in phalanges tres-quinque basi connata. Caps. polysperma. SMITH.

* *Tilia cordifolia.*

P O L Y A D E L P H I A.

Polyandria.

CCCXXXVI. HYPERICUM. Linne.

910. *H. quadrangulare*, floribus trigynis, caule quadrangulo herbaceo, foliis pellicido-punctatis, foliis calycinis lanceola-

tis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 52. Flor. Dan. t. 640.*

Caulis praecipue superius quadrialatus, dense corymbosus, punctis nigris adpersus. Flores flavi. Ad fossas, in pascuis humidis Leopoli versus Cholosko. Cracoviae in sylvula prope Tonie, circa Zwierzyniec. In valle Oycow. Circa Duklam E. C. Floret Julio — Septembri.

911. *H. dubium* floribus trigynis, caule obsolete quadrangulo, foliis obtusis (sub)epunctatis, foliolis calycinis ellipticis SMITH. WILLD.

Caulis superne obsolete quadrangulus, paniculato-corymbosus. Folia apicem versus, foliola calycina et potissimum petala punctis nigris adpersa. Foliola rarius pellucido-punctata. Corollae flavae. Leopoli ad margines sylvarum. Cracoviae prope Wola. Circa Duklam EC. Floret Julio, Augusto.

912. *H. perforatum* floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis pellucido-punctatis, foliolis calycinis lanceolatis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 57. Flor. Dan. t. 1043.*

Caulis paniculatus, ramis patentibus, subcorymbosus. Flores flavi. Petala margine nigro-punctata. In collibus siccis, praetisque frequens. Floret Julio, Augusto.

913. *H. montanum* floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule erecto tereti glabro, foliis ovatis nudis, (margine nigro-punctatis). SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 173.*

Caulis simplex. Folia semiamplexicaulia, punctis minimis, pellucidis saepius perforata: superiora paria distantia. Florum corymbus paniculatus, ab initio ita coarctatus, ut capitulum referat. Calycis foliola et bractae serrato-ciliatae, serraturis apice glandula nigra, viscida instructis. Petala flava. Leopoli in sylvula circa Liszeniec. Floret Julio, Augusto.

914. *H. hirsutum* floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, caule erecto tereti, foliisque ovatis (subsessilibus pellucido-punctatis) pubescentibus. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 49. Flor. Dan. t. 802.*

Panicula thyrsoides. Flores flavi. Folia subtus potissimum pubescentia. Leopoli in latere septentrionali collis versus Occidentem pagi Krzywczyce siti. In collibus extra fontem martialem D. Kratter haud frequens. In monte altissimo vallis Oycow. Circa Duklam. E. C. Floret Junio, Augusto.

915. *H. humifusum* floribus trigynis terminalibus subcymosis, axillaribus solitariis, caulibus prostratis ancipitibus herbaceis, fo-

liis oblongis obtusis (glabris) WILLD. *Flor. Dan. t. 141.*

Ex una radice cauliculi plures, parum ancipites. Folia elliptica, subtus glauca, paucis punctis pellucidis perforata, margine nigro-punctata. Flores parvi, aurei. Calycis foliola petalis majora, foliis conformia. In arvis elevatis propè Troiadyr Circ. Cracov. Circa Duklam E. C. Floret tota aestate.

SYNGENESIA.

Polygamia aequalis.

A Semiflosculosi *Tournef. (Corollulis ligulatis omnibus).*

α. Receptaculo nudo.

† *Seminibus nudis (pappo nullo).*

CCCXXXVII. LAPSANA. Recept. nudum. Cal. subcalyculatus, squamis singulis interioribus canaliculatis. Pappus nullus. WILLD.

†† *Pappo plumoso.*

CCCXXXVIII. TRAGOPOGON. Recept. nudum. Cal. simplex polyphyllus. Pappus plumosus stipitatus. WILLD.

CCCXXXIX. PICRIS. Recept. nudum. Pappus plumosus. Sem. transversim sulcata. Cal. calyculatus. B.

CCCXL. SCORZONERA. Recept. nudum.

Pappus plumosus substipitatus. Cal. imbricatus, squamis margine scariosis. WILLD.

CCCXLI. APARGIA. Recept. nudum. alveolatum, paleis tenuissimis pellucidis. Pappus plumosus sessilis. Anthodium ovatum imbricatum. VEST. MAN.

†† *Pappo piloso.*

CCCXLII. LFONTODON. Recept. nudum. Cal. oblongus, basi imbricatus, squamis laxiusculis. Pappus stipitatus capillaris. HOFFM.

CCCXLIII. HIERACIUM. Recept. nudiusculum. Cal. imbricatus ovatus. Pappus simplex sessilis, (saepe scaber). SMITH.

CCCXLIV. SONCHUS. Recept. nudum. Cal. imbricatus ventricosus. Pappus simplex sessilis, SMITH.

CCCXLV. LACTUCA. Recept. nudum. Cal. imbricatus, cylindraceus, margine membranaceo. Pappus simplex stipitatus. SMITH.

CCCXLVI. PRENANTHES. Recept. nudum, Cal. calyculatus (pauciflorus). Flosculi simplici serie. Pappus simplex subsessilis. WILLD.

CCCXLVII. CHONDRILLA. Recept. nudum. Cal. calyculatus. Pappus simplex.

stipitatus. Flosculi multiplici serie. Sem. muricata. WILLD.

CCCXLVIII. CREPIS. Recept. hispido-
usculum. Cal. calyculatus, squamis deciduis,
demum torulosus. Pappus simplex substipi-
tatus. SMITH.

β *Receptaculo paleaceo.*

CCCXLIX. CICHORIUM. Recept. sub-
paleaceum. Cal. calyculatus. Pappus paleaceus,
semine brevior. SMITH.

CCCL. HYPOCHAERIS. Recept. palea-
ceum, (paleis deciduis). Cal. subimbricatus.
Pappus plumosus. WILLD.

B. *Discoidei* (*Corollulae omnes tubulo-
sae, erecto - parallelae, apice planiusculae,
densae*).

CCCLI. CACALIA. Recept. nudum.
Pappus pilosus. Cal. cylindricus oblongus,
basi tantum subcalyculatus. WILLD.

CCCLII. EUPATORIUM. Recept. nu-
dum. Pappus scaber. Cal. imbricatus oblon-
gus. Stylus semibifidus, exsertus. SMITH.

CCCLIII. CHRYSOCOMA. Recept. sub-
nudum. Pappus simplex. Cal. imbricatus. Sty-
lus vix flosculis longior. SMITH.

CCCLIV. BIDENS. Recept. paleaceum.

Pappus aristis retrorsum scabris. Cal. poly-
phyllus. Cor. subinde radiata. SMITH.

CCCLV. CARLINA. Cal. radiatus, squa-
mis marginalibus longis coloratis. Recept. pa-
leaceum. Pappus plumosus. HOFFM. *)

* *Tussilago alpina*. T. *Petasites*. *Arnica
montana* Smith. *Tanacetum vulgare*. *Se-
necio vulgaris*.

C. *Capitati*. (*Corollulae omnes tubu-
losae, apice divaricato-patulae*).

CCCLVI. ONOPORDON. Cal. imbrica-
tus, squamis mucronato-pungentibus. Recept.
favosum. Papp. pilosus caducus. Sem. trans-
verse sulcata. PERS.

CCCLVII. CARDUUS. Cal. ventricosus,
imbricatus, squamis spinosis. Recept. pilo-
sum. Pappus pilosus. **) HOFFM.

*) Genus hocce ad discoideos numero, nam
disco instruitur plano et flosculis herma-
phroditicis erecto - paralleli, densis; quid
habitum attinet, omnino est Carduis valde
affine; at estne character capitatorum a fo-
liorum calycumque spinositate solum pa-
tendus?

**) Pappus in hoc et sequenti genere deci-
duus.

CCCLVIII. CNICUS. Cal. ovatus imbricatus, squamis spinosis. Recept. pilosum. Pappus plumosus. HOFFM.

CCCLIX. SERRATULA. Cal. subcylindricus imbricatus: squamis inermibus. Pappus scaber vel plumosus, persistens. HOFFM.

CCCLX. ARCTIUM. Recept. paleaceum. Cal. globosus, squamis apice hamis inflexis. Pappus setoso-paleaceus. WILLD.

Polygamia superflua.

† Discoidei. (*Corollulae radii obsoletae.*)

CCCLXI. TANACETUM. Recept. nudum. Sem. coronata. Cal. imbricatus hemisphaericus. Flosculi radii trifidi obsoleti, interdum nulli. SMITH.

CCCLXII. GNAPHALIUM. Recept. nudum. Pappus scaber aut plumosus. Cal. imbricatus, squamis imbricatis scariosis coloratis. (Flosculi radii subulati, disci subinde abortivi. SMITH) HOFFM.

CCCLXIII. ARTEMISIA. Recept. nudum aut villosum. Sem. mutica. Cal. imbricatus, squamis rotundatis, conniventibus. Flosculi radii subuluti integerrimi. SMITH.

†† Radiati *Corollulae rad. divaricatae.*

CCCLXIV. BELLIS. Recept. nudum conicum. Pappus nullus. Cal. hemisphaericus, squamis aequalibus. Sem. obovata. SMITH.

CCCLXV. MATRICARIA. Recept. nudum cylindraceo-conicum. Pappus nullus. Cal. imbricatus, squamis margine scariosis. WILLD.

CCCLXVI. CHRYSANTHEMUM. Recept. nudum. Pappus nullus. Cal. hemisphaericus imbricatus, squamis marginalibus membranaceis. WILLD.

CCCLXVII. PYRETHRUM. Recept. nudum. Pappus marginatus. Cal. hemisphaericus imbricatus, squamis acutiusculis, margine scariosis. SMITH.

CCCLXVIII. DORONICUM. Recept. nudum. Pappus simplex. Cal. squamae duplicis ordinis aequales, disco longiores. Sem. radii nuda pappoque destituta. WILLD.

CCCLXIX. ARNICA. Recept. nudum. Pappus simplex scaber. Corollulae radii staminibus quinque, (saepe liberis) sterilibus. HOFFM.

CCCLXX. INULA. Recept. nudum. Pappus simplex. Cal. imbricatus. Cor. radii nu-

merosissimae lineares. Antherae basi bisetae.
SMITH.

CCCLXXI. ERIGERON. Recept. nudum.
Pappus simplex. Cor. radii angustissimae nu-
merosae. Cal. imbricatus. SMITH.

CCCLXXII. SOLIDAGO. Recept. nu-
dum. Pappus simplex. Cal. imbricatus, squa-
mis conniventibus. Flosculi radii circiter
quini. HOFFM.

CCCLXXIII. ASTER. Recept. nudum.
Pappus simplex. Cal. imbricatus, squamis la-
xis, inferioribus patulis. Flosculi radii plu-
res, colore a flosculis disci diversi. HOFFM.

CCCLXXIV. CINERARIA. Recept. nu-
dum. Pappus simplex. Cal. simplex polyphyl-
lus aequalis cylindraceus. SMITH.

CCCLXXV. SENECEO. Recept. nudum.
Pappus simplex. Cal. cylindricus polyphyllus
aequalis calyculatus, squamis apice sphae-
latis. SMITH.

CCCLXXVI. TUSSILAGO. Recept. nu-
dum. Pappus simplex. Cal. simplex poly-
phyllus aequalis submembranaceus, basi
ventricosus. SMITH.

CCCLXXVII. ANTHEMIS. Recept. pa-
leaceum. Pappus nullus vel margo membra-

naceus. Cal. hemisphaericus subaequalis, Flos-
culi radii plures quam quinque, oblongi. WILLD.

CCCLXXVIII. ACHILLEA. Recept. pa-
leaceum. Pappus nullus. Cal. ovatus imbrica-
tus inaequalis. Flosculi radii quinque-decem
obcordato-subrotundi. SMITH.

CCCLXXIX. BUPHTHALMUM. Re-
cept. paleaceum. Pappus: margo obsoletus.
Seminum latera, praesertim radii marginata.

* *Bidens cernua* var. *radiata*.

Polygamia frustranea.

CCCLXXX. CENTAUREA. Recept. se-
tosum. Pappus simplex. Cor. radii infundi-
buliformes, longiores, irregulares. WILLD.

Polygamia necessaria.

CCCLXXXI. CALENDULA. Recept.
nudum. Papp. nullus. Cal. polyphyllus ae-
qualis. Sem. disci membranacea. WILLD.

* *Tussilago hybrida*. *Gnaphalium germa-
nicum*, *montanum*, *arvense*.

Polygamia segregata.

CCCLXXXII. ECHINOPS. Cal. pro-
prius uniflorus imbricatus, basi setosus. Co-
rollae tubulosae quinquefidae hermaphroditae
(Recept. globosum nudum). HOFFM.

SYNGENESIA.

Polygamia aequalis.

CCCXXXVIII. TRAGOPOGON Tourn.

916. *T. pratensis* calycibus corollarum radium aequantibus, foliis integris carinalis acuminatis undulatis, basi dilatatis, pedunculo tereti. HOFFM. WILLD. *Flor. Dan. t. 906.*

Foliola calycina frequenter octo. Flores aurei. Habitat in pratis vulgaris. Floret Junio, Julio.

917. *T. major* calycibus corollae radio longioribus, foliis integris strictis, pedunculis superne incrassatis, corollulis ad apicem rotundatis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 29.*

Foliola calycina circiter duodecim. Flores sulphurei. Leopoli in lapidosis, ruderalis, ad vias. Floret Junio, Julio.

CCCXL. SCORZONERA. Schreber.

918. *S. humilis* caule subnudo subunifloro, calycinisque squamis lanatis, foliis oblongo-lanceolatis nervosis. WILLD.

Caulis plerumque uniflorus, rarius biflorus. Folia semper duplo latiora quam in *S. austriaca*; occurrunt etiam elliptico-ovata, utrinque attenuata. Lana ad calycis squamas decidit post anthesin. Flores aurei

Habitat in pratis humidis inter Krzywczyce et Laszki. In montibus sylvae circa Stawki. Circa Zaleszczyki DF. Cracoviae ad S. Bronislawam. Floret Majo, Junio.

919. *S. rosea* foliis lanceolato-linearibus planis, caulibus carinato-linearibus, caule (sub)unifloro. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I p. 127. t. 121.*

Caulis saepe ramosus, ramis ortis infra medium caulis Flores rosei. — Foliis planis, floribus inodoris et antheris violaceis facile a sequenti distinguitur. In collibus circa Stracz et Janow. Floret Junio.

920. *S. purpurea* foliis lineari-subulatis canaliculato-triquetris, caule (sub)ramoso. WILLD. JACQ. *Austr. t. 35.*

Caulis basi saepe lanatus. Folia angustissima, Corolla roseo-lilacea. In montibus carpathicis DIK.

CCCXLIV. SONCHUS. Schreber.

921. *S. caeruleus* pedunculis calycibusque hispidis racemosis, foliis sublyratis: lobo terminali deltoideo maximo SMITH. *S. alpinus*. WILLD. *Flor. Dan. t. 182.*

Planta alta, speciosa, foliis runcinato-lyratis, lobo terminali triangulo, hastato, subtus glaucis. Pili viscosi, glandulosi. Flores caerulei. In montibus carpathicis DZK.

922. *S. palustris* pedunculis calycibusque hispidis subumbellatis, foliis runcinatis, basi sagittatis, margine scabris. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 59.*

Caulis erectus, quinque octopedalis. Folia amplexicaulia, margine denticulato-scabro. Penicula subumbellata vel cymosa, pilis densis, atris, apice glandulosis, ut et calyx, hispida. Corolla flava. Variat foliorum laciniis triangulis et lanceolatis, ac pedunculis subhispidis. Ad fossas aquarum, viasque. Floret Julio, Augusto. *)

923. *S. arvensis* pedunculis calycibusque (sub)hispidis subumbellatis, foliis (sub)runcinatis denticulatis, basi cordatis, radice repente. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 33.*

Caulis tri-quadripedalis. Folia amplexicaulia, margine denticulato-spinulosa, runcinata. Flores magni, aurei. Semina sulcata, crenulata. Pappus laevis. Variat 1. Pedunculis calycibusque glabris. *S. glaber* Schultes *Lettres sur la Galiole ineditae et. 2. u.*

*) Iconem Flor. Dan. t. 606 nolo citare, quia non optime plantam nostram exprimit et varie citatur: Cl. Smith enim illam huc; Cl. Willdenow autem eandem ad *S. arvensis* ducit.

terque foliis oblongis integris. Inter segetes ad vias, sepesque. Floret Julio, Augusto.

924. *S. oleraceus* pedunculis tomentosis, foliis subruncinato-pinnatifidis, seminibus striatis scabris. HOFFM. WILLD. *rar. et Curt. Lond. fasc. 2. t. 58.*

Planta polymorpha. Caulis erectus, ramosus, teres, glaber, foliosus. Folia plus minusve runcinato-pinnatifida, amplexicaulia, basi cordata aut sagittata, laciniis angustioribus, margine postico integro aut latioribus undique dentatis aut spinulosis. Pedunculi subcymosi, cymis saepe proliferis; juniores cum calycibus lanugine alba obvallati, statim decidua: calyces caeterum laeves. Flores sulphurei. Variat caule, pedunculis, calycibusque seris apice glandulosis hispidis. In oleraceis, cultis, ruderatis. Floret Junio — Septembri.

925. *S. asper* pedunculis calycibusque glabris, foliis ovato-oblongis integris dentatis, dentibus alternis minoribus, seminibus (striatis) glabris. HOFFM. *S. oleraceus. var. γ.* WILLD.

Foliis non pinnatifidis, rigidis, dentibusque spinosis facile dignoscendus. Flores sulphurei. Mixtim cum praecedenti occurrit.

CCCXLV. LACTUCA. Linne.

926. *L. Scariola*, foliis verticalibus si-

nuato-pinnatifidis denticulatis, carina aculeatis. HOFFM. WILLD.

Flores paniculati, sulphurei. In rudertatis cultisque vulgaris. Floret Julio, Augusto.

CCCXLVII. CHONDRILLA. Linne.

927. *C. juncea* foliis radicalibus runcinatis emarcidis, caulinis lineari-lanceolatis integris, ramis virgatis (patentibus), floribus lateralibus subsessilibus. VEST. MAN. WILLD. JACQ. *Austr. t. 427.*

Folia planta glauca. Flores flavi. In arvis et ad viam prope Pilsno. Floret Augusto, Septembri.

CCCXLVI. PRENANTHES. Linne.

928. *P. purpurea* calycibus subquinquefloris, foliis oblongo-lanceolatis (integris pinnatifidisque) amplexicaulibus cordatis denticulatis, subtus glaucis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 317.*

Folia potissimum integra, rarius remote pinnatifida, pinnis lateralibus mediis postice anguatis, extrema triangulari-bastata. Panicula foliosa. Pedunculi tenues. Flores purpurei, corollulis antice incis. In sylvaticis lateris septentrionali montis Babia Góra. Circa Krynica. Valle Oykow E.C. Floret Augusto, Septembri.

929. *P. muralis*, foliis lyrato pinnatifidis dentatis, lobo terminali quinquangulati, flo-

ribus paniculatis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 58. Flor. Dan. t. 509.*

Folia forma variant; modo magis runcinata; modo magis pinnatifida sunt: caulina amplexicaulia, basicordata; summs oblonga, integra. Panicula subnuda divaricata. Flores flavi, calycibus purpurascensibus. Corollulae quinae. In nemoribus, lucidis, ad muros frequens. Floret Julio, Augusto.

CCCXL. LEONTODON. Schreber.

930. *L. Taraxacum* squamis calycinis exterioribus reflexis aequalibus, foliis runcinatis dentatis glabris. HOFFM. WILLD.

Scapus uniflorus, modo vix pollicaris, modo pedalis et ultra. Folia laevia. Flos aureus. In cultis, pascuis. Floret ab Aprili ad Novembrim usque.

CCCXLI. APARGIA. Schreber (Hedypnois Smith)

931. *A. alpina* calyce ovato-oblongo erecto et scapo superne incrassato hispidis, foliis oblongo-lanceolatis denticulatis subpilis, pilis simplicissimis, VEST. WILLD. *Leontodon alpinum* JACQ. *Austr. t. 93.*

Folia repando-denticulata. Pili calycis albi. Flos aureus, subtus fuscens. In montibus carpathicis. DZK.

932. *A. autumnalis* scapis subramosis declinatis, pedicellis incrassatis squamosis, foliis P. II. G

his pinnatifidis glabris, pappo seminum marginalium sessili, centralium stipitato. VEST. MAN. WILLD.

Flores aurei, subtus purpurascens.

Variat 1. foliis dentato-pinnatifidis, et 2. scapo ramoso simpliceque. In pascuis, pratis. Floret Augusto, Septembri.

933. *A. hastilis* scapo unifloro nudo calyceque glabro, foliis lanceolatis, runcinato-dentatis glabris. WILLD. *Leontodon hastile* JACQ. *Austr. t. 164.*

Flores aurei. Folia forma variant. In sylvaticis, humidiusculis. Floret Junio, Julio.

934. *A. hispida* scapo nudo unifloro, calyce hirto, foliis runcinato dentatis hispidis, pilis furcatis. WILLD. *Leontodon hispidum* Linne. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 56.*

Flores aurei. B. actea subcalycina lineari. Variat foliis plus minusve profunde excisis. Cum praecedenti.

CCCXXXIX. PICRIS. Jussieu.

935. *P. hieracioides*, caule erecto scabro, foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, floribus corymbosis, calyce exteriori laxo. WILLD.

Herba tota scabra. Folia undulata, remote dentata; superiora integerrima. Pili furcati, apicibus recurvis. Flores aurei. Pap-

pus sessilis. In pratis, ad vias, marginesque agrorum frequens. Floret Julio, Augusto.

CCCXLIII. HIERACIUM. Linne.

936. *H. Pilosella* foliis elliptico-lanceolatis subtus tomentosis, stolonibus repentibus (elongatis), scapo unifloro nudo, (squamis calycinis lanceolatis, floribus discoloribus) SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 54. Flor. Dan. t. 1110. **

Folia basin versus attenuata, supra nuda, setis longis, rigidis, raris adspersa, subtus albida. Scapus aphyllus, fere palmaris. Flores sulphurei, subtus rubri. In pascuis siccis, sylvis acerosis, arenosis, lucidis. Floret Majo — Augusto.

G 2

*) Ad diagnosin notas illas ideo adjeci, ut a *H. Pilosella alpina flore majore et stolonibus brevissimis* Willd. distinguat, quod pro propria specie habeo, si altitudo plantarum decrescit in alpinis et dein si plantae in demissis stoloniferae hac qualitate in montibus multo magis gaudeant. Immo stirpes in planitie vix stoloniferae, fere illis solis in alpinis, asserente. Cl. D. Schultes propagantur. Hieracium hoc alpinum (ex alpinis Tyrolensibus) habet scapum pedalem strictum, stolones brevissimos et squamas calycinas ovato-oblongas, obtusiusculas.

937. *H. collinum* foliis obovato-lanceolatis subtus subtomentosis, stolonibus repentibus, scapo ramoso nudo, floribus concoloribus, NOBIS.

Radix brevis, crassiuscula, fibrosa, perennis. Folia radicalia obovato-lanceolata, quandoque remote denticulata, acutiuscula; supra setis longis raris, uti in *H. Pilosella* obtecta; subtus juniora tenuissime tomentosa, adultiora nuda. Stolones pilosi, densius ad insertionem foliorum. Scapus erectus, unus aut plures, parum ramosus, rarius simplex, ramis elongatis gracilibus, altitudine varians, ut pedalis medium sistat. Versus flores rami et calyces ipsi sunt canescenti-tomentosi, pilis nigris, apice glandulosis, muricato-hispidi. Bracteola minima, subulata. Flores utrinque flavi. Pappus simplex. Semina nigro-castanea, sulcata. Simillimum *H. Pilosella*, a quo differt 1, scapis ramosis 2, foliis subtus nudiusculis, 3 floribus minoribus utrinque flavis, nec subtus rubro-fasciatis. In apricis, argillaceis, cretaceisque. Floret a Julio in Octobrem usque.

938. *H. praemorsum* foliis (ob)ovatis subdentatis, scapo nudo racemoso, floribus superioribus primoribus. WILLD. *Flor. Dan.* t. 942.

albo-marginatas et flores concolores. Reliqua ut in nostratibus.

Folia oblonga. Flores pallide flavi, supremi prius florent inferioribus. In collibus circa Zaleszczyki DE. Circa Cracoviam ad S. Bronislavam. E. C. Leopoli. Floret Majo, Junio.

939. *H. dubium* foliis oblongis; obtusis integerrimis, stolonibus repentibus, scapo subquadrifloro nudo. WILLD.

Radix brevis, obliqua, praemorsa, fibrosa. Folia radicalia obovato-oblonga, apice rotundata, basi attenuata, glauco-viridia, setis longis, rigidis ad oras ciliata et superne hinc inde adspersa, subtus nuda. Stolones repentes, longe pilosi, adultiores denudantur. Scapus adscendens, medio laevis, basi foliolum unum alterumve acutum, caeterum reliquis simile, spithameus et altior. Apice dividitur in duos-quatuor pedunculos alternos, vix unciales, basi bractea lineari-subulata, brevi suffultis, canescenti-tomentosus, setis brevibus, nigris, glandulosis, hispidos. Calyces crassi, ovati, atro-virides, setis nigris, glandulosis muricato-hispidi. Squamae extimae bascos laxae, lineares, acutae. Flores flavi. Semina cylindrica, sulcata, crenulata. Pappus simplex, scaber. Habitat cum praecedenti. Floret Junio — Octobri.

940. *H. Bauhini* foliis lanceolatis acutis subintegerrimis, margine carinae (setoso)-ciliatis scapoque glabris, stolonibus repen-

tibus, floribus subumbellatis. Schultes. *H. Auricula Sutter.*

Simillimum *H. Auriculæ var. foliis acutis* te *H. glaucescenti* nostro. Ab hoc differt foliis angustioribus, subintegerrimis, setis longis, rigidis, raris adpersis; caeterum nudis, scapo basi stolonibusque purpureis, pilosis, floribusque majoribus; ab illo colore glauco, foliis angustioribus, rariter longe setosis, stolonibus longioribus. Habitat et floret cum hisce. Hieracium hocce verum esse *H. Auriculum* Linnei ex iis, quae Cl. Smith, Fl. britt. 2. p. 829 dicit autumnis; illud distinctam a praecedente esse speciem, convictus sum.

941. *H. glaucescens* foliis lanceolatis acutis subintegerrimis, pilis raris hispidis, stolonibus repentibus, floribus corymbosis, scapo laevi. Nōbis.

Radix praemorsa, brevissima, fibrosa. Folia lanceolato-oblonga, basi attenuata, apice parum acuta, glauco-viridia, utrinque setis brevibus, rigidis, raris hispida, subdenticulata, angustiora quam praecedentis. Stolones subnudi. Scapus sesquipedalis, laevis, folio uno alterove instructus. Panicula corymbosa, terminalis. Pedunculi ramosi, ad basin bracteis subulatis; parvis suffulti, cum calycibus canescenti-tomentosi. Calyces oblongi, congenerum minimi, ut in *Crepide* virente, foliolis dorso pilis brevibus, nigris, apice glanduliferis muricato-hispidis;

infirmis laxis. Corolla parva, flava. Pappus simplex, scaber. Semina sulcata, crenulata. Recept. paleis brevissimis, truncatis favosum. Leopoli in argillaceo et calcareo solo ad viam versus Winniki. Floret Junio.*)

942. *H. Auricula* foliis oblongo-lanceolatis subdenticulatis hispidis scapoque basi dense pilosis, stolonibus repentibus, floribus subcymosis. В. СМІТН. Britt.

Hujus duas possidemus varietates. In siccis et asperis lapidosis folia radicalia oblongo-lanceolata, acuta, firma, basi attenuata, margine remote mucronato-denticulata, utrinque setis brevibus, rigidis, raris hispida, ad costam subtus, orasque hirsuta. Stolones basi purpurascens, undique hirsuti. Scapus erectus, pedalis, in medio, quandoque basi, foliolo instructus, setis bulbo nigro insidentibus, apice albidis, patentissimis, sparsis hirtus, basi autem dense hirsutus; terminatus corymbo subcymoso, pedunculis ramosis. In nemorosis et sylvaticis folia radicalia oblonga, basi in petiolum attenuata, apice rotundata, breviter mucronata, margine modo remote et minutissime denticulata, modo integerrima, teneriora, supra pilis brevibus, rigidis, raris hirta, subtus praecipue

*) Nomen *H. parviflori* majore eum jure huic competeret ac plantae a D. Schlechero illo insignitae.

ad costam hirsuta, pilis deflexis. Stolones hirsutissimi. Scapus inferne saepe bifolius, foliis acutis, caeterum reliquis similibus; basi hirsutus, pilis reflexis praecipue sub insertione foliorum: superne pilis rarioribus. Flores modo cymosi, pedunculis ramosis. Flores ut in *H. dubio*. Floret Junio — Augusto.

943. *H. cymosum* scapo folioso hispido, floribus corymboso-paniculatis, pedunculis propriis glomeratis, calycibus hispidis, foliis oblongo-lanceolatis subintegerrimis hirtis. WILLD.

Radix praemorsa. Folia oblongo-lanceolata, acuta, integerrima, erecta, utrinque pilis rigidis hispida. Stolones nulli. Scapus pedalis, adpersus pilis rarioribus, basi confertioribus, supra basin instructus foliolo uno alterove. Flores cymosi, aurei. In montibus carpathicis. DZK.

944. *H. echioides* caule erecto strigoso-hispido, foliis subintegerrimis, basi attenuatis, floribus (cymoso-) corymbosis. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. I. v. 87. t. 85.*

Radix praemorsa, fibrosa. Folia radicalia elliptico-lanceolata, basin versus attenuata, obtusa, subintegerrima. Caulis ad medium fere foliosus, foliis acutis, sesquipedalis, subflexuosus, Hae partes omnes se-

tis longis, densis, glandulis atro-purpureis insidentibus strigoso-hirsutae. Cyma terminalis, ramosa, cum parte superiore caulis canescenti-tomentosa, setis rarioribus, pilisque nigris glandulosis immixtis, hirsuta. Bracteolae lineares, quoque setoso-hirsutae. Calyces subovati, canescentes, etiam tomentosi, pilis autem flavicantibus et nigris longioribus simul hirsuti. Flosculi aurei. In collibus apricis suburbii Lyczakow Leopoli. Floret Majo — Augusto.

945. *H. aurantiacum* foliis integris, caule subnudo simplicissimo corymbifero piloso. HOFFM. WILLD.

Folia oblonga, quandoque dente uno alterove instructa. Calyces pilis nigris hirsuti. Flores eleganter aurantiaci. Exsiccati colorem Croci induunt. In montibus carpathicis DE. Floret Junio.

946. *H. nigrescens*, caule nudo paucifloro, pedunculis calycibusque glanduloso-pubescentibus, nigrescentibus, foliis oblongis petiolatis, basi dentatis. WILLD. *Hort. berol. t. 10.*

Radix perennis. Folia radicalia petiolata, ovato-oblonga, dentata, praesertim basin versus, superne pilis albis raris adpressis, margine et subtus ad costam mediam pilis longis albis obsita. Folia caulina tantum ad divisionem caulis, interdum nulla, lanceolata; inferiora petiolata, summa sessilia

subdentata pilosa. Caulis ascendens 3-6 pollicaris, in ramos paucos unifloros superne divisus. Pedunculi albo-tomentosi intermixtis pilis atris copiosis, apice glanduliferis. Calyx communis polyphyllus, imbricatus, foliolis lineari-lanceolatis, pilis copiosissimis atris, apice glanduliferis obsitus. Corolla magna. Willd. l. c. In summitate montis Babia Góra. Floret aestate.

947. *H. Halleri* caule erecto subbifloro, foliis pilosis dentatis, radicalibus oblongis, caulinis (paucis) lanceolatis sessilibus, calyce villosus. WILLD.

Caulis semipedalis (et altior), teres, parce villosus, foliis tribus instructus, uni-bi-triflorus. Folia radicalia tripollicaria et longiora, petiolata, elliptica, utrinque pilis brevibus obsita, remote repando-dentata; caulina lanceolata, acuta, sessilia, basi angustata, dente uno alterove instructa. Flores magni. Calyces villosi. Willd l. c. In summitate montis Babia Góra. Floret aestate.

948. *H. carpathicum* caule erecto parum folioso simplici, piloso, floribus paniculatis; superioribus primoribus; foliis radicalibus ovatis obtusis basi attenuatis, postice repando-dentatis, dentibus glanduloso-mucronatis, B.

Radix oblique descendens, vix ramosa, valde fibrosa. Caulis fere bipedalis, undique pilosus, pilis sparsis, flexuosis, basin versus densioribus; superne paniculatus, ramis alternis, remotis, patentibus, in pedunculos plures unifloros ascendentes divisus, bractea lineari suffultis. Folia ovata, obtusa, mucronata, in petiolos attenuata, utrinque pilosa, pilis tamen subtus longioribus et densioribus, ad costam densissimis. Petioli canaliculati marginati, dimidium foliorum radicalium excedentes, caulinarum, quae numero duotria et proportionè ad altitudinem insertio nis angustiora et minora sunt, brevissimi. Pedunculi bracteis filiformibus, brevibus instructi, pubescenti-canescens, pilis longioribus, glanduliferis, horizontaliter patentibus immixtis, calycibus duplo circiter longioribus. Calyces graciles, cylindrici, erecti, foliolis lineari-lanceolatis, inaequalibus, imbricatis, dorso pilis glanduliferis, densis tecti. Flores aurei, flosculis ore pilosis, apice inciso-crenatis. Stigmata fusca. Semina cylindracea, sulcata, glabra, ferruginea. Pappus simplex, ad lentem scabriusculus. In montibus carpathicis. DZK.

949. *H. murorum* caule erecto subfolioso, basi piloso, floribus subpaniculatis, foliis radicalibus ovatis (acutis), basi profundius dentatis, dentibus glanduloso-mucronatis. WILLD.

Planta polymorpha. Conveniunt varietates, praeter characteres allatos, radice fibrosa; caule superne tantum ramoso; foliis ovatis, petiolatis, subpilosus, dentibus mucrone crasso, obtuso donatis; pedunculis canescentibus; calycibus oblongis, pilis nigris hispidis, foliolis linearibus, acutis; floribus corymboso-paniculatis, aureis, flosculis ore pilosis; pappo scabro seminibusque angulosis, sulcatis, fusco-atris.

Var. α . Folia primaria parva orbiculato-elliptica, integerrima, dentibus rarius subulatis, apice glandulosis; reliqua radicalia et caulina majora ovata, utrinque attenuata sinuato-dentata. Calyces, pedunculi que glanduloso-hispidi. Caulis laevis, 1 — 2 pedalis, raro uniflorus. Vulgaris in nemoribus. Floret tota aestate.

Var. β . Folia radicalia ovata, basi rotundata, plus minusve acuta, sinuato-dentata. Caulis pedalis circiter, hirtus, medio foliolo ovato-lanceolato uno alterove aut nullo instructus, pauciflorus. Petioli, foliola juniora subtus, caulisque basi villosissimus. Pedunculi et calyces, ut supra. Haec varietas similitudinem quandem cum *H. rupestri* habet, quod autem foliis lanceolatis duplo longioribus, scapo ramoso, ramis paucis unifloris, elongatis differt. In valle Oycow E. C. Floret Augusto. In montibus carpathicis circa Krynica floruit adhuc Octobri.

Var. γ . Praecedenti simillima: differt tantum foliis ovato-lanceolatis, basi attenuatis, saepe maculatis, pilisque calycis et pe-

dunculorum eglandulosis. In lapidosis Montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

Var. δ . convenit cum var. γ forma foliorum et altitudine; differt pilositate breviori et multo parciore petiolorum et caulis, qui fere glaber est; pedunculis calycibusque canescentibus, caule aphylo, pilisque nigris calycum et pedunculorum glandulosis. Prope Zaleszczyki, inter lapides ad Fluvium Dniester. DF.

950. *H. paludosum* caule folioso, (superne) angulato glabro, foliis obovato-lanceolatis sinuato-dentatis glabris; caulinis (cordato)-amplexicaulibus; pedunculis glabris, calycibus hispidis. HOFFM. WILLD. *Flor. Dan. t. 928. Crepis paludosa*. Fl. d. Wett.

Caulis altus. Calyces pilis nigris patentibus hispidi. Flores aurei. In lucis paludosis (Leopoli) sylvae versum pagum Krzywcyce. Cracoviae in pratis humidis versus Lobzow et in Bronowice frequentius. Floret Junio, Julio.

951. *H. molle* caule paniculato, foliis lanceolatis obsolete dentatis pilosis; (caulinis) amplexicaulibus; inferioribus petiolatis. SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 119.*

Herba pilosiuscula, pilis brevibus, sat rigidis adpersa. Caulis angulatus, cavus; (uti in pluribus affinis speciebus; ideo in diagnosi delevi); superne cum ramis glabriusculus.

Folia obtusiuscula. Pedunculi superne, et calyces glanduloso-pubescentes: adultiores nudi. Corolla aurea. Pappus scaber. Semina striata, utrinque attenuata, flava. In sylvaticis. Prof. Schk.

952. *H. foliosum* caule erecto simplici, foliis ovatis cordatis amplexicaulibus denticulatis ciliatis, floribus paniculatis, calycibus glabris. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 155. t. 145.*

Folia in caule conferta. Flores paniculato-corymbosi, aurei. Circa Zaleszczyki DF.

953. *H. sabaudum*, caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentato-serratis subamplexicaulibus, subtus scabris. SMITH. WILLD.

Caulis simplex, scaber, hirsutus. Folia oblōnga, acuta, subtus et margine plus minusve hirsuta; inferiora in petiolos attenuata; superiora basi ovata. Pedunculi ramosi; quandoque pubescentes. Calyces corollae et semina ut in sequenti. Variā foliis profunde sanguineo-maculatis. Cracoviae in muris et collibus siccis. Floret Augusto, Septembri.

954. *H. umbellatum* caule erecto simplici, foliis (sub)linearibus subdentatis (sessilibus), floribus corymboso-umbellatis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 58. Flor. Dan. t. 680.*

Folia lineari-lanceolata, obtusiuscula, sparsa, nequaquam amplexicaulia, glabra. Calyx atro-virens, glaber. Flores aurei, stylis fuscis. Variat foliis lanceolato-ovatis, obtusis, integerrimis; caule superne nudo, unifloro. In pratis collinis siccis, ad margines sylvarum. Varietas in locis sterilibus montium carpathicorum. Floret Augusto — Octobri.

CCCXLVIII. CREPIS. Linne.

955. *C. foetida* foliis runcinato-pinnatifidis hirtis, petiolis dentatis, caule piloso, calyce tomentoso. SMITH. WILLD.

Rami patentes, longi. Flores ante anthesin nutantes, aurei. Planta ingrata olens, praecipue radix. Variat pilositate. In lapidosis, ad vias Leopoli. Floret Junio — Septembri.

956. *C. biennis* foliis runcinato-pinnatifidis scabris: lobis antice dentatis, calyce muricato subtomentoso. SMITH. WILLD.

Caulis inferne simplex. Foliorum inferiorum lobi tantum antice, mediorum utrinque dentati: superiora lanceolata, basi pinnatifida. Costae inferius valde hispidae. Flores aurei, corymbosi. In pratis, sepibus, pomariis. Floret Junio, Julio.

957. *C. lodomeriensis*, foliis hispidiusculis; radicalibus runcinatis, caulinis subpinnatifido-dentatis integerrimisque; floribus

subpaniculatis, calycibus subpubescenti-hispidis; fructigeris ovatis sulcatis. NOBIS.

Caulis circiter bipedalis, ramosus, ramis paucis inaequalibus, sulcato-angulatus, angulis inferne scabris, pilisque brevibus rigidis raris obsitis; superne cum ramis glaberrimus. Folia omnia sublanceolata, acutiuscula, basi attenuata; radicalia et caulina infima praecipuis hispidiuscula, magis minusve runcinata, dentibus acutis, integris; media subpinnatifido-dentata, dentibus pluribus paucioribusve, imo solitariis, magis minusve elongatis; caeterum integerrima glabra aut variis hispidiuscula; summa linearia, integerrima. Rami simplices aut parum divisi pedunculorum vices gerunt, sunt elongati, bracteolis linearibus, subpollicaribus et versus flores saepius pilis glandulosis raris adpersi. Calyces oblongi magnitudinis fere *C. biennis*: foliola oblongo-lanceolata, margine angusto membranaceo, glabra aut leviter pubescentia, dorso saepius muricato-hispida: calyculi linearia, laxa, glabra, interioribus dimidio breviora; fructigerorum canaliculata, parum arcuata. Corolla aurea. Styli flavi. Pappus sessilis, scaber. Semina oblonga, apice parum attenuata, sulcata, crenulata, pallida.

A. *C. tectorum* caule non corymboso, floribus majoribus, stylis et defectu canescentiae distincta: a *C. agresti* autem habitu toto, laciniis foliorum caulinarum non postrotum porrectis et floribus majoribus ac iis *C.*

tectorum aliisque. Circa Duklam frequens. E. C. Floret Augusto, Septembri.

958. *C. tectorum* foliis radicalibus runcinatis, caulinis amplexicaulibus lanceolatis dentatis, (rameis linearibus integerrimis) caule glabro, (panicula corymbosa scabriuscula, calycibus pubescenti-hispidis) SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 55. Flor. Dan. t. 501.*

Planta vulgatissima, cinerascens-virens, polymorpha. Folia caulina saepe hastata. Calyces muricato-scabri, pilis nigris, glandulosis secundum longitudinem foliolorum positus. Styli antheris egressi fusci. Flores lutei, parvi. Semina fusca, apicem versus attenuata, sulcata, crenulata. Pappus sessilis, scaber. Variat foliis radicalibus ovatis runcinato-dentatis; caulinis linearibus, integerrimis, subhastatis. *C. segetalis* Roth. In arvis, muris, tectisque. Floret Junio — Septembri.

959. *C. virens* foliis glabris, inferioribus remote dentatis, superioribus subintegerrimis subsagittatis, caule basi ramoso diffuso, calycibus pubescentibus. WILLD.

Folia radicalia lanceolata, subruncinata. Caulis acute angulatus, spithamaei et altiores, filiformes, fere trifidi, subnudi. Flores parvi, lutei. Calyces soli pubescenti-tomentosi. In arvis ad pedem montis Babia

Góra. In montosis circa Duklam, et Sanok E.C. Floret Augusto, Septembri.

960. *C. agrestis* foliis radicalibus lanceolatis runcinatis, caulinis lanceolatis, basi dentatis sagittatis, floribus corymboso-paniculatis, calycibus hirtis. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. III. p. 244. t. 220.*

Caulis paniculatus, pedalis, sesquipetalis. Folia glabra; radicalia runcinata; caulina sagittata, auriculis dentatis; ramea lingari-subhastata. Calyces oblongi, submentosi, dorso muricati, pilis nigris, glanduliferis; fructigeri, ovati. Flos ut in *C. tectorum*. Semina oblonga, angulosa, sulcata, exteriora convexa. Pappus sessilis. Inavis frequens. Floret Junio, Julio.

CCCL. HYPOCHAERIS, Linne.

961. *H. maculata*, caule solitario nudiusculo subsimplici, foliis ovato-oblongis integris dentatis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 149.*

Folia saepe purpureo-maculata, terrae incumbentia. Calyx muricato-pilosus. Flos speciosus aureus. Habitat in pratis sylvaticis circa Kulpatkow, Stawki, Lelechowka prope Leopolim. Cracoviae in fruticeto inter Zakrzuwka et Rybaki cum *H. glabra* et *radicata*; — ad marginem sylvulae Bronowicensis. Floret Julio.

962. *H. uniflora*, caule (solitario) simplice, inferne folioso unifloro, sub flore incrassato, foliis lanceolatis dentatis, calycum squamis serrato-ciliatis. *Sutter Flor. helv.*

H. helvetica. WILLD. JACQ. *Icon. rar. t. 165.*

Folia erecta. Flos aureus. In montibus carpathicis DIK. Circa Sanok. E. C. Floret Augusto.

963. *H. minima* foliis dentatis scabriusculis, calycibus carina ciliatis, pappis disci stipitatis plumosis, radii sessilibus setosis, basi (dense) plumosis. WILLD.

Radix annua. Folia lanceolata, obtusa, dentato-sinuata, pilis albis, rigidis hispida; praecipue juniora. Caules subnudi, fere laeves, parum ramosi, suberecti, spithamaei. Calyces oblongi, imbricati. Squamae carina ciliatae, fere ut in *H. radicata*. Ligulae flavae. Pappus radii setosus, basi denso villo albo plumosus: disci autem parum plumosus, setis scabris. Semina fusca, striata, inferne crenulata, sursum denticulata. In arvis montium carpathicorum inter Skavinki et Wytzeze. Circa Sanok E. C. Floret Augusto.

964. *H. glabra* glabriuscula, calycibus oblongis imbricatis, caulibus ramosis subfoliosis, foliis dentato-sinuatis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 53. Flor. Dan. t. 424.*

Folia saepius subhispida. Caules versus flores squamati. Calyces nudi. Flores aurei,

subtus viridescentes. In arvis ad pedem montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

965. *H. radicata* foliis runcinatis obtusis scabris, caulibus ramosis nudis laevibus, pedunculis squamosis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 52. Flor. Dan. t. 150.*

Folia plus minusve hispida. Calycis foliola ad carinas ciliata. Flos aureus. In pascuis siccis, locis sylvaticis lucidis. Floret Junio, Julio.

CCCXXXVII. LAPSANA. Schreber.

966. *L. foetida*, acaulis, scapo unifloro, foliis runcinato-pinnatifidis, lacinia terminali (sub)rhombea. WILLD. *Hyoseris foetida* WALBST. et KIT. *I. p. 43. t. 49.*

Planta glaberrima. Laciniae foliorum potestice angulatae. Flos speciosus, aureus omnino Lapsanae; at habitus Hyoseridis. Leopoli in sylvis ad pagos Krzywczyce et Liszeniec spectantibus; ibi ad viam versus Steinerne Wirthshaus. Floret Majo, Junio.

967. *L. communis* caulescens ramosa, foliis ovatis petiolatis angulato-dentatis, (radicalibus) lyratis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 59. Flor. Dan. t. 500.*

Caulis superne paniculato-corymbosus. Folia caulina inferiora quoque lyrata. Flores parvi, flavi. Calyces fructuum angulati, ovati. Variat foliis laevibus, subvillosis. In

ruderatis cultisque frequens. Floret Junio, Julio.

CCCXLIX. CICHORIUM. Tournefort.

968. *C. Intybus* floribus axillaribus geminis (subsessilibus), foliis runcinatis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 4. t. 56. Flor. Dan. t. 907.*

Caulis angulatus, tenax, scabriusculus, ramis divaricatis. Folia scabriuscula; caulina superiora amplexicaulia, ovato-lanceolata, basi dentata. Calycum foliola exteriora margine, interiora dorso muricata, setis apice glandulosis. Flores aurei. Circa Duklam varietatem D. E. Christiani legit, cui caulis laevis; folia laevia, margine tantum scabra; pedunculi nonnulli elongati, bi-triunciales; receptaculum punctatum, brevissime paleaceum, quod subpilosum dicit Cl. Smith et semina simplici serie palearum, quam duplicem declarat idem Author.

CCCLX. ARCTIUM. Linne.

969. *A. Bardana* (arachnoideum) floribus subcorymbosis, calycibus arachnoideo-lanatis, foliolis margine hispidis, caule superne ramoso. B. WILLD. *Fl. Dan. t. 642. A. tomentosum* Schkuhr. *bot. Handb. 3. p. 49 t. 22.*

970. *A. majus* floribus subcorymbosis, calycibus glabris, foliolis basi paleis ciliatis, caule superne ramoso. B. Schkuhr. *A. Lappa* WILLD.

971. *A. minus* floribus subsessilibus terminalibus axillaribusque, calycibus glabris, foliolis basi margine hispidis, caule paniculato, ramis subvirgatis patentibus. B. Schkubr. l. c.

Omnes hae species conveniunt foliis cordatis, obtusis, petiolatis, subtus plus minusve tomentosis, margine magis minusve denticulatis, et floribus purpureis. Habitus primae et secundae idem; diversus autem tertiae. Calyces maximos possidet media, tertia minimos floresque pallidiores. Advias et sepes occurrunt mixtae aut una alterave. Florent aestate.

CCCLVII. CARDUUS. Schreber.

* *Foliis decurrentibus.*

972. *C. nutans* foliis interrupte decurrentibus spinosis, floribus cernuis: squamis calycinis lanceolatis, superne patentibus. HOFFM. WILLD. *Flor. Dan. t. 675.*

Caulis pedunculique elongati, alati, ala interrupta, spinoso dentata, crispata. Flores speciosi, purpurei. Circa Zaleszczyki DF. In monte carpath. DZK. Floret Junio — Augusto.

973. *C. acanthoides* (spinosissimus) foliis decurrentibus sinuatis spinosis, calycibus globosis subpedunculatis; squamis linearibus recurvatis. SMITH. WILLD. JACQ. *Austr. t. 249.*

Folia utrinque viridia, saepe pinnatifida. Caulis patulus, multifariam alatus, alis interruptis, spinoso-dentatis, crispatis. Pedunculi breves, tomentosi, uno latere alati. Flores purpurei, raro albi. Advias, sepes vulgatissimus. Floret Junio — Septembri.

974. *C. Personata* foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis, subtus subvillosis, radicalibus basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, calycinis squamis recurvatis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 348.*

Folia ovato-oblonga. Flores purpurei. In montibus carpathicis DIK. Floret aestate.

975. *C. crispus* foliis decurrentibus oblongis sinuatis, margine spinosis, subtus laeviginosis, floribus ovatis pedunculatis aggregatis terminalibus, calycinis squamis linearibus subulatis mucronatis patulis (glabris). WILLD. *Flor. Dan. t. 621.*

Caulis quadri-quinquepedalis, ramosissimus, ramis erectis. Folia lata, caulina mitia. Flores purpurei. Habitat in cultis; advias. Floret Julio, Augusto.

** *Foliis sessilibus.*

976. *C. mollis* foliis pinnatifidis, (pinnis) linearibus subtus tomentosis, caule inermi unifloro. LINN. WILLD. JACQ. *Austr. t. 18.*

Caulis basi foliosus, caeterum tomentosus, foliolo uno alterove lineari instructus. Flos purpureus. Pappus scaber. In montibus carpathicis DZK.

CCCLVIII. CNICUS. Schreber.

* *Foliis decurrentibus.*

977. *C. palustris* foliis decurrentibus nudis lanceolatis dentato (-pinnatifidis), margine spinosis, floribus racemoso-glomeratis, squamis calycinis ovato-lanceolatis mucronatis adpressis. WILLD. *Curt. fasc. 6. t. 56.*

Caulis quadri-sexpedalis. Folia forma varia, atro-viridia, inferiorum lobi sinuati; superiora linearia, elongata, obtusa, basi remotepinnatifida. Pedunculi tomentosi. Calyces dorso linea glutinosa et mucrone purpureo divergente donati. Flos purpureus.

Variat caule pedali, foliis sinuato-dentatis et caule subunifloro. In pratis paludosis, in sepibus humidis, inter Alnos fr. quens. Var. in montium circa Krynica oliginosis. Floret Julio — Septembri. Varietatem Octobri legi.

978. *C. canus* foliis semidecurrentibus lanceolatis eroso-dentatis ciliato-spinosis arachnoideo-villosis, pedunculis nudis tomentosis solitariis, calycinis squamis ovato-lanceolatis adpressis mucronatis. WILLD. *Carduus canus* JACQ. *Austr. t. 43.*

Ra.

Radices tuberosae, oblongae, aggregatae. Folia sinuato-dentata. Pedunculi elongati. Calyces globosi, foliolis linea alba carinatis.

Variat foliis integerrimis, Jacq. *Austr. t. 42.* Leopoli in pratis humidis infra Krzywczyce ad viam versus Zboisk. Jaroslaviae in pratis ad fluvium San. Cracoviae ad viam extra Podgorze. Floret Augusto, Septembri.

979. *C. lanceolatus* foliis decurrentibus pinnatifidis hispidis, laciniis (sub)bilobis divaricatis spinosis, calycibus ovatis arachnoideo-pubescentibus, squamis lanceolato-subulatis spinosis patentibus. WILLD. *Carduus lanceolatus, Flor. Dan. t. 1173.*

Calyces magni, squamis inferioribus reflexis. Flores purpurei. Varietatem foliis parum latioribus, subtus pubescenti-tomentosis, spinisque minoribus, caeterum non distinguendam circa Duklam (?) legit E. C: aliam foliis oblongis, sinuato-angulatis, angulis hispidis, caeterum hispidis, semidecurrentibus, calyce minus arachnoideo-villoso circa Zaleszczyki invenit DF. Vulgatissimus ad vias, in ruderatis. Floret Junio — Septembri.

980. *C. serratuloides* foliis semiamplexicaulibus subdecurrentibus lanceolatis erectis indivisis serrato-ciliatis, supra scabris, dorso villosa-arachnoideis, caule paucifloro erecto, superne nudo sublanuginoso, pedunculis

P. II.

H

longis unifloris, calycis ovati foliolis angustis acutis inermibus, dorso gibbosis. VEST. MAN. WILLD. *Carduus pannonicus* Host. Syn. *Card. serratuloides*. JACQ. *Austr. t. 127.*
Flores purpurei. Leopoli in latere meridionali collis versus occasum pagi Krzywezyce siti. Ad viam in sylva inter Janow et Sklo. Floret Augusto, Septembri.

CL. WILDENOV. us ducit Cl. Hostii Synonymon ad *Carduum pannonicum*; citat simul Cl. JACQUINI Hort. Vindebon. (errore typographi „Austri“ positum est) Vol. III. t. 5. ubi *Carduus chius* repraesentatur; dum interea Hostius JACQUINI Flor. Austr. t. 127. et CLUSII *Cirsium pannonicum* v. *pratense* 2, p. 148 ad suum *Carduum* citet, quae a WILDENOVIO ad *Cnicum serratuloidem* trahuntur; ideo puto Hostii *Carduum pannonicum* esse eundem cum *Cnico serratuloidem* WILDENOVII.

** *Foliis sessilibus.*

981. *C. rivularis* foliis dentatis ciliatis nudis, caulinis amplexicaulibus, inferioribus et radicalibus pinnatifidis, floribus glomeratis capitatis, calycinis squamis ovato-lanceolatis adpressis. WILLD. *Carduus rivularis*. JACQ. *Austr. t. 91.*

Caulis superne nudus, subtomentosus. Folia subtus pallida. Flores purpurei, raro solitarii. Leopoli in pratis humidis circa Krzywezyce. Cracoviae in pratis humidis in-

ter hortum botanicum et Grzeguski. Circa Duklam. E. C. Floret Junio, Julio.

982. *C. tataricus* foliis amplexicaulibus oblongo-lanceolatis dentatis, ciliato-spinosis; (radicalibus subpinnatifidis), pedunculis elongatis) unifloris, calycibus bracteatis, (bracteis lanceolatis), squamis lanceolatis spinosis. WILLD. *Carduus tataricus* JACQ. *Austr. t. 90.*
Flores ochroleuci. Cracoviae cum praecedente. Floret Julio.

983. *C. oleraceus* foliis amplexicaulibus cordatis pinnatifidis ciliato-serratis (nudis), floribus terminalibus, subracemosis bracteatis, bracteis subcoloratis ovatis, calycinis squamis lanceolatis. WILLD. *Flor. Dan. t. 360.*

Flores ochroleuci, ante anthesin subcapitati, bracteis magnis, concavis, albidis obvallati. In pratis humidis, umbrosisque; ad fossas. Floret Julio, Augusto.

984. *C. Erisithales* foliis amplexicaulibus pinnatifidis aristato-serratis, pedunculis cernuis, calycibus glutinosis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 310.*

Foliorum lacinae lanceolatae, trinerves, nervis lateralibus minoribus. Flores ochroleuci, disco convexo longiore, in pedunculis longis, solitarii, aut bini bracteis parvis suffulti. Leopoli in fruticosis prope Zychow,
H 2

inter Sknilow et Nawaria. Prope Uszkowice Circ. Brzez: Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

985. *C. setosus* foliis oblongis glabris serrulatis setaceo-ciliatis obtusis mucronatis, caule corymboso, (calycibus ovatis spinulosis). WILLD. (sub *Serratula*.) *

Folia inferiora sinuato-dentata. Flores purpurascenti-lilacei. Inter segetes vulgaris. Floret Julio, Augusto.

986. *C. arvensis* foliis subsessilibus pinnatifidis (squarroso)-spinosis, caule paniculato, calycibus ovatis spinulosis. HOFFM. *Serratula arvensis*. WILLD. *Flor. Dan.* t. 644.

Carduus arvensis. *Curt. fasc.* 6. t. 57. Flores purpurascenti-lilacei, raro albi. Inter segetes. Floret Julio, Augusto.

CCCLIX. SERRATULA, Smith.

987. *S. tinctoria* foliis (argute) serratis (sub)ciliatis, lyrato-pinnatifidis, lobo terminali maximo, flosculis uniformibus, pappo scabriusculo. SMITH. WILLD.

Folia forma variant: inferiora saepe integra et superiora incisa, rarius omnia inte-

*) Eodem jure, quo *Serratula arvensis*, in hoc genere locum occupat.

gra. Flores corymbosi, purpurei. In pratis humidiusculis, montanis, sylvaticis. Leopoli infra Krzywczyce et circa Sokolniki. Cracoviae. Circa Duklam. E. C. Floret Julio, Augusto.

CCCLVI. ONOPORDUM. Linne.

988. *O. Acanthium* calycibus squarrosis, spinis patentibus subnatis, foliis ovato-oblongis sinuatis, utrinque (arachnoideo)-lanatis. SMITH. WILLD. *Curt. fasc.* 5. t. 57. *Flor. Dan.* t. 909.

Planta quinquepedalis, canescenti-virens. Caulis alis rectis, ad calycem usque excurrentibus. Flores purpurei. Variat caule multo humiliore simplicioreque et alis undulatis. In ruderatis ad vias frequens. Floret Julio Augusto.

CCCLV. CARLINA. Tournefort.

989. *C. acaulis* caule unifloro, (flore breviori), foliis pinnatifidis nudis, pinnis incisedentatis spinosis. WILLD.

Flos ut in sequente. In collibus apicis circa Rybaki. Cracoviae et in montibus carpathicis. Floret Julio - Septembri.

990. *C. simplex* caulibus unifloris, flore multo longioribus, foliis profundissime pinnatifidis squarrosis). WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung.* II. p. 164, t. 152. *C. aggregata*.

WILLD. *C. simplex et aggregata*. PERS.
Syn.

Radix in solo fertiliori multiceps, caules 2—4 protrudens, qualis mihi unica vice occurrit; plerumque caules solitarii, pedales, et altiores, profunde purpurei, lana arachnoidea, evanida vestiti. Flos terminalis, solitarius, speciosus, 1 1/2 — 2 pollices diametro aequans. Calyx spinis copiosissimis horridus; intima series squamarum, radium aemulans, extus basi profunde purpurea, intus albida nitida. Discus planus, flosculis hermaphroditis tubulosis, quinquedentatis, flavescentibus, antherarum tubo atro-purpureo. Leopoli inter frutices extra Sokolniki, Bogdanowkam, in sylva inter Stawki et Lelechowska. An *C. caulescens* Lam. Encycl. Method. hujus loci? Nam *C. acaulis*, etiam in hortis culta, manet constanter terrae appressa, caule flore non longiore. Floret Julio — Septembri.

991. *C. vulgaris* caule submultifloro, foliis lanceolatis dentatis spinosis, radio ochroleuco. B. WILLD.

Flosculi contrales atro-purpurei. Duas distingo varietates. In collibus apricis demissis frequens occurrit caule pedali, purpurascens, ramis paucis ipso altioribus a. nullis et foliis subtus arachnoideo-lanatis, argute dentatis, spinosis, spinis parvis, alternis minoribus: alteram varietatem caule ramosissimo, fere pyramidalis, multifloro (*C.*

polycephalos Scheuchzeri) aut simplici, bipollicari, unifloro et foliis nudis, confertis, pinnatifido-dentatis, dentium spinis longioribus, divergentibus in montibus carpathicis circa Makow et montem Babia Góra vidimus. Floret Augusto, Septembri.

CCCLI. CACALIA. Linne.

992. *C. Petasites*, caule herbaceo, foliis petiolatis cordatis dentatis, subtus incanis, petiolis basi auriculatis, corymbis fastigiatis, calycibus subquinquefloris. *C. albifrons*

WILLD. *C. tomentosa* JACO. Austr. t. 235.

Flores et calyces purpurascens. Folia maxima reniformi-cordata. In montibus carpathicis DIK.

CCCLIV. BIDENS. Linne.

993. *B. tripartita*, foliis trifidis, calycibus basi foliosis, (floribus discoideis), seminum aristis erectis subternis. SMITH. WILLD. Curt. Lond. fasc. 4. t. 57.

Folia forma variant. Lacinia media saepius trifida. Flores flavi. In inundatis, ad fossas frequens. Floret Augusto, Septembri.

994. *B. cernua* foliis lanceolatis serratis, floribus cernuis basi foliosis, seminum aristis erectis subquaternis. SMITH. var. α et β WILLD. var. α et γ .

Folia in petiolos attenuata, subconnata. Flores discoidei in var. α Willd. et Smith.

Curt. Lond. fasc. 3 t. 55; radiati in var. β .
Smith et Willd. *Coreopsis Bidens* L. Flor.
Dan. t. 841. In inundatis fossisque; ad vias.
Floret Augusto, Septembri.

CCCLII. EUPATORIUM. Tournefort.

995. *E. cannabinum*, foliis digitatis. L.
WILLD. Flor. Dan. t. 745.

Caules erecti, tripedales et ultra. Folia
opposita, triquinquepartita, laciniis lanceo-
latis, serratis. Corymbus terminalis, dilute
purpureus, raro albus. Flosculi quinque-
sex in singulo anthodio. Ad fossas, agge-
res stagnorum, rivulorum. Variat foliis o-
vatis, acutis, simplicibus. Varietatem circa
Duklam legit. E. C. Floret Julio, Septembri.

CCCLIII. CHRYSOCOMA. Linné.

996. *C. Linosyris*, herbacea, foliis li-
nearibus glabris, calycibus laxis. WILLD.

Caules stricti, corymbo terminali. Flo-
res aurei. In montibus carpathicis DZK. Cir-
ca Zaleszczyki DF.

Polygamia superflua.

CCCLXI. TANACETUM. Schreber.

997. *T. vulgare* foliis bipinnatifidis, in-
ciso-serratis nudis. SMITH. WILLD. Flor.
Dan. t. 871.

Caules bi-tripedales, foliis alternis. Co-
rymbus terminalis. Flores flavi. Ad sepes,
vias. Floret Augusto, Septembri.

CCCLXIII. ARTEMISIA. Linné.

* Foliis pinnato-multifidis.

998. *A. campestris*; foliis multifidis,
linearibus, caulibus procumbentibus virgatis.
SMITH. WILLD.

Tota planta glabra. Lacinae foliorum
vix dimidiam lineam latae. Flores racemosi,
cernui, secundi, ut in pluribus speciebus
hujus generis, ovati. Flosculi brunescenti-
purpurei. In collibus apricis, ad vias. Flo-
ret Augusto, Septembri.

999. *A. austriaca*, foliis incano-sericeis,
inferioribus pinnatis, pinnis tripartitis linea-
ribus, ramis tripartitis simplicibusque, cau-
le erecto paniculato, floribus pedunculatis
subrotandis nutantibus. WILLD. JACQ. Austr.
t. 100.

Folia primaria integra. Foliorum laci-
niae angustissimae, planae, glauco-sericeae.
Circa Zaleszczyki DF.

1000. *A. Absinthium* foliis multipartitis
incanis, (laciniis lanceolatis obtusis), flori-
bus hemisphaericis pendulis, receptaculo pi-
loso. SMITH. WILLD.

Flosculi flavi. Folia radicalia triplica-
to-pinnatifida; caulina bipinnatifida, floralia
indivisa. Ad vias, sepes, pagosque; in ru-
deratis. Floret Augusto, Septembri.

1001. *A. vulgaris* foliis pinnatifidis pla-
nis incis: subtus (albo-)tomentosis, race-

mis (sub)simplicibus, floribus ovatis, receptaculo nudo. WILLD. *Flor. Dan. t.* 1173.

Foliorum laciniae atro virides vel lanceolatae, acutae, inciso-dentatae vel linearilanceolatae, elongatae, acutae, subincisae. Summa simplicia. Racemi simplices et compositi. Flores suberecti, tomentosi. Calycum squamae ellipticae membranaceae, nervo viridi, plus minusve arachnoideo-tomentosae. Flosculi brunnescenti-purpurei; radii quinque; disci octo-duodecim. In sepibus ruderatis; ad vias. Floret Julio, Augusto.

** *Foliis integris.*

1002. *A. Dracunculus* foliis glabris, utrinque attenuatis, floribus subrotundis pedunculatis cernuis. B. WILLD.

Florum, nequaquam erectorum, disci lutei. Folia inferiora saepe bi-trifida. Circa Duklam E. C. Floret Augusto, Septembri.

CCCXXII. GNAPHALIUM. Schreber.

* *Chrysocoma.*

1003. *G. arenarium* herbaceum, foliis incanis tomentosis obtusis, radicalibus spatulato-lanceolatis, caulinis linearilanceolatis, corymbo composito. WILLD. *Flor. Dan. t.* 641.

Caulis simplicissimi. Calycum squamae citrini coloris. Discus floris luteus. Leopoli in collibus arenosis extra suburbium Jano-

viense. Circa Zaleszczyki. DF. Circa Rybaki Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

** *Argyrocoma.*

1004. *G. luteo-album*, herbaceum, foliis semiamplexicaulibus linearilanceolatis subrepandis utrinque tomentosis, inferioribus obtusis, superioribus acutis, corymbo glomerato. WILLD.

Caulis diffusi, adscendentes. Folia superiora breviora et latiora. Calycis squamae oblongae, pallide stramineae. Flosculi pauci hermaphroditi centrales; reliqui foeminei omnes fertiles. Pappus simplex. — Variat caule unico, stricto, cum foliis angustioribus, lanato. In suburbii Oppidi Jaworow versus Krakowiec siti locis humidis ad viam. Varietas in campis arenosis humidis extra Podgorze versus Mogilany ad viam. Floret Augusto, Septembri.

1005. *G. dioicum* sarmentis procumbentibus, caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, floribus dioicis. SMITH, WILLD.

Folia incana, radicalia spatulata. Calycinae squamae coloratae: inferiores elongatae, obtusae, coloratae: masculorum florum plerumque albae; foemineorum magis oblongorum roseae. Pappus masculis apice incrassatus, simplex (plumosus CL. SMITHIO) niveus; in foemineis simplex, scaber. In collibus apricis vulgaris. Floret Majo, Junio.

*** *Filaginoidea*.

1006. *G. sylvaticum*, caule herbaceo simplicissimo erecto, foliis lanceolatis (triplinerviis) utrinque attenuatis, lanatis, floribus terminalibus axillaribusque sessilibus spicatis, (squamis calycinis apice nigricantibus. *WILLD. Flor. Dan. t. 254.*

Folia supra minus lanata, quam subtus, tres quinque lineas lata. Spica brevis. In monte Babia Góra. In montibus carpathicis *DIK.* Floret Augusto, Septembri.

1007. *G. rectum* caule herbaceo erecto simplici, foliis lineari-lanceolatis, (supra denudatis), subtus sericeis, floribus terminalibus et axillaribus sessilibus spicatis, (squamis calycinis, apice spadiceis). *WILLD.*

Spica elongata, basi ramosa. Folia non triplinervia, duas lineas circiter lata. Variat tamen foliis infimis lanceolatis, petioliis subtriplinerviis. In sylvaticis frequens. Varietatem prope Duklam legit *E. C.* Floret Julio — Septembri.

1008. *G. supinum* caule herbaceo simplici, (florente) decumbente, foliis linearibus acutis tomentosis, floribus subcapitatis. *WILLD.*

Folia caespitosa. Cauliculi uni-bipollicares, decumbentes, fructiferi erecti, floribus terminalibus et axillaribus, paucis, spicato-capitatis. Squamae calycinae subpubescentes,

tes, dorso virides, margine et apice fuscae. In summitate montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

1009. *G. uliginosum*, caule herbaceo ramoso diffuso lanato, foliis lineari-lanceolatis, (basi angustatis, (mucronatis) tomentosis, floribus terminalibus congestis. *WILLD. Flor. Dan. t. 859.*

Squamae calycinae lanceolatae, acutae, fusco-citrinae. In humidis, arenosis inundatis. Floret Augusto, Septembri.

1010. *G. germanicum* herbaceum, caule erecto, superne dichotomo, foliis lineari-lanceolatis tomentosis acutis, floribus globoso-capitatis alaribus terminalibusque. *WILLD. Filago germanica. Flor. Dan. t. 997.*

Caulis erectus, quandoque trichotomus. Folia undulata. Calyces fere angulati, foliolis pungentibus. Flores citrino-spadicei. Flores hermaphroditi abortiunt frequenter. Alia specimina caulem habent minus erectum, folia lanceolata, mucronata et calycum juniorum foliola apice fulvo-rubra. Caeterum non differunt a reliquis. In arvis glareosis montium carpathicorum *DZK.* Cracoviae in valle Oycow. *E. C.* Floret Augusto — Octobri.

1011. *G. arvense* herbaceum, caule erecto paniculato, foliis oblongo-lanceolatis lanu-

ginosis, floribus congestis lateralibus terminalibusque tomentosis. WILLD. *Filago arvensis*. L.

Tota planta ob tomentum albida. Caulis basi simplex, ramosissimus, ramis strictis. Flores saepe pedicellati, racemosi potius, quam glomerati. Flosculi hermaphroditici saepe abortiunt. In arvis. Floret Julio, Augusto.

1012. *G. montanum* herbaceum, caule erecto, (superne) subdichotomo, foliis linearilanceolatis adpressis tomentosis, floribus confertis alaribus terminalibusque. WILLD. *Filago montana* L.

Ex radice saepe caules plures, ex decumbenti-erecti, simplices, superne dichotomo-paniculati. Flores flavescens, calycis foliolis muticis. In collibus arenosis legit P. Schk.

CCCLXXI. ERIGERON. Linne.

1013. *E. canadense* caule hirsuto, floribusque paniculatis, foliis lanceolatis, (superioribus ciliatis), inferioribus dentatis. SMITH. WILLD.

Flosculi albidus. In arvis ruderatisque vulgatissima. Floret Augusto, Septembri. *)

*) Icon. Flor. Dan. 292. a Cl. WILDENOVIO huc et inferius altera vice ad *E. uniflorum* citata, a Cl. SMITHIO vero ad *E. alpinum* ducitur.

1014. *E. acre* caule racemoso, pedunculis subunifloris, foliis lanceolato-lingulatis sessilibus. SMITH. WILLD.

Flosculi radii caerulescentes, disco purpurascens. In pascuis glareosis, in muris vetustis. In aggeribus siccis Cracoviae. Floret aestate.

CCLXXVI. TUSSILAGO. Linne.

1015. *T. alpina* scapo unifloro subnudo, (flore discoideo), foliis cordato-orbiculatis crenato (dentatis), utrinque virentibus. L. WILLD. JACQ. *Austr. t. 246.*

Scapus bractea una, alterave ventricosa, apice foliacea, stipatus. Folia juniora et stolonos tomentosi. Flos carneopurpurascens. In montibus carpathicis DIK. DF. In latere occidentali montis Babia Góra. Floret Junio — Septembri.

1016. *T. Farfara* scapo unifloro squamoso, (flore radiante), foliis cordatis angulatis dentatis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 60. Flor. Dan. t. 595.*

Folia juniora, et saepe adhuc adulta subtus albo-tomentosa. Squamae scapi purpurascens. Corollae flavae. In umbris humidis calcareis, argillaceisque. Floret Martio, Aprili.

1017. *T. alba* thyrsis fastigiato, floribus discoideis, foliis orbiculato-cordatis leviter

sinuatis argute dentatis, subtus albido-tomentosis. B. WILLD.

Scapi b. acteis oblongis instructi, qualibusque et pedunculi suffulti sunt, arachnoideo-tomentosi. Pedunculi inferiores superiores subaequant, quandoque biflori; reliqui uniflori. Flosculi alvidi, plurimi hermaphroditi, pauci foeminei. Folia reniformi-orbiculata, basi cordata, dentibus longe mucronatis. Radix extus rubra, in superficie terrae longelateque repit, subtus fibris validis se firmans. In sylva inter Labowa et Krynica ad abrupta argillacea, viamque. Circa Duklam copiosam vidit E. C. Floret Aprili.

1018. *T. Petasites* thyrso oblongo, floribus discoideis, foliis cordatis amplissimis sinuato-denticulatis, subtus cinereo-tomentosis, lobis baseos approximatis. B. WILLD.

♀ *Hermaphrodita*. *T. Petasites* thyrso ovato, flosculis omnibus fere syngenesiis. SMITH. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 59. Flor. Dan. t. 842.*

Scapus spithamaeus. Pedunculi simplices. Calyces purpurascens, flosculis carnis. Antherae cohaerentes. Leopoli in Wolka ad marginem rivuli et Cracoviae in valle Oycow.

♀ *Foemina*. *T. hybrida* thyrso oblongo, flosculis foemineis plurimis; hermaphroditis paucissimis, antheris discretis. SMITH.

Scapus sesqui-bipedalis. Thyrsus elongatus cylindraceus. Pedunculi divisi. Calyces viridescens. Flosculi foeminei alvidi, hermaphroditi purpurei. Antherae liberae vel levissime cohaerentes. In valle Oycow frequentissima, ubi mixtim crescit cum praecedente. Ambo sexus solum esse diversi, videtur inde quoque patere, quod prioris thyrsi steriles marcescant, cum hujus omnes fere flosculi fertiles sint. Floret Junio Maji.

CCCLXXV. SENECIO. Linae.

* *Floribus flosculosis.* *

1019. *S. vulgaris* floribus radio destitutis sparsis, foliis pinnato-sinuatis, (superioribus) amplexicaulibus dentatis. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 61. Flor. Dan. t. 513.*

Caulis paniculatus. Folia inferiora in petiolum attenuata. Flores sparsi. Calyculi foliola lanceolato-acuminata, laxa, integra, calycis autem apice tantum nigra. Flosculi flavi, omnes hermaphroditi. Pappus scaber. Semina sulcata, pubescentia, pallida. In ruderatis cultisque. Floret a primo vere in serum autumnum usque.

** *Floribus radiatis, radio statim revoluta.*

1020. *S. viscosus*, radio revoluta, foliis pinnatifidis viscidis, calyculis laxis perianthio subaequalibus, caule ramosissimo patulo. SMITH. WILLD.

Planta tota viscido-pubescentis, 1 — 2 pedalis. Foliorum pinnae dentato-incisae, obtusae. Calyces cylindrici, squamis baseos linearibus, laxis, longitudine variantibus. Flores aurei. Sēmina lineari-lanceolata, badia, glabra, sulcata. In ruderatis et muris vetustis Cracoviae frequens. Floret Julio — Septembri.

1021. *S. sylvaticus* radio revoluto, foliis pinnatifidis denticulatis, (calyculo brevissimo), caule corymboso erecto. WILLD. *Flor. Dan.* t. 869.

Caulis et folia subpilosa, parum viscida. Foliorum pinnae sinuato-acute angulatae. Calyces tenuissime pubescentes, graciles, striati, foliolis apice non sphacelosis; calyculi squamis linearibus, minimis, adpressis, parum nigris. Radius minimus, aureus. Sēmina lineari-lanceolata, badia, striata, pubescentia, pilis adpressis. In sylvis ad pedem montis Babia Góra. Circa Krynica. Floret Augusto — Octobri.

Varietatem radio destitutam legit circa Duklam E. C. quae magnam ad *S. vulgarem* colit affinitatem. Floret Augusto, Octobri.

*** *Floribus radiatis, radio patente.*
† *Foliis divisis.*

S. vernalis radio patente, foliis pinnatifidis dilatatis, denticulatis crispis, (superioribus) amplexicaulibus. HOFFM. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung.* t. p. 23. t. 24.

Tota planta piloso-lanata. Caulis 1 — 1 1/2 pedalis. Folia fere *S. vulgaris*, sed latiora, pinnis rotundatis. Calycis glabri, calyculique parvi, adpressi, foliola apice nigra. Flores aurei. Variat caule foliisque nudis. Leopoli in argillosis, ad vias, in ruderatis frequens. Varietatem legit circa Zaleszczyki. DF. Floret Majo.

1023. *S. tenuifolius*, radio patente, foliis pinnatifidis subrevolutis, subtus pallidioribus pubescentibus, caule erecto corymboso sublanato. HOFFM. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 278.

Foliorum pinnae incisae, saepe pinnatifidae, lineares, acutae, nervo subtus prominente. Flores aurei. Foliola calycis apice decolores. In latere occidentali et septentrionali collis versus Occidentem: pagi Krzywozyce siti. Floret Julio, Augusto.

1024. *S. Jacobaea*, radio patente, foliis lyrato-bipinnatifidis divaricatis dentatis obtusis glabris, caule erecto. HOFFM. WILLD.

Folia infima saepe ovata, crenata, denticulata. Foliola calycina et calyculi apice nigra. Flores aurei. Radius magnitudine variat. Cautè distinguendus a *S. aquatico*, in quo semina glaberrima; huic autem pilosa. Reliqui characteres magis vagi. Major in sylvaticis. In pascuis, collibus, ad vias. Floret Julio, Augusto.

†† *Foliis integris.*

1025. *S. paludosus* corollis radiantibus, foliis semiamplexicaulibus (lineari)-lanceolatis argute serratis, subtus subvillosis, corymbo terminali, caule stricto. WILLD. *Flor. Dan. t. 385.*

Folia supra nitida, glabra. Pedunculi corymbi valde bracteati, patentes. Calyculi foliola ultra dimidium calycis aequantia. Flores aurei. In pratis humidis, fruticulosus, inter Krzywczyce et Laszki. Circa Zaleszczyki DF. Floret Julio.

1026. *S. ovatus* corollis radiantibus (subquinis), foliis ovato-lanceolatis argute serratis utrinque glabris subsessilibus. WILLD. *Jacobaea ovata Flor. d. Wett. 3. p. 212. S. nemorensis. JACQ. Austr. t. 184.**

Caulis purpureus in lapidosis siccis; viridis, dum in fruticosis crevit. Folia superiora subpetiolata. Calyces glabri; calyculi foliola lineari-subulata, laxa. Flores aurei, radii quatuor-sex, calyce quadruplo longiores. Leopoli in fruticosis frequens. Circa Duklam. E. C. Caule purpureo in pago Szkarwice Circ. Misl. Floret Augusto, Septembri-

*) Nomen Florae Wetteraviensis retinui, quoniam *S. nemorensis* Jacq. a Linneano hujus nominis est diversus.

1027. *S. saracenicus* corollis radiantibus octonis, foliis oblongo-lanceolatis argute dentatis subsessilibus glabriusculis. B. WILLD. JACQ. *Austr. t. 186.*

Folia angusta dura. Corymbus fastigiatus vix folia excedens. Calyces pubescentes, calyculi foliola laxa. Flores aurei, radio vix calyce duplo longiore. In fruticosis Cracoviae. Floret Julio, Augusto.

1028. *S. Doria* radiis subquinis, foliis oblongis subamplexicaulibus denticulatis glaberrimis glaucis nebulosis pinguibus, corymbo fastigiato, radice praemorsa, phyllis subcarnosis. VEST. MAK. WILLD. JACQ. *Austr. t. 185.*

Foliis pinguibus, carnosus facile dignoscendus. Flores aurei. Calyculi foliola patula. Circa Zaleszczyki DF.

1029. *S. umbrosus* (grandifolius) corollis radiantibus, foliis (subcoriaceis) dentatis, inferioribus ovatis, in petiolum decurrentibus, superioribus cordato-oblongis, amplexicaulibus. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. III. f. 232. t. 210.*

Radix subpraemorsa, brevis, fibrosa, perennis. Caulis tri-quinquepedalis, sulcato-angulatus, erectus, simplex, firmus, foliosus, purpurascens, pilis raris, intricatis, albis tomentosus; adultior denudatur aequae ac folia

crassiuscula, coriacea, tomento arachnoideo tecta, subtus et margine scabriuscula, pilis brevissimis adpressis adpersa. Radialia pedalia et ultra, quatuor-sex pollices lata, ovato-oblonga in petiolum late membranaceum lente attenuata, apice obtusa; caulina basi eordata, semiamplexicaulia, proportionatim magnitudine decrescentia, et magis acuta; omnia margine (juniorum revoluta) denticulata, more trium praecedentium, denticulis simplicibus aut duplicatis, apice cartilagineis; exceptis summis integerrimis cordato-lanceolatis. Corymbus compositus, fastigiatus, magnus; bractea foliacea, cordato-lanceolata, reflexa, plerumque stipitata. Pedunculi bracteolati, foliolis lineari-subulatis. Calyces cylindrici, glaberrimi: juniores cum pedunculis tomento arachnoideo involuti, squamis lanceolatis, brevibus, adpressis calyculatus. Flos radiatus, aureus. Radii octo, oblongi, tres lineas longi, unam latum, apice crenis tribus minimis. Discus dimidio altior calyce. Flosculi gentis. Pappus simplex, capillaris. Semina spadicea, exteriora convexa, angulosa, media teretia, omnia sulcata, sursum annulo albo-terminata. Leopoli cum *S. tenuifolio* copiosus. Floret Julio, Augusto.

CCCLXXIII. ASTER. Linne.

1030. *A. Amellus* foliis (obovato)-lanceolatis trinerviis integris scabris, pedunculis nudiusculis corymbosis, squamis caly-

cinis obtusis. (interioribus apice coloratis.)
HOFFM. WILLD. JACQ. *Austr. t. 425.*

Radius speciosus, caeruleus, disco aureo. Leopoli cum *Cnico pannonico*. In sylva inter Janow et Sklo ad viam. Floret Augusto, Septembri.

CCCLXXII. SOLIDAGO. Linne.

1031. *S. Virgaurea* caule erecto tereti, superne ramoso et pubescente, foliis caulinis lanceolatis, utrinque attenuatis serratis, inferioribus ellipticis pilosiusculis, racemis erectis, ligulis elongatis. WILLD.

Caulis 2-3 pedalis, purpurascens, terminatus racemo recto, composito, folioso. Folia rigidula, margine scabra. Floret aestate.

Variat foliis integerrimis et laevibus. In fruticosis, dumetis. Floret Julio — Septembri.

1032. *S. alpestris*, caule erecto glabro, foliis elliptico-lanceolatis, inferioribus serratis, racemis erectis coarctatis folio brevioribus, ligulis elongatis. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. III. p. 230. t. 203.* WILLD.

Caulis angulati, 2-5 pollicares nobis. Pedunculi pubescentes, simplices aut parum ramosi; propriis flore brevioribus. Flores aurei — *S. Virgaureae* varietas alpina Willd. videtur hujus esse loci. In summitate montis Babia Góra. Floret Augusto, Septembri.

CCCLXXIV. CINERARIA. Linne.

1033. *C. sibirica*, racemo simplici, foliis hastato-cordatis obtusis denticulatis, caule simplicissimo parum folioso. B. WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. III. p. 15. t. 16.*

Radix comosa, fibris petiolorum perstantibus. Caulis bi-tripedalis, teres, sulcatus, glaber; inferne cum foliis petiolatis duobus, tribusve, radicalibus conformibus, in superiore parte bracteis lanceolatis, dentatis, semiamplexicaulibus, inferioribus apice foliaceis, vestitus. Folia caulina inferiora, praecipua radicalia, longissime petiolata, petiolis basi dilatatis, vaginantibus, leviter purascentibus, saepe pedalis; ambitu parabolam referentia, basi cordata, lobis prolongatis, petiolum versus rotundatis, apice subtruncatis; hinc folia hastato-cordata formantur, iis *Calthae palustris* non dissimilia. Caulem terminat racemus, 3—6 pollicum. Pedunculi horizontaliter patentes, calyces superantes, leviter tomentosi. Bractea ad basin singuli pedunculi lanceolata, florem subaequans, membranacea, scariosa. Calyces glabri, basi cylindrici, apicem versus ampliores, foliolis 8—10 oblongis, dorso viridibus, margine membranaceo, spadiceo auctis constantes. Flores lutei, radiati, flosculis radii novem, ligula oblonga, apice tridentata, flosculis disci duodecim circiter, tubo antherarum exserto. Pappus simplex, scaber.

ber. Semina oblonga, sulcata, fusca. In montibus carpathicis DZK.

1034. *C. palustris* floribus eorymbosis, foliis lato-lanceolatis dentato-sinuatis, caule villosa (foliosa) WILLD. *Flor. Dan. t. 573.* Caulis valde foliosus. Folia pubescenti-hirsuta, pilis articulatis, saepe dentato-undulata. Flores pallide flavi. Leopoli in inundatis, circa stagna sylvae Krzywczycensis rarior: copiosior in pago Srogi; ad marginem orientalem stagni Janowiensis. Floret Junio, Julio.

1035. *C. campestris* floribus corymbosis involucreatis, foliis radicalibus petiolatis ovatis oblongis obsolete denticulatis tomentosis, caulinis sessilibus linearibus. HOFEM. WILLD. *C. integrifolia campestris*. JACQ. *Austr. t. 180.*

Tota planta plus minusve lanuginosotomentosa. Flores fere umbellati, flavi. Habitat circa Zaleszczyki DF.

1036. *C. longifolia*, floribus umbellato-corymbosis, caule simplici, foliis subdentatis, radicalibus spathulatis, caulinis oblongolanceolatis. WILLD. JACQ. *Austr. t. 181.*

Flores aurei. Leopoli, in humidis inter Krzywczyce et Kamienopol. Floret Junio.

1037. *C. alpina* floribus corymbosis, foliis caulinis lyratis, pinna terminali maxima subcordata inciso-serrata, lateralibus cuneatis apice inciso-dentatis. B. Willd. *C. cordifolia auriculata*. Jacq. *Austr. t. 177.*

Folia radicalia cordata, obtusa, crenato-dentata; caulina lyrata, petiolis semimplexicaulibus, auriculatis. Flores aurei. In parte septentrionali montis Babia Góra. In montibus carpathicis DK. Floret Augusto, Septembri.

CCCLXX. INULA. Linne.

1038. *I. Helenium* foliis amplexicaulibus (basi cordatis) ovatis rugosis, subtus tomentosis, calycem squamis ovatis. Willd. *Flor. Dan. t. 728.*

Caules tri-quinquepedales. Flores magni, aurei. Leopoli circa pagum Krzywezyce in inundatis. Ad fossas Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

1039. *I. britannica* foliis amplexicaulibus (oblongo) lanceolatis, basi serratis, subtus (sub)villosis, caule corymboso villosa, ramis lateralibus apice longioribus, (squamis calycinis lanceolatis.) Willd. *Flor. Dan. t. 413.*

Folia caulisque pro ratione soli plus minusve villosa. Folia obtusiuscula, longitudine varia, modo lineari-lanceolata, acuta.

Calycis foliola autem constanter lanceolata, utrinque attenuata, infima majora, foliacea. Flores aurei. Huic valdopere affinis *I. dysenterica*; foliis tamen basi cordatis, amplexicaulibus, brevioribus, calycis foliolis setaceis, et radio brevioribus facile distinguenda. Ad vias, in locis inundatis. Floret Julio, Augusto.

1040. *I. Pulicaria* foliis amplexicaulibus undulatis, caule erecto ramosissimo piloso, floribus hemisphaericis, radio brevissimo. Smith. Willd. *Curt. Lond. fasc. 3. t. 57. Flor. Dan. t. 613.*

Flores obscure lutei. In pascuis humidis, pagis ad vias. Floret Julio, Augusto.

1041. *I. salicina* foliis lanceolatis recurvis serrato-scabris, ramis angulatis, floribus inferioribus altioribus. Willd. *Flor. Dan. t. 786.*

Folia subtus lucida; rarius plana, non recurva. Squamae calycinae foliaceae, oblongae, apice ovato-acuto foliaceo, saepe purpurascente, ciliato. Flores aurei. Leopoli in collinis horti jaculatorii et cum *Cnicoserratuloide*. Floret Julio, Augusto.

1042. *I. hirta* foliis sessilibus sublanceolatis recurvis subserrato-scabris, caule subirsuto subunifloro, squamis calycinis foliaceis lanceolatis ciliatis. Willd.

Flos speciosus aureus. Calycis foliolapilis rufis dense ciliata. Variat planta 1. hirsutic majore, minoreve; 2. foliis lineari-lanceolatis obtusiusculis et 3. foliis ovato-lanceolatis.

Leopoli cum *Cnic* serratuloide varietas 2 et 3. Cracoviae in rupibus inter Przegorzały et Bielany var. 2. Floret Julio, Augusto.

1043. *I. germanica* foliis sessilibus oblongis acutis integerrimis scabris, caule superne ramoso, floribus corymbosis. WILLD. JACQ. t. 134.

Folia basi amplexicaulia, oblongo-lanceolata. Flores parvi aurei. Calyces ventricosocylindrici, squamis latis, apice recurvis. In montibus carpathicis DZK.

1044. *I. ensifolia* foliis sparsis sessilibus lineari-lanceolatis nervosis glabris, margine scabris, caule subunifloro. JACQ. Austr. t. 162. WILLD.

Flores aurei. Folia angusta, linearia, acuta. Habitat Leopoli cum *Inula hirta*. Cracoviae. E. C. Floret Julio, Augusto.

CCCLXIX. ARNICA. Linne.

1045. *A. montana*, foliis ovatis integris, caulinis geminis oppositis. WILLD. Flor. Dan. t. 63.

Folia radicalia plura in stellam disposita, elliptico-ovata, utrinque attenuata, subtus nervosa, nervis quinque-septem, firma, nuda: caulina in petiolum attenuata, connata-

to-vaginantia. Caeterum caulis nudus, praeter foliolum unum alterumve parvum, solitarium. Flos speciosus, aureus. Radius magnus, ligulis oblongis, 5 — 8 lineas longis, e latis, nervosis, ex quo caractere etiam siccati in pharmacopolis cognoscendi, ubi saepe, praecipue hicce locorum, flores *Inulae britannicae* aut *farrago* omnium possibilium florum radiatorum luteorum sub hoc nomine servantur. In montibus carpathicis. DZK. In distantia milliaria a Bochnia versus Vistulam asserente D. Pharmacopaeo hujus loci.

CCCLXVIII. DORONICUM. Linne.

1046. *D. Scorpioides*, foliis remote denticulatis; superioribus (cordato) oblongis amplexicaulibus; inferioribus ovatis petiolatis, petiolis alatis auriculatis; radicalibus ovatis subcordatis petiolatis. WILLD.

Folia radicalia ovato-subrotunda; summa cordata acuta. Hirsuties variat. Flos aureus. In montibus carpathicis. DF. Floret Junio.

1047. *D. austriacum*, foliis denticulatis, summis lanceolatis amplexicaulibus, inferioribus cordato-ovatis, petiolis alatis auriculatis, radicalibus cordatis petiolatis. B. WILLD. JACQ. Austr. t. 130.

Calycis foliola discum non excedunt. Flores aurei. In sylva inter Labowa et Krynica. Floret Junio, Julio.

CCCLXIV. BELLIS Tournefort.

1048. *B. perennis* scapo nudo unifloro, foliis obovatis crenatis venosis, (radice repente). Willd. *Flor. Dan. t. 503. Curt. Lond. fasc. 1. t. 63.*

Radius albus, subtus plerumque rubicundus. Discus aureus. Habitat in pascuis, pratis. Floret toto fere anno.

CCCLXXVI. CHRYSANTHEMUM.

Schreb.

1049. *C. Leucanthemum* foliis caulinis semiamplexicaulibus oblongis obtusiusculis, basi inciso-dentatis, radicalibus spatulatis. B.

Radius magnus albus, discus aureus. Semina cylindrica mutica, sulcata, nigra, costis albis. Folia radicalia crenata vel serrata.

Varietas *vulgaris* *C. Leucanthemum*. Willd. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 62. Flor. Dan. t. 994.* Caulis ramosus, subnudus. Folia forma variantia: modo magis; modo minus incisa, dentibus plerumque acutis, raro obtusis. Calyx fere planus, squamis exterioribus margine tenui spadiceo; intimis lassisimo, membranaceo-scarioso, diaphano cinctis. In pratis, pascuis, ad vias. Floret Junio — Augusto.

Varietas *montana* *C. montanum* Willd. Caulis uniflorus, basi hirsutus. Folia cauli-

na angusta, basi minus incisa, pauciora. Calycis squamae fusco-marginatae, intimae margine angusto, membranaceo-scarioso. Flos minor. In montibus circa Krynica. Circa Zwierzyniec. Floret Augusto — Octobri.

Ob specimina a D. F. Christiani in montosis circa Dukla collecta, quae manifestissime medium inter utrumque tenent, has species, praeunte Cl. Gerardo, conjungo.

1050. *C. rotundifolium* foliis petiolatis; inferioribus subrotundis crenato-serratis, superioribus ovatis argute-serratis, caule unifloro. Willd. *Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. p. 262. t. 236.*

Radix repens fibrillata. Caulis glaber sicut et tota planta, basi teres, superne angulosus, striatus, purpureus, aut viridis, sesquipedalis. Folia radicalia cordato-subrotunda: inferiora caulina ovato-subrotunda, obtusa: media elliptico-ovata; superiora basi cuneata, acuta; hinc fere rhombea, summa lanceolata: omnia dentato-serrata, dentibus mucronatis; inferiorum rotundatis; superiorum acutis. Flos magnitudine *C. Leucanthemi vulgaris*. Calycis squamae margine fuscae; intimae membrana lata, scariosa, fusca cinctae. Radius floris albus, disco aureo. In montibus carpathicis. DIK.

CCCLXXVII. PYRETHRUM. Smith.

1051. *P. corymbosum* foliis bipinnatifidis, pinnis pinnatifidis argute serratis; sup-

riorum lanceolatis acutis, floribus corymbosis fastigiatis. B. WILLD. (excluso Synonymo Barrelieri) *) *Chrysanthemum corymbosum* JACQ. *Austr.* t. 379.

Caulis erectus, bipedalis, simplex. Foliolorum rachis alata; hinc folia pinnata dicenda non sunt: foliola inferiorum majora, latiora, magis distantia, cauliorum superiorum fere lineari-lanceolata, approximata. Radius albus, Discus flavus. In collibus sylvae inter Lelechowka et Stawki. Prope Uniow Circ. Zloczow: Cum *Cytiso Leucantho*. In valis Oycow elatis supra arcem. Floret Julio.

*) Barrelieri Icon. 781 comparata cum planta Jacquiniana inepte citatur qua varietas flore majore; differt enim non solum flore minore, sed corymbo inaequali, raro, patulo et foliorum pinnis oblongo-lanceolatis, obtusis, duplo fere latioribus. Majori cum jure adhuc posset Barrelieri Icon. 782 ut varietas major considerari, in qua radius et corymbus major est; at ob foliorum superiorum pinnae omnes decurrentes, lato-lanceolatas, inciso-dentatas, vix pinnatifidas, dentibus elongatis acutis squarrosas, aliaque tertiam constituit speciem. Omnes tres D. Schott in horto botanico colit; duas posteriores ex Italia obtinuit, et mox memoratis characteribus distinguit.

1052. *P. Parthenium* foliis petiolatis compositis planis: foliolis ovatis incis, pedunculis ramosis corymbosis, caule erecto SMITH. WILLD. *Matricaria Parthenium*. *Flor. Dan.* t. 674.

Folia pinnata aut bipinnatifida, laciniis dilatatis. Calyx scariosus, ut in *Chrysanthemis*, quibus adnumerat CL. HOFFMANNUS. Radius albus, calyce vix duplo longior. Discus flavus; at plerumque flores pleni: rariores radiati, disco nudo. Ad sepes, in cultis. Circ. Sanoc. E. C. Floret Julio, Augusto.

1053. *P. inodorum* foliis sessilibus pinnatis capillaceo-multifidis, caule ramoso patulo, corona seminum integra. SMITH. WILLD. *Chrysanthemum inodorum*. *Flor. Dan.* t. 696.

Caulis diffusus, ramosus, sed et simplex, erectus, superne parum ramosus. Radius albus, disco aureo. In arvis, ruderatisque. Floret Junio — Augusto.

CCCLXV. MATRICARIA. Linne.

1054. *M. Chamomilla* foliis bipinnatis, (foliolis linearibus multifidis), squamis calycinis obtusiusculis. WILLD. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 63.

Folia saturate viridia. Radius deorsum patens, retusus, apice tridentatus, albus. D s-

cus hemisphaerico - conicis, viridescenti-flavus. Inter segetes, in cultis Leopoli rarior. Circa Rzeszow frequentissima testante Pharmacopaeo Ed. de Hibl. Cracoviae sat frequens. Floret Junio, Julio.

CCCLXXXVIII. ANTHEMIS. Linne.

1055. *A. arvensis* receptaculis conicis, paleis lanceolatis (acutis carinatis), seminibus coronato-marginatis, foliis bipinnatis (fidis), laciniis lanceolato-linearibus. WILLD.

Folia subpilosa, cinereo-virentia, in solo pinguiori fere nuda. Caulis erectus aut procumbens, pedunculis, elongatis, nudis, erectis. Radius albus, discus aureus. In arvis. Floret Junio — Augusto.

1056. *A. Cotula* receptaculis conicis, paleis setaceis, seminibus nudis, foliis bipinnatis (fidis), foliolis subulatis tripartitis. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 61.*

Planta glabra, caule erecto, ramoso. Flores minores praecedentibus. Radius quoque albus, discus flavus. Semina obovato-oblonga, sulcata, tuberculato-scabra. Rhizotomae saepius hujus flores loco Chamomillae colligunt.

Leopoli in pagis Cholosko et Kleparow. Inter segetes hinc inde. In Mogilani, Podgorze Circ. Bochn. ad viam. Floret Julio — Septembri.

1057. *A. tinctoria* foliis bipinnatifidis (inciso) serratis, subtus pubescentibus, cau-

le erecto ramoso (corymboso), pappo membranaceo integerrimo. WILLD. *Flor. Dan. t. 741.*

Flores aurei. Leopoli in lapicidina prope hortum jaculatorium, et cum *Inula hirta*. Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

CCCLXXXVIII. ACHILLEA. Linne.

1058. *A. Ptarmica* foliis linearibus acuminatis aequaliter argute serratis glabris. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 5. t. 60. Flor. Dan. t. 643.*

Folia margine scaberrima. Flores albi, et corymbosi. In pascuis fruticosis, humidiusculis, inter Sknilow et Nawaria. In sylva inter Janow et Sklo ad viam. Floret Augusto, Septembri.

1059. *A. nobilis* foliis caulinis bipinnatifidis, laciniis linearibus subdentatis, rachi alata dentata, radicalibus triplicato-pinnatifidis, corymbo composito fastigiato. WILLD.

Tota planta pubescens. Caulis pedalis et ultra, ramosus, obsolete sulcato-angulatus, Folia caulina bipinnatifida, laciniis et dentibus racheos magis elongatis, linearibus, acutis, subfalcatis; ramea pinnatifida, laciniis adhuc magis distantibus, dentatis. Corymbi densi, floribus minoribus ac *A. Millefolii*. Calycis, aequae tenuissime pubescentis, foliola dorso carinata, lanceolata. Flosculi radii quini albi, ligula lata, obsolete tricrenata.

Antherae flavae. In montosis circa Duklam E. C. Floret Augusto. *)

1060. *A. distans* foliis bipinnatifidis, laciniis lanceolatis, rachique alata inciso-serratis, corymbis fastigiatis compositis. WILLD.

Achillea magna Allion. ped. t. 53. f. 1.

Caulis bi tripedalis. Folia pilosiuscula; radicalia triplicato-pinnatifida longissima, pinnulis ad rachin decussatis; caulinarum laciniarum latiores; ab racheos lacinulas intermixtas interrupte bipinnatifida apparent. Flores A. magnae albi aut rosei. Variat pinnis foliorum radicalium distantibus, nec pinnulis decussantibus. In montibus carpathicis DIK. In montosis Circ. Sanoc. E. C. Floret Augusto.

1061. *A. magna* foliis (inferioribus) tripinnatifidis, laciniis lanceolatis acutis, corymbis compositis fastigiatis, (rachis alata integra) WILLD.

Simillima sequenti, a qua differt caule tripedali, foliis radicalibus pedalis et lon-

*) Differt ab hac *A. crithmifolia* huic magis affinis, ac ex definitionum comparatione quisquam crederet, magnitudine et pubescentia majore, foliis rameis adhuc sic divisis uti caulina nostrae, floribus majoribus, calycibus magis villosis, squamis obtusioribus et bosculis radii profunde trilobis aut plane tripartitis.

gioribus triplicato-pinnatifidis, caulinis basi auriculis decussatis, superioribus solum bipinnatifidis, pilositate majore, corymbo maximo fastigiato, floribus majoribus. Rachis foliorum alata, integra, nec inciso-serrata ut in praecedente. Cracoviae prope Bielany. P. Floret Julio, Augusto.

1062. *A. Millefolium* foliis bipinnatifidis) glabriusculis, pinnarum laciniis linearibus dentatis, (rachis alata integra) WILLD.

Pro soli ratione glabra aut villosa, foliis planis aut pinnis ascendentibus imbricatis. Caulis teres, superne sulcatus, corymbosus. Flores albi aut rosei: occurrunt et utriusque coloris in eadem stirpe. — Specimen disco conico, elongato, calyce longiore possideo. In pratis pascuisque. Floret Junio — Septembri.

CCCLXXIX. BUPHTHALMUM. Linne.

1063. *B. cordifolium* foliis alternis, inferioribus petiolatis cordatis duplicato-serratis, superioribus sessilibus ovatis serratis, caulibus herbaceis. WILLD. WALDST. et KIT.

Pl. rar. Hung. II. p. 117. t. 101.

Planta speciosa, bi-quadripedalis, valde graveolens; in speciminibus exsiccatis odorem Iridis florentinae aemulans. Flores pauci, magni Inulae Helenii. Stylus bifidus, stigmatus clavatis. Antherae basi bisetae more Inularum. Leopoli in valle extra fontem martialem D. Kratter et vallibus amplioribus nonnullis sylvae Winicensis. In fruticosis Circ.

Brzezan: In montibus carpathicis. DZK, Floret Julio, Augusto.

Polygamia frustranea.

CCCLXXX. CENTAUREA. Linne.

1064. *C. phrygia* calycibus recurvato-plumosis, foliis (ovato)-oblongis indivisis scabris mucronato-serrulatis. WILLD.

Caulis erectus, sesquipedalis, sulcato-angulatus, scabriusculus; inferne simplex; superne corymbosus; saepe purpurascens. Folia caulina ovato-lanceolata, semiamplexicaulia; summa lanceolata, mucronata, superius scabriuscula, subtus ad costam et ad marginem scaberrima, qui modo integerrimus, modo denticulis mucronatis, majoribus minoribusve, approximatis aut remotis notatus est. Rami apice tumidi, foliosi, terminantur floribus solitariis. Calyces globosi fusco-nigri. Foliola infima terminantur squamula lanceolata, appressa, plumosa; media squamula nigra, ovato-acuminata, arista plumosa recurva, brunnea; suprema squamula subrotunda ciliato-plumosa; et intima squamula subrotundo-cochleata, spadiceo-fusca, scariosa, inciso-lacera. Radius magnus purpureus, corollulis profunde quinquefidis, laciniis linearibus, acutis. Leopoli in collibus fruticosis circa stagnum Palczynskianum et alibi. In sylva inter Labowa et Krynica. Circa Zaleszczyki DF. Circa Duklam E. C. Floret Augusto — Octobri.

1065. *C. austriaca* calycibus recurvato-

plumosis, foliis oblongo-lanceolatis scabris inaequaliter grosse dentatis. B. WILLD.

Affinis praecedenti; differt autem foliis inferioribus solum ovato-lanceolatis; superioribus oblongo-lanceolatis, inaequaliter inciso-dentatis, dentibus baseos profundioribus; supremis tamen integerrimis, calycibus magis ovatis, praecique versus basin pallentibus, aristis plumosis magis elongatis, reflexis; superioribus magis brunneis; squamis intimis quoque cochleatis, atro-fuscis, laceris. Radius purpureus. In fruticosis versus Biala. Floret Julio, Augusto.

1066. *C. mollis* calycibus serratis, foliis (oblongo)-lanceolatis semidecurrentibus denticulatis, subtus arachnoideo-lanatis, caulibus simplicissimis unifloris. WALDST. et KIT. III. p. 244. t. 219. *C. montana* Jacq. Fl. Austr. t. 371.

Squamae calycinae ovato-lanceolatae, margine nigro, serrato. Radius magnus cyaneus. Flosculi disci purpureo-violacei. In sylva prope Stawki versus furnos calcareos. Circ. Leop. Floret Junio.

A. C. stricta et *montana* L., ad quas accedit, differt radice latissime repente, foliis latioribus semidecurrentibus, subtus mollissime arachnoideo-lanatis; flore majore; caulibus unifloris et foliis denticulatis Waldst. et Kit. l. c. — Linneus ad Centauream suam montanam citat Iconem Bocconii, quae monstrat folia pinnatifido-dentata; superiora repando-

dentata, cauli fere adpressa, calyces minores quam in *C. molli*. — Quis lites componet? —

1067. *C. Cyanus* calycibus serratis, foliis linearibus sessilibus integerrimis, foliis infimis basi (sub)pinnatifidis WILLD.

Tota planta arachnoideo-tomentosa. Radius evaneus, flosculi disci purpureo-violacei. Variat radio albo, roseo, et atro-violaceo. Inter segetes. Floret Junio — Augusto.

1068. *C. paniculata* calycibus ciliatis, (squamis?) ovatis adpressis, foliis inferioribus bipinnatifidis, superioribus pinnatifidis, caule paniculato. WILLD. JACQ. *Austr. t. 320.*

Folia cinereo-viridescencia, potissimum deflexa. Calycum squamulae cum ciliis fuscae. Flores rosei. Variat in asperis caule unifloro. In collibus apricis frequens. Flor. Jul. — Aug.

1069. *C. coriacea* calycibus ciliatis glabris, foliis pinnatifidis scabris, laciniis oblongo-lanceolatis acutis; radicalium (ovato-lanceolatarum) summis basi subincisis WILLD. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 214.*

7. 195.
Folia coriacea, lucida, margina et ad costas potissimum scabra; radicalium foliola superiora basi postice inciso-pinnatifida; caulina (folia) superiora oblonga, basi tantum pinnatifida. Calycum squamae obtusae, latae,

ciliis pallentibus. Flores purpurei. In pratis, arvis. Floret Julio, Augusto.

1070. *C. Scabiosa* calycibus ciliatis (sub)pubescentibus, foliis pinnatifidis scabriusculis, laciniis (lineari)-lanceolatis acutis, radicalium inaequalibus, basi (sub)pinnatifidis. WILLD.

Folia margine et ad costas scabra; radicalia interrupte subbipinnatifida; caulina pinnatifida, laciniis angustis, linearibus, acutis. Calycum glabrorum aut villo arachnoideo-pubescentium squamae ovato-lanceolatae, acutae, apice margine et ciliis nigris. Radius purpureus, quadri-quinquefidus. In pratis arvisque Cracoviae. Circa Duklam et Circ. Sanoc. E. C. Floret Julio — Septembri.

1071. *C. nigrescens* calycibus ciliatis, squamis intimis scariosis laceris, foliis radicalibus saepe obsolete pinnatifidis, caulinis inferioribus ovato-lanceolatis petiolatis mucronato-serratis, superioribus integerrimis B. WILLD.

Folia radicalia saepe remote pinnatifida, laciniis lanceolatis, acutis; media maxima; caulina omnia in petiolos attenuata, serrulata. Calyces spadiceo-brunnei, ciliis inferiorum pallidis. Radius purpureus, magnus. In pratis, collinis. Floret Junio — Augusto.

1072. *C. Jacea* calycibus scariosis, squamis ovatis apice laceris, foliis oblongo-lanceolatis, radicalibus petiolatis subdentatis, caulinis sessilibus integerrimis, ramis angulatis. B. WILLD.

Folia oblonga, obtusiuscula, caulina fere semiamplexicaulia. Squamae calycinae lato margine scarioso; inferiorum diaphano, lacerosubciliato; superiorum, apice cochlearum, spadiceo donatae. Radius purpureus cum praecedente habitat et floret; at quidquam serius.

Polygamia necessaria.

CCCLXXXI. CALENDULA.

1073. *C. arvensis* seminibus cymbiformibus muricatis incurvatis, exterioribus lanceolato-subulatis, dorso muricatis. WILLD., Schkuhr. bot. Handb. 3. t. 265.

Planta spithamaea, pilosiuscula, foliis oblongo-lanceolatis; inferioribus basi attenuatis, superioribus semiamplexicaulibus. Flores parvi, lutei. In arvis circa Tyniec Cracov. E. C. Floret Julio, Augusto.

Polygamia segregata.

CCCLXXXII. ECHINOPS.

1074. *E. sphaerocephalus* foliis (sinuato) pinnatifidis (spinosis); superne pubescentibus, subtus incano-tomentosis. WILLD.

Caulis parum ramosus, erectus, striatus, tomentosus. Pedunculi elongati, uniflori. Flosculi albi. Semina coronata pilis flavis, hirta. Circa Jariczow, P. Schk. Circa Cracoviam. P. Floret Augusto, Septembri.

GYNANDRIA.

Monandria.

* *Orchideae calcaratae.*

CCCLXXXIII. ORCHIS. Calcar e basi labelli. Stylus crassus. Anthera terminalis adnata. WILLD.

** *Orchideae ecalcaratae.*

CCCLXXXIV. OPHRYS. Cor. subringens patens. Labellum e basi styli patens. Anthera terminalis adnata. WILLD.

CCCLXXXV. NEOTTIA. Cor. ringens. petalis exterioribus circa basin ventricosam connexis. Anthera stylo parallela postice inserta. WILLD.

CCCLXXXVI. EPIACTIS. Cor. erecto-patens. Anthera opercularis persistens. WILLD.

CCCLXXXVII. MALAXIS. Cor. patens resupinata. Anthera opercularis. WILLD.

Diandria.

CCCLXXXVIII. CYPRIPIIDIUM. Cor. tetrapetala. Labellum ventricoso-inflatum.

obliquum. Caps. trivalvis unilocularis polysperma. WILLD.

* *Orchides omnes Linneo et asseclis ejus.*
Hexandria.

CCCLXXXIX. ARISTOLOCHIA. Cal. nullus. Cor. monopetala, ligulata, basi ventricosa. Caps. sexlocularis, polysperma infera. WILLD.

Polyandria.

* *Nymphaea alba*, ob stamina germini inseria.

GYNANDRIA.

Monandria.

CCCLXXXIII. ORCHIS.

Cor. quinquepetala, petalo superiore fornicato. Labellum basi subtus calcaratum. Anthera terminalis adnata. SWARTZ.

* *Tubera globosa.*

1075. *O. bifolia* labello lineari integerrimo obtuso, cornu germine duplo longiore, foliis radicalibus binis oblongis, basi attenuatis. WILLD.

Folia caulina parva, sessilia, semiamplexicaulia, non vaginantia, pauca.

Var. α minor bracteis flore brevioribus
Curt. fasc. 6. t. 65. Haller helv. n. 1285. t. 35. f. 2.

Var. β . major bracteis flore longioribus, caule tripedali, foliis radicalibus maximis.

In fruticosis sylvaticis, floret Junio, Julio. Var. β cum *Dentaria bulbifera* legi. *)

1076. *O. cucullata* labello tripartito, laciniiis lateralibus filiformibus, intermedia linearis longiore, cornu adscendente germine breviori, petalis cucullato-conniventibus, caufe subnudo, foliis radicalibus geminis ovatis. WILLD.

Tubera subrotunda. Caulis 3 — 12 pollicaris, foliolo uno alterove lanceolato, acuminato, sessili instructus. Spica terminalis. Bractee lanceolato-subulatae, flores subaequantur. Flores rosei. Lacinia media labelli lateralibus duplo latior et una quinta longior. Cornu antorsum incurvum, quandoque in formam S. curvatum. In collibus sylvae inter Lelechowka et Stawki. Floret Julio.

*) Iconem Flor. Dan. 235. ad meam Orchidem nolo citare, labellum videns lanceolatum, petalis conforme et concolor, neque illis longius; nostrae autem labellum est lineare, obtusum, apicem versus parum incrassatum, viridescens, petalis longius. Anne solum varietas ejusdem speciei?

obliquum. Caps. trivalvis unilocularis polysperma. WILLD.

* *Orchides omnes Linneo et asseclis ejus.*
Hexandria.

CCCLXXXIX. ARISTOLOCHIA. Cal. nullus. Cor. monopetala, ligulata, basi ventricosa. Caps. sexlocularis, polysperma infera. WILLD.

Polyandria.

* *Nymphaea alba*, ob stamina germini inserta.

GYNANDRIA.

Monandria.

CCCLXXXIII. ORCHIS.

Cor. quinquepetala, petalo superiore fornicato. Labellum basi subtus calcaratum. Anthera terminalis adnata. SWARTZ.

* *Tubera globosa.*

1075. *O. bifolia* labello lineari integerrimo obtuso, cornu germine duplo longiore, foliis radicalibus binis oblongis, basi attenuatis. WILLD.

Folia caulina parva, sessilia, semisimplexicaulia, non vaginantia, pauca.

Var. α minor bracteis flore brevioribus
Curt. fasc. 6. t. 65. Haller helv. n. 1285. t. 35. f. 2.

Var. β . major bracteis flore longioribus, caule tripedali, foliis radicalibus maximis.

In fruticosis sylvaticis, floret Junio, Julio. Var. β cum *Dentaria bulbifera* legi. *)

1076. *O. cucullata* labello tripartito, laciniiis lateralibus filiformibus, intermedia linearis longiore, cornu adscendente germine breviori, petalis cucullato-conniventibus, caule subnudo, foliis radicalibus geminis ovatis. WILLD.

Tubera subrotunda. Caulis 3 — 12 pollicaris, foliolo uno alterove lanceolato, acuminato, sessili instructus. Spica terminalis. Bractee lanceolato-subulatae, flores subaequant. Flores rosei. Lacinia media labelli lateralibus duplo latior et una quinta longior. Cornu antrorsum incurvum, quandoque in formam S. curvatum. In collibus sylvae inter Lelechowka et Stawki. Floret Julio.

*) Iconem Flor. Dan. 235. ad meam Orchidem nolo citare, labellum videns lanceolatum, petalis conforme et concolor, neque illis longius; nostrae autem labellum est lineare, obtusum, apicem versus parum incrassatum, viridescens, petalis longius. Anne solum varietas ejusdem speciei?

1077. *O. globosa* nectarii labio resupinato trifido, (lacinia) media emarginata: cornu (germine duplo) brevior, petalis apice subulatis. *Syst. Veg. WILLD. JACQ. Austr. t. 265.*

Caulis foliosus. Folia vaginantia, oblonga, obtusa. Spica subrotunda. Flores rosei. In fruticosis Leopoli inter S. Sophiam-Wólka et Kulparkow. Floret Junio, Julio.

1078. *O. coriophora* nectarii labio trifido reflexo crenato; cornu brevi, petalis conniventibus. *L. JACQ. Austr. t. 122. WILLD. Haller. helv. n. 1284. t. 34.*

Flores cinices redolent. Petala obscure purpurea. Labellum basi viridescens, versus margines in brunneum vergens colorem. Semel petala alba, nervis viridibus vidi. Cornu germine vix dimidio brevius, eo minus triplo, neque labellum tripartitum uti CL. WILLDENOVIVS illud describit. In pratis collinis siccis, humidisque. Leopoli ad latus horti jaculatorii. Cracoviae inter Tonie et Trojadin. Floret Junio, Julio.

1079. *O. Morio* labello trilobo, (lobo) medio subemarginato, petalis adscendentibus obtusis, cornu obtuso adscendente, germine brevior. *WILLD. Curt. Lond. fusc. 3. t. 59. Flor. Dan. t. 253. Haller. helv. n. 1282. t. 33.*
Spica pauciflora. Petala lateralia nervis viridibus saepe, nec lege constante, quinque

pieta, carinata, conniventia, obtusa. Labellum lobo medio integro, emarginato aut bifido, pallide aut profunde purpureum, medio pallidius, punctis saturatioribus lineisque pictum. Cornu postrosum ascendens, modo conico-cylindraceum, modo complanatum truncatum. In collibus apricis Leopoli in latere N — O collium prope S. Adalbertum. Cracoviae supra Zwierzyniec. Floret Maio, Junio.

1080. *O. mascula* labello trilobo crenulato obtuso, lobo medio bifido, petalis acutis, exterioribus reflexis, cornu conico adscendente germinis longitudine. *WILLD. Curt. Lond. fusc. 2. t. 59. Flor. Dan. t. 457. Haller. helv. n. 1283. t. 33. f. 1.*

Folia maculata. Spica multiflora. Flores purpurei. Petala trinervia, acuta, reflexa. Cornu obtusum subemarginatum. Circa Zaleszczyki DF.

1081. *O. ustulata* labello tripartito, lacinis linearibus punctato-scabris, media bipartita, petalis erectis acutis, cornu uncinato germine triplo brevior, bracteis germinis subaequantibus. *WILLD. Flor. Dan. t. 103. Haller. helv. n. 1273. t. 28. f. 2.*

Florum spica albedo-rubra, apice sensim atro-purpurea. Lacinia media labelli productior. Petala distincta. Circa Zaleszczyki. D. F.

1082. *O. militaris* labello tripartito punctato-scabro, laciniis lateralibus linearibus, intermedia biloba obtusa, cum mucrone interjecto, petalis acutis conniventibus, cornu recto germine duplo brevior, bracteis obsoletis. WILLD. VAILL. *paris*. t. 31. f. 24.

Spica pauciflora, floribus speciosis. Petala magna, alba. Labellum roseum, lacinia intermedia, lateralibus duplo longiore, apicem versus latiore et in duos obliquetruncatos lobos fissa, interjecto denticulo. Leopoli rarissima. Cracoviae frequentior in pratis collinis, ad introitum vallis Oycow et alibi. Floret ad finem Maji, Junio.

* *Tubera palmata.*

1083. *O. incarnata* labello obsolete trilobo, lobo medio minimo, petalis acuminatis, binis exterioribus reflexis, cornu conico cylindraco germine subaequali, bracteis coloratis flores subaequantibus. B. WILLD.

Planta speciosa. Tubera oblonga, bifida. Spica florum oblonga, laxa, pallide purpurea, bracteis purpurascensibus. *O. latifoliae* similis; differt autem caule solido, foliis immaculatis, lineari-oblongis; inferioribus superne latioribus, obtusis. Petalis (non acutis) obtusiusculis, labelli lobis non distantibus, nec lateribus adeo reflexis et calcari longitudine fere germinis incurvo subemarginato. In fruticosis inter Zwierzyniec et Wola cum E. C. Floret Majo. 1084.

1084. *O. sambucina* labello leviter trilobo, lobo medio minimo, petalis obtusiusculis, exterioribus reflexis, cornu conico-cylindraco incurvo, bracteisque longitudine germinis. B. WILLD. JACQ. *Austr.* t. 108.

Praecedenti habitu et forma summo opere similis, differt potissimum petalis obtusioribus, apice compressis et floribus pallide flaventibus. Labellum quidquam intensius flavet, est ovatum, levissime trilobum, lobo medio minimo, integerrimo, nec emarginato, ad basin punctis et lineis purpureis variegatum. Hisce notis, defectuque odoris et tuberibus indivisis distinguenda foret ab ipsi simillima *O. pallente*, si forsitan inveniretur. Cum praecedenti crescit et floret.

1085. *O. latifolia* labello trilobo, lateralibus reflexo, lobo medio angustiore rotundato, petalis superioribus conniventibus, binis lateralibus demum reflexis, cornu conico germine brevior, caule fistuloso, spica oblongo-cylindrica. B. WILLD. *Haller helv.* n. 1279. t. 32. f. 2.

Flores purpurei, labello lineis et punctis saturatioribus picto. Folia ovato-lanceolata, acuta, potissimum maculis brunneo-sanguineis adspersa. In pratis humidis. Floret Majo, Junio.*

*) Iconem Flor. Dan. 266 omitto, cum P. II. K

1086. *O. maculata* labello trilobo planiusculo, lobo medio angustiore lanceolato, petalis superioribus conniventibus, binis lateralibus patentibus, cornu oblongo obtuso germine brevior, caule solido, spica conica. E. WILLD. *Haller. helv. n. 1278. t. 32. f. 1.*

Flores rosei aut albi, labello lineis et punctis varie picto; raro albi labio concolore, cornu roseo. In nemoribus et umbris humidis. Floret Junio, Julio.

1087. *O. conopsea* labello obtuse trilobo, petalis lateralibus patentissimis, cornu subulato, germine duplo longiore. WILLD. *Flor. Dan. t. 224. Haller. helv. n. 1287. t.*

29. f. 2.

Folia longa, linearia, obtusa. Spica cylindrica, purpurascens. In pratis montosis. Leopoli cum *Cnicus serratuloide*. Floret Junio — Julio.

CCCLXXXIV. OPHRYS.

Cor. quinquepetala subringens, petalis

labellum integerrimum crenis tribus superficialibus exprimat. *Orchidi latifoliae* Cl. Willdenowius describit labellum leviter trilobum, at vidi labia profundius fissa ac *O. maculatae*. Bractearum longitudo dependet a sola aetate.

patentibus. Labellum e basi styli, ecalcaratum patens. Anthera terminalis adnata. SWARTZ.

1098. *O. Monorchis* bulbis globosis, altero remoto, caule nudiusculo, nectarii labello petalisque (duobus) interioribus trifidis. SMITH. WILLD. *Flor. Dan. t. 102. Haller. helv. n. 1262. t. 22. f. 2.*

Spica densa, viridi-flava. Labii laciniis lateralibus divaricatis. In montibus carpathicis. DZK.

CCCLXXXV. NEOTTIA.

Cor. quinquepetala ringens, petalis exterioribus lateralibus antice circa basin labelli ventricosam connexis. Anthera stylo acuminato parallela; postice inserta. SWARTZ.

1089. *N. autumnalis* labello ovato crispato-crenulato, spica tortili, floribus secundis, foliis radicalibus subpetiolatis oblongis. PERS. *Syn. N. spiralis* WILLD. *Ophrys spiralis*. L. *Flor. Dan. t. 387. Curt. Lond. fasc. 4. t. 59.*

Flores albi. In ericetis prope Makow. Floret Septembri.

CCCLXXXVI. EPIACTIS.

Cor. quinquepetala erecto-patens. Labellum ecalcaratum. Anthera opercularis persistens. Pollen pulvereo-granulatum. SWARTZ.

* *Labello indiviso.*

1090. *E. latifolia* foliis ovatis amplexicaulibus, bracteis inferioribus flore longioribus, floribus pendulis, labello integerrimo acuminato petalis brevioribus, germinibus pubescentibus. WILLD. *Haller. helv. n. 1297. t. 40. Serapias latifolia. Flor. Dan. t. 811?*

Planta speciosa, bipedalis et ultra. Flores viridescenti-purpurascens; in atro-purpureum tamen colorem aetate transeunt nullibi vidi. Fructus nutantes pyriformes. In sylvaticis. Floret Augusto.

1091. *E. atro-rubens* radicibus fibrosis, foliis ovatis amplexicaulibus, floribus nutantibus, nectarii labio integro cordiformi acuminato, longiudine petalorum. HOFFM. *Helleborine altera flore atrorubente* Bauh. Pin?

Praecedenti valde affinis pro cuius varietate a pluribus habetur. Habitus est minoris. Racemus pauciflorus, floribus distantibus, secundis, atro purpureis. In collibus pagi Kleparow prope Leopolum. In sylva prope Stracz. Flore. Julio, Augusto.

1092. *E. palustris* foliis (ovato)-lanceolatis amplexicaulibus, bracteis flore brevioribus, floribus pendulis, labello crenato obtuso petalis aequali, germinibus pubescenti-

bus. WILLD. *Serapias longifolia. L. Flor. Dan. t. 267. Haller. helv. n. 1296. t. 39.*

Ejusdem magnitudinis, immo minor *E. latifolia*. Bractee detexae. Flores tamen majores, petalis viridescenti-purpurascens, labello albedo. Leopoli in pratis humidis infra Krzywczyce. Cracoviae in humidis pratis ad viam versus Mogilany. Floret Junio, Julio.

1093. *E. pallens* foliis ovato-lanceolatis sessilibus, bracteis flore longioribus, floribus erectis; labello obtuso petalis brevioribus, germinibus glabris. WILLD. *Haller. helv. n. 1298. t. 41. Serapias grandiflora. Syst. Veg. S. lancifolia* HOFFM.

Flores magni, albi. Labellum lineis elevatis, flavis pictum. Fructus quoque erecti, oblongi, pollicares. Variat floribus foliis interstinctis. Leopoli in monte sylvae Krzywczycensis supra magnam fontem. Circa Duklam. E. C. Floret Junio, Julio.

1094. *E. rubra* foliis lanceolatis, bracteis germine longioribus, floribus erectis, labello acuto, lineis elevatis undulatis, germinibus glabris. WILLD. *Serapias rubra. L. Flor. Dan. t. 345. Haller. helv. n. 1299. t. 42.*

Flos congenerum maximus, speciosissimus, intense roseus. Folia lineari-lanceolata. Germina et fructus erecti, oblongi.

In sylva Krzywczycensi et inter Lelechowka et Stawki rara. Floret Julio.

** *Labelli lamina divisa.*

1095. *E. Nidus avis*, caule aphylo vaginato, labello obcordato petalis obtusis duplo longiore. WILLD. *Ophrys Nidus avis Flor. Dan. t. 181, Haller. helv. n. 1290. t. 31.*

Flores badio-fusci, uti tota planta. Tuberibus clavatis copiosissimis. Leopoli cum *E. pallente*. In sylvis montosis vallis Oyców. Floret Junio.

1096. *E. ovata*, caule bifolio, foliis ovatis oppositis, labello bifido lineari, petalis obtusis triplo longiore. WILLD. *Ophrys ovata L. Flor. Dan. t. 137. Haller. helv. n. 1291. t. 37.*

Folia elliptica, nec ovata. Flores virides. In pratis subhumidis, sylvaticisque frequens Leopoli et Cracoviae. Floret Junio.

CCCLXXXVII. MALAXIS.

Cor. quinquepetala patens resupinata. Labellum concavo-patulum ascendens. Anthera opercularis. SWARTZ.

1097. *M. Loeselii* foliis binis ovato-lanceolatis, scapo trigono, labellum apice ovato-recurvato. WILLD. *Ophrys Loeselii L. O. paludosa. Flor. Dan. t. 877. Ophrys diphy-*

los bulbosa. Loesel pruss. t. 58. Serapias Loeselii HOFFM.

Flores virides. Folia convoluta, erecta. In pratis turfosis circa Lubin. P. Schk.

Diandria.

CCCLXXXVIII. CYPRIPIEDIUM

Cor. tetrapetala, patens. Labellum ventricosum, inflatum. Stylus superne lobo petaloideo appendiculatus. SWARTZ.

1098. *C. Calceolus*, caule folioso, lobo styli elliptico obtuso, labello petalis brevioribus compresso. WILLD. *Redouté Plant. Liliacées. Haller. helv. n. 1300. t. 43.*

Flos nostratum Orchidearum maximus, petalis fusco-purpureis, labello elliptico, flavo. In sylvis prope Krakowiec D. Howe. In sylvis circa Cracoviam. P. Floret Junio, Julio.

Hexandria.

CCCLXXXIX. ARISTOLOCHIA. Tourn.

1099. *A. Clematitis* foliis subrotundocordatis obtusiusculis petiolatis, pedunculis unifloris aggregatis, corollis (tempore anthesis) erectis, labio oblongo. WILLD.

Folia sinu baseos dilatato, ambitu fere triangularia, apice rotundato, obtusissimo, glauco-viridia. Flores flavescens, post anthesin declinati. Circa Zaleszczyki DIK.

Ad sepes Cracoviae. Circa Duklam. E. C.
Floret Junio, Julio.

MONOECIA.

Monandria.

CCCXC. CALLA. Spatha monophylla
plana. Spadix oblongus (androgynus, undi-
que) flosculis tectus. Cor. et Cal. nullus.
Bacca polysperma. WILLD.

CCCXCI. ARUM. Spatha monophylla,
basi convoluta. Spadix cylindricus, andro-
gynus, supra nudus, medio staminiferus, ba-
si germiniferus (Cor. et Cal. nullus. Bacca u-
nilocularis polypserma.) SMITH.

* *Chara. Typha latifolia. Callitriche in-
termedia. Euphorbia* *)

*) Hunc locum jam asserente Cl. Jussieuo
merito occuparet; nam germen pedicella-
tum proprio gaudet calyce parvo, persi-
stente; stamina interstincta sunt paleis,
unum post alterum elongatur, floret
et decidit; nec evolutio stigmatum stami-
num anthesi coetanea est; hinc flos Eu-
phorbiae, ut aggregatus considerandus,
ubi plura stamina, paleis separata, com-
muni receptaculo inserta sunt, in quorum
medio germen proprio pedicello et ca-
lyce instructum occurrit.

Diandria.

CCCXCII. LEMNA. MASC. Cal. mono-
phyllus. Cor. nulla. (germen abortiens). FOEM.
Cal. monophyllus. Cor. nulla. Styl. unus.
Caps. unilocularis (1 — 2 locularis Hoffm.)
disperma (polysperma Smith). WILLD.

*) *Typha latifolia*

Triandria.

CCCXCIII. CAREX. MASC. Cal. squa-
ma amenti imbricati. Cor. nulla. FOEM.
Cal. squama amenti solitaria. Cor. monope-
tala ventricosa, apice subbidentata. Stigm.
duo, tria. Nux triquetra corolla persistente
inclusa. WILLD.

CCCXCIV. SPARGANIUM. MASC. ament-
um subrotundum. Cal. triphyllus. Cor. nul-
la. FOEM. Amentum ut in masculis. Cal.
triphyllus, Cor. nulla. Stigm. bifidum. Drupa
exsucca monosperma. WILLD.

CCCXCV. TYPHA. MASC. Ament. cy-
lindraceum pilosum. (Cal. obsolete, triphyl-
lus). Antherae subternae in filamento com-
muni. FOEM. Ament. cylindraceum. Sem.
unicum pedicello papposo. SMITH.

* *Amaranthus Blitum. Alnus glutinosa.*

Tetrandria.

CCCXCVI. URTICA. MASC. Cal. tetraphyllus. Cor. nulla. FOEM. Cal. bivalvis (diphyllus Smith). Cor. nulla. Sem. unum nitidum. WILLD.

CCCXCVII. ALNUS. MASC. Amente. receptaculis cuneiformibus truncatis trifloris compositum. Cal. squama. Cor. quadripartita. FOEM. Ament. Cal. squamae biflorae (persistentes). Cor. nulla. Sem. compressa ovata nuda WILLD.

* *Betula* Linneo:

Pentandria.

CCCXCVIII. AMARANTHUS. MASC. Cal. tri-quinquephyllus. Cor. nulla. Stamina tria-quinque. FOEM. Cal. maris. Cor. nulla. Styli tres. Caps. unilocularis, circumscissa. Sem. unicum. WILLD.

* *Xanthium* L. Willd. *Bryonia* Smith.

Hexandria.

* *Rumex alpinus*. *Corylus Avellana*.

Polyandria (plura quam septem).

CCCXCIX. SAGITTARIA. MASC. Cal. triphyllus. Pet. tria. Stamina fere 24. FOEM. Cal. et Cor. maris. Pist. plurima. Caps. plurimae ventricosae monospermae. SMITH.

CCCC. MYRIOPHYLLUM. MASC. Cal. quadrifidus (tetraphyllum dicit Smith). Pet. quatuor caduca. Stam. octo. FOEM. Cal. et Cor. maris, Pist. quatuor. Styl. nullus. (Stigm. pubescentia). Caps. (potius nuces) quatuor monospermae. WILLD.

CCCCI. CERATOPHYLLUM. MASC. Cal. multipartitus. Cor. nulla. Stam. 16—20 brevissima. Antherae tricuspidatae. FOEM. Cal. hexaphyllus imbricatus (multipartitus Smithio et aliis) Cor. nulla. Pist. unicum. Styl. filiformis (Styl. nullus, stigma obliquum Jussieu. Stigm. sessile Smith). Nux. monosperma. WILLD.

CCCCII. POTERIUM. MASC. Cal. bitriphyllus. Cor. quadripartita. Stam. 30—40. FOEM. Cal. et Cor. maris. Pist. unum si-ve duo. Nux. bilocularis, tubo corollae indurato corticata. SMITH. (Cal. quadrifidus, basi tri squamosus. Pet. nulla. Masc. stam. 30. Foem. germ. duo, styl. duo. Stigm. penicilliformia. Sem. duo intra calycem capsularem Juss.)

CCCCIII. FAGUS. MASC. Cal. quinquefidus campanulatus. Cor. nulla. Stam. circiter 12. FOEM. Cal. quadridentatus seto-

sus. Cor. nulla. Germ. duo. (Styl. trifidi). Nuces duae, calyce echinato coriaceo quadrifido inclusae. WILLD.

CCCCIV. QUERCUS. MASC. Cal. 5-9-fidus fere. Cor. nulla. Stam. 5-10. FOEM. Cal. monophyllus integerrimus scaber. Cor. nulla. Styl. duo-quinque. Nux coriacea calyce persistente basi cincta. WILLD.

CCCCV. CORYLUS. MASC. Cal. amenti squama trifida. Cor. nulla. Stam. (6)-8. FOEM. (Gemma foliacea inclusus). Cal. bifidus lacer. Cor. nulla. Styli duo. Nux ovata laevis unilocularis, calyce coriaceo persistente cincta. WILLD.

CCCCVI. CARPINUS. MASC. Ament. Cal. squama (ovata) ciliata. Stam. 10-20 (Anther. uni-tripartitae, apice pilosae). FOEM. Amenti squama (triloba) 1-2 flora. Styl. duo. Nux ovata sulcata. WILLD.

CCCCVII. BETULA. MASC. Ament. imbricatum, squamis peltatis trifloris. Cal. squama. Cor. nulla. Stam. 10-12. FOEM. Ament. imbric. Cal. squama biflora (cum samaris decidua). Cor. nulla. Sem. unicum alatum (Samara). WILLD.

* *Typha* Hoffm. *Arum* Willd.

Monodelphia.

CCCCVIII. PINUS. MASC. Cal. tetraphyllus (amenti squama peltata Smith) Cor. nulla. Stam. plurima. Anther. nuda. FOEM. Cal. strobili squama biflora. Cor. nulla. Pist. unum. Nux ala membranacea excepta. WILLD.

CCCCIX. XANTHIUM. MASC. Cal. comm. imbricatus. Cor. monopetalae, quinquefidae, infundibuliformes. Recept. paleaceum. FOEM. Cal. invol. diphyllum, uniflorum, (biflorum aliis). Drupa sicca muricata, bifida. Nux bilocularis. WILLD.

CCCCX. SICYOS. MASC. Cal. quinqueidentatus. Cor. quinquepartita. Filam. tria. FOEM. Cal. quinqueidentatus. Cor. quinquepartita. Styl. trifidus, Peppo (?) monospermus. WILLD.

CCCCXI. BRYONIA. MASC. Cal. quinqueidentatus. Cor. campanulata quinquefida. Filam. tria. Antherae duae gemminae. FOEM. Cal. et Cor. maris. Stylus tri-quadrifidus. Bacca subglobosa polysperma. B.

* *Typha*.

MONOECIA.

Monandria.

CCCXC. CALLA. Linne.

1100. *C. palustris*, foliis cordatis, spadice flosculis mixtis tecto. B. *Flor. Dan. t. 422.* WILLD.

Caulis repens, articulatus, vaginatus stipulis maximis, oblongis, petiolaribus. Petioli adscendentes, spithamaei. Folia cordata, cum acumine brevi. Scapi, altitudine foliorum, terminati spatha cordato-elliptica, mucrone cucullato, intus nivea et spadice pedunculato, oblongo, tecto germinibus anguloso-subrotundis, singulo stylo brevissimo et stigmate truncato terminato, inter quae stamina numero nequaquam constanti et assignando occurrunt, filamentis compressis, basi angustioribus, antherisque bilocularibus albis, germina aequantibus. In apice vidi saepius mera stamina absque germinibus. In padulosis inter stagnum Janoviense et Lelechowka Circ. Leopold. Extra Lelechowka ad viam versus Wyszenki. Ad marginem sylvulae pagi Piaski Circ. Bochn. prope Cracoviam. Floret Junio, Julio.

CCCXCI. ARUM. Linne.

1101. *A. maculatum* acaule, foliis hastato-sagittatis, lobis deflexis, spadice clavato spatha brevior. WILLD. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 63. Flor. Dan. t. 505.*

Spatha erecta, viridis, intus saepe maculata, Spadix superne brunneo-purpureus,

medium versus multis filamentis sterilibus cinctus, infra quae antherae numerosae sessiles. Baccae miniatae, succulentae. In montibus carpathicis DZK. In sylvis circa Unioiw. In lapidosis umbrosis vallis Oycow supra arcem. Floret Majo. —

Diandria.

CCCXCII. LEMNA. Linne.

1102. *L. trisulca* foliis lanceolatis in petiolum attenuatis cruciatim cohaerentibus, radicibus solitariis. WILLD.

Planta sub aqua vegetans. Folia ad latera prolifera, pallide virentia. In stagno ad Nawariam. Cracoviae in fossis stagnantibus ubique.

1103. *L. minor* foliis ellipticis utrinque planis, basi cohaerentibus, radicibus solitariis WILLD. *Vaill. bot. par. t. 20. f. 3.*

Folia parva, lentiformia, superius plana, subtus convexiuscula, utrinque viridia, in superficie aquae natantia. In aquis stagnantibus frequentissima.

1104. *L. polyrhiza* foliis ellipticis planis, basi cohaerentibus, radicibus fasciculatis WILLD. *Vaill. bot. par. t. 20. f. 2.*

Praecedente plus quadruplo major, subtus atro-purpurea. In aquis pagi Wola Duchacka Circ. Bochn. prope Cracoviam.

Triandria.

CCCXCV. TYPHA. Tournef.

1105. *T. latifolia* foliis linearibus planis, spica mascula foemineaque approximata, utraque cylindrica. WILLD. *Flor. Dan.* t. 645.

T. major. Curt. *Lond. fasc.* 3. t. 61.

Culmus imo sexpedalis. Folia ultra semipollicem lata. Ament. masculum foemineo contiguum. Anthera 1 ad 4 in filamento communi. Ament. fructigerum profunde brunneum. Ad margines stagnorum. Floret Junio, Julio.

1106. *T. angustifolia* foliis semicylindraceo-planiusculis, spica mascula foemineaque remotis SMITH. WILLD. *Flor. Dan.* t. 815.

T. minor Curt. *Lond. fasc.* 3. t. 62.

Habitus praecedentis. Folia $\frac{1}{3}$ pollicis latitudine aequantia, supra plana aut quidquam concava, subtus convexa. Amenta graciliora, minora. Cum priori habitat et floret.

CCCXCIV. SPARGANIUM. Tournef.

1107. *Sp. ramosum* foliis basi triquetris, lateribus concavis, pedunculo communi ramoso, stigmate lineari. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 66.

Folia erecta, lateribus extrorsum concavis. Ament. masc. terminalia, minora, subracemosa in pedunculo communi et ejus ramis, in quibus foeminea sessilia occurrunt. In fossis et apicis stagnantibus. Floret Julio.

1108. *Sp. simplex* foliis basi triquetris, lateribus planis, pedunculo communi simplici,

stigmate lineari. SMITH. WILLD. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 67.

Simillimum praecedenti. Amenta pauciora; foemineum infimum pedicellatum; reliqua sessilia. Habitat et floret cum praecedente.

1109. *S. natans*, foliis planis natantibus, (pedunculo communi simplici) HOFF. *Fl. Germ.* WILLD. *Fl. Dan.* t. 260.

Folia tenuia pellucida. Capitula in spica simplici, foliolis interstincta. Stylus (stigma) longitudine germinis. HOFFM. l. c. In palustribus Leopoli P. Schk.

CCCXCIII. CAREX. *) Linne.

*) Carices iis revera adnumerandae sunt plantis, quarum determinatio maximis subjacet difficultatibus. Non solum magna, quae intercedit inter illas affinitas et ideo difficillime eruendi characteres illas distinguentes ponunt impedimenta, sed variabilitas earum in eodem aut diverso solo frustras reddit pro maxima parte subdivisiones, quibus studium illarum facilitare conamur; defectus quoque aut florum aut fructuum maturorum laborem nostrum saepius inanem facit. In commodum tyronum et botanophilorum, quibus haecce scribo, divisiones immutavi plurimas; omisi characteres, qui subdivisioni proprii sunt, ut odiosas

I. *Amentis dioicis.*

1110. *C. Davallina* amento cylindrico, (stigm. binis), squamis ovatis ferrugineis acu-

evitem repetitiones; abjeci illos a numero nimis fallaci petitos et adjunxistales, qui, me saltem iudice, determinationem facilitare debent. — In subdivisione hujus generis partim Cl. Hoffmannum secutus sum. Integro agmini Caricum hucusque notarum eam non sufficere, non est, ut nesciam; attamen propria experientia de valore ejus persuasus sum, utut majorem non respueret extensionem. Descriptiones potissimum ex opere classico D. Host. cum aliqua immutatione desumpsi. Varietates, quod mihi occurrere, sedulo assignavi. Restat mihi adhuc monere *folia angusta* illa nominasse, quorum latitudo ad summum duas aequat lineas; *lata*, quorum latitudo tres excedit lineas. Si dicimus *folia culmumve scabrum*, intelligendus est illorum margo et carina; hujus autem anguli. Forma spicarum foeminearum, in definitione adducta, designat potissimum illam fructiferarum; florentes enim semper multo graciliores sunt. *Amentum* voco inflorescentiam spicae vel spiculae loco, quia nec intelligere valeo, quare falso utamur termino, cujus falsitatem omnes tacite agnoscunt,

tiusculis, fructibus recurvatis oblongo-lanceolatis triquetris nervosis, superne margine sca-

cum celeberrimi Botanici in expositione characteris generici eam dicunt amentum. Secundum Cl. Willdenowii subdivisionem species nostrates sic collocari debent:

1. Spicis dioicis. *C. Davalliana.*
2. Spica androgyna simplici mutica. *C. pulicaris.*
3. Spicis androgynis, apice culmi aggregato-capitatis. *C. stenophylla.*
4. Spicis androgynis sessilibus alternis *C. intermedia, Schreberi, ovalis, vulpina, brizoides, muricata, divulsa, stellulata, remota, elongata.*
5. Spicis androgynis sessilibus paniculatis. *teretiuscula, paniculata.*
6. Spicis sexu distinctis, mascula solitaria; foemineis subsessilibus, scapo nudo bracteisque membranaceis vaginatis. *C. digitata.*
7. Spicis sexu distinctis, mascula solitaria, foemineis subsessilibus vel incluse pedunculatis. *C. montana ciliata, praecox, tomentosa, flava, Oederi.*

briusculis, foliis setaceis culmisque retrorsum hispidis B.

C. spica simplici dioica, stigmatibus binis, fructibus recurvatis oblongo-lanceolatis triquetris nervosis, superne margine scabris, foliis culmisque retrorsum hispidis WILLD. *Sp. pl. p. 208. 2. C. dioica* Host. *Gram. 1. p. 37. t. 41.*

Radix fibrosa, densum foliorum culmorumque caespitem nutriens. Culmi tenues, striati, trigoni, ex parte inferiore terrae aut muscis immersa, inferiora versus radices, sursum vero ramos agentes, sicque radicem repentem mentientes; florentes breves; erecti, 2 — 4 pollicares; fructiferi valde elongati, foliis multo longiores, reclinati et inter se implexi. Folia glabra, inferiore parte canali-

8. Spicis, sexu distinctis, masculis solitariis, foemineis sessilibus vel incluse pedunculatis, inferioribus pedunculatis. *C. fulva, distans, Michellii, pilosa, panicata, caespitosa, stricta, pallescens.*

9. Spicis sexu distinctis, spica mascula solitaria foemineis omnibus pedunculatis. *C. Drymeia, Pseudocyperus.*

10. Spicis masculis pluribus. *C. flacca, filiformis, acuta, paludosa, vesicaria, ampullacea, hirta.*

culata, apicem versus triquetra atque margine aculeis minutis exasperata. Amentum terminale in aliis individuis flores masculos; in aliis foemineos gerens, quale multo brevius est masculo. Squamae glabrae laeves, linea viridi per dorsi medium longitudinaliter decurrente, ut squamae plerarumque hujusce generis specierum, notatae. Fructus oblongi, glabri, striati, dorso convexiusculi, facie plani, apice in rostrum longum, indivisum, margine aculeis asperum disinentes; primo erectiusculi; dein aut horizontaliter patentes aut inferiora versus flexi. Occurrunt asserente Cel. D. Host specimina amentis androgynis, amenta *C. pulicaris aemulantis*, quae tamen forma fructuum et aliis facile distinguuntur. In pratis uliginosis Leopoli. Cracoviae? Floret Aprili.

* *C. ciliata* occurrit saepius, prout et nonnullae aliae amento solum masculo; hinc dioica videtur.

II. Amentis androgynis (floribus masc. et foem. in eodem amento.)
A. Stigmatibus binis.

1. Amento unico simplici.

1111. *C. pulicaris* amento cylindrico, superne masculo, fructibus oblongis teretiusculis glabris reflexis, utrinque attenuatis squama oblonga persistenti ferruginea longioribus B. *C. Spica androgyna simplici, superne mascula, stigm. 2, fructibus oblongis teretiusculis glabris reflexis, utrinque attenuatis, squama*

oblonga persistenti longioribus. Willd. p. 213. n. 13.

Radix fibrosa. Culmi 4 — 12 pollicares, erecti, teretiusculi. Folia setacea, canaliculata, culmo breviora. Amentum cylindricum, apice masculum. Squamae glabrae, laeves. Fructus utrinque convexi, glabri; primum erecti, dein horizontales, demum reflexi. Cum praecedente.

* Per exceptionem *C. Davalliana*.

2. *Amentis plurimis sessilibus (spicam formantibus).*

a. *alternis.*

aa. *apice masculis.*

1112. *C. stenophylla* amentis in capitulum

aggregatis; inferioribus bractea ovato-mucronata suffultis; squamis ovatis spadiceo-ferrugineis; fructibus ovatis compressis nervosis bidentatis *), culmo trigono foliisque convolutis apicem versus scabris. B.

C. Spicis androgynis superne masculis in capitulum oblongum aggregatis, inferioribus bractea ovato-mucronata suffultis, stigm. 2, fructibus ovatis compressis nervosis bidentatis.

Willd. p. 218. n. 22 *C. glomerata.* Host. Gram. p. 35. t. 44.

Radix tenuis, fusca, horizontaliter repens, valde ramosa. Culmi parum scabri; alii erecti; alii deflexi; multi inclinati; florentes 2 — 3 unciales; fructiferi multo longiores. Folia angusta, canaliculata, superne

*) Ore, subintelligitur.

valde attenuata, triquetra. Spica glomerata, in diversis culmis diversae figurae et magnitudinis, composita ex amentis 6 — 10, omnibus approximatis, imbricatisque, circa basin bractea lata, fusca, margine membranacea, linea dorsali viridi, quae in inferioribus in mucronem; in infima autem in foliolum prolongatur, cinctis. Amenta ovata, acuta, multiflora; raro in amento uno alterove inferiore omnes flores foeminei. Squamae latae, margine membranaceo carinaque pallidioribus. Fructus illinc convexi; hinc plani; versus apicem margine aculeati, rostro brevi. In colibus herbidis. Floret Aprili.

1113. *C. intermedia* amentis confertis oblongis plurimis, intermediis masculis, squamis ovatis acutis, ferrugineis, fructibus ovatis marginatis bifidis ciliato-serratis, culmo suberecto triquetro, foliisque latiusculis scabris. B.

C. Spica androgyna composita, spiculis alternis confertis, inferioribus remotiusculis; superioribus et inferioribus foemineis, intermediis masculis, stigm. 2, fructibus ovatis marginatis bifidis ciliato-serratis, culmo suberecto. Willd. p. 224. n. 35. Host. Gram. I. p. 38. t. 50.

Radix repens, teres, crassa, fusca, valde ramosa. Culmus erectus, totus vel apice tantum inclinatus; inferne foliorum vagiois tectus et laevis; reliqua parte nudus; florens pedalis; sesquipedalisque, longior post flo-

rescentiam. Folia canaliculata, apicem versus triquetra. Spica oblonga, constans amentis aut omnibus approximatis aut superioribus approximatis et inferioribus remotis; amento uno alterove infimo foliolo brevi setaceo scabro terminante bracteam ovatam margine ferrugineo-brunneam, cincto; reliquis bractea aphylla, acuminata. Amenta multiflora, flosculis amentorum basin et apicem spicae constituentium plerisque aut omnibus foemineis aut paucis masculis terminalibus et reliquis foemineis; (occurrunt tamen penes infima amenta foeminea parva mascula); flosculis intermediorum amentorum vel omnibus vel plerisque masculis cum paucis foemineis intermixtis. Squamae exteriores apicem versus carinatae, carinaque scabrae. Fructus striati, in rostrum breve attenuati. In locis humidis, inundatis pratorum infra Krzywczyce Leopoli. Floret Majo.

1114. *C. vulpina* spica decomposita, basi laxiuscula, amentis ovatis confertis, bracteis ovato-setaceis, squamis ovatis acutis spadiceo-ferrugineis, fructibus ovatis bidentatis, convexo-triquetris patentibus, culmo triquetro, angulis acutissimis, foliisque latis scabris. B.

C. spica androgyna composita, spiculis numerosis ternatim quinatimque aggregatis oblongis confertis, superne masculis, stigm. 2. fructibus ovatis bidentatis compresso-triquetris

tris patentibus, bracteis setaceis. Willd. p. 231. n. 51. Host. Gram. I. p. 43: t. 56.

Radix lignosa, fusca, fibris validis, ramosis aucta, densum foliorum culmorumque caespitem sustinens, perennis. Culmus erectus, striatus, apicem versus attenuatus, lateribus longitudinaliter excavatus; in flore planta pedalis vel sesquipedalis, longior post florescentiam. Folia ad quatuor lineas lata, canaliculata, facie minutissime crispata, Spica oblonga, medio ventricosa, constans spiculis compositis, rarius decompositis, circa basin cinctis bractea membranacea, dorso scabra; inferiorum in folium longum, setaceum, hispidum attenuata; superiorum aphylla. Amenta sessilia, ventricosa. Squamae dilutius aut saturatius coloratae, apice aut convexiusculae et laeves, aut compressae carinaque scabrae. Fructus oblongi, striati, dorso convexi, versus rostrum triquetri et ad oras aculeis exasperati. In humidis ubique. Floret Majo, Junio.

1115. *C. divulsa* spica oblonga decomposita, basi subramosa, amentis oblongis acutis, inferioribus remotis, bracteis mucronatis, squamisque ovatis acutis membranaceis albidis, fructibus erectiusculis oblongis plano-convexis bidentatis, margine glabriusculis. B.

C. Spica androgyna composita subramosa, spiculis ovatis superne masculis approximatis. P. II. L

ximatis, inferioribus remotis, stigm. 2, fructibus erectis ovatis plano-convexis bidentatis marginatis, margine glabris. Willd. p. 235. n. 52. Host. Gram. L. p. 42. t. 55. C. canescens Kl. ?

Radix dura fibrosa. Culmi erecti, superne saepius incurvi, triquetri, ad angulos scabri, florentes pedales circiter, imo sesquipedales: fructiferi altiores; inferne foliosi. Folia carinata, erecto-patula, margine dorsoque aculeis minutis scabra, vaginantia, suprema facie, vaginaeque transversim leviter corrugatae. Amenta in spica florente magis contigua; removentur a se invicem in fructifera; inferiorum unum alterumve compositum esse solet et quandoque pedunculo partiali instructum. Squamae glabrae, laeves, nervo forti, viridi medio percursae, rarius superne pallide spadiceae. Fructus ovato-oblongi, glabri, longitudo ne excedente latitudinem ut 5:2. In pratis humidis. Floret Majo. —

1116. *C. muricata* spica oblonga subdecomposita, amentis ovatis obtusis, bracteis mucronatis, squamisque ovatis acutiusculis superne spadiceis, fructibus horizontalibus ovatis plano-convexis bidentatis, margine ciliato-serratis B.

C. Spica androgyna composita, spiculis ovatis superne masculis approximatis, stigm. 2, fructibus horizontalibus ovatis plano-convexis bidentatis, basi marginatis, margine ci-

liato-serratis. Willd. p. 234. n. 57. Host. Gram. L. p. 41. t. 54.

Radix crassa, lignescens, vaginarum emarcidarum reliquiis tecta, fibrosa, perennis. Culmus erectus, seu ascendens, inferne laevis, superiori parte ad angulos scaber: in planta florente semipedalis vel pedalis; in fructifera altior. Folia canaliculata, glabra, margine atque carina scabra, culmum florentem superantia. Spica constans amentis pluribus, sessilibus, simplicibus, uno alterove, spicae basin constituyente, composito; superioribus approximatis; inferioribus remotiusculis. Amenta ventricosa, basi stipata bractea lata, brevi, membranacea, nervo in foliolum setaceum aut saltem mucronem prolongato. Squamae nervo saepius prolongato viridi, mucronatae. Fructus subdivergentes duplo latiores ac longi. Caule characteribus mox adductis a praecedente distinguenda. In pratis siccis, nemoribus, sylvis, ad vias. Floret Aprili, Majo. —
bb apice foemineis.

1117. *C. remota* amentis oblongis remotis, inferioribus in axillis foliorum spicam superantium, squamis ovato-lanceolatis acutis pallentibus, fructibus ovatis acuminatis bidentatis compressiusculis, margine scabriusculis, culmo subtriquetro. B.

C. Spica androgyna composita, spiculis alternis remotis inferne masculis, bracteis foliaceis longissimis suffultis, fructibus ova-
L 2.

tis acuminatis bifidis compressiusculis. Willd. p. 239. n. 68. Host. Gram. I. p. 40. t. 52. Flor. Dan. t. 370.

Radix lignosa, fusca, ramosa, fibris plurimis firmata, densum caespitem nutriens, perennis. Culmus laxis, foliosus, in superiore parte ad angulos scaber; florens pedalis et erectus: fructifer multo longior. Folia subtilissime striata, canaliculata, superne ad oras et carinam scabra: floralia vagina destituta, (sessilia). Spica longissima, constans amentis plurimis; inferioribus aliquot ex axillis egredientibus et valde remotis; intermediis ad basin squamam oblongam, latam, membranaceam, in foliolum tenue desinentem, habentibus; supremis bractea lata aphylla stipatis. Amenta acuta, multiflora. Squamae glabrae, superne flavescens nervo dorsali viridi. Fructus erecti, imbricati, striati, margine aculeis scabriusculi, apice in rostrum breve attenuati. In nemorosus Leopoli. Floret Aprili, Majo.

1118. *C. Schreberi* spica disticha, amentis subovatis confertis, bractea infima subaphylla, squamis ovato-lanceolatis spadiceo-ferrugineis, fructibus ovatis bidentatis, culmo trigono foliisque apicem versus scabris. B.

C. Spica androgyna composita, spiculis ovatis alternis confertis, inferne masculis, stigm. 2, fructibus ovatis bidentatis. Willd. p. 225. n. 37. Host. Gram. I. p. 36. t. 46. C. praecox. Schreb. Host. Syn.

Radix repens, teres, gracilis, hinc inde squamis fuscis, striatis tecta. Culmi erecti, ima parte foliorum vaginis vestiti, caeterum nudi et in vicinia spicae ad angulos scabri; florentes triunciales circiter; fructiferi multo altiores. Folia canaliculata, glabra, angusta, superiori tantum parte ad oras carinamque scabra. Spica in aliis culmis erecta; incurva in aliis; in aliquibus recurva; constans amentis 3 — 7, omnibus squama oblonga membranacea glabra, stipatis; squama amenti infimi quandoque aphylla, quandoque in foliolum tenuissimum scabrum desinente; bractea reliquarum spicularum semper aphylla. Amenta multiflora, primum teretiuscula, acuta; fructifera obovata. Squamae acuminatae, margine membranaceae. Fructus striati, margine aculeati; hinc plani, illic convexi, rostro brevi, ore bilobato, terminati. In collibus, ad vias. Floret Aprili, Majo.

1119. *C. brizoides* spica subdisticha nuda, amentis patulo-curvatis approximatis oblongis acutis, squamis albo-flavescens, fructibus marginatis bifidis, culmo nudo trigonetro, foliisque canaliculatis laxis scabris. B.

C. Spica androgyna composita subdisticha, spiculis subquinis alternis curvatis oblongo-lanceolatis, inferne masculis approximatis, stigm. 2, fructibus ovatis marginatis bifidis. Willd. p. 233. n. 56. Host. Gram. I. p. 36. t. 47.

Radix valde repens; squamis oblongis imbricatis tecta. Culmus erectus, striatus, triqueter, ad angulos scaber; in planta florente semipedalis circiter, longior postea, vix ad medium foliosus. Folia canaliculata, debilia, ad oras carinamque scabra. Vaginae glabrae. Ligula obtusa. Spica erecta, composita ex amentis circiter sex, plus, minusve approximatis; aliis bractea cinctis; aliis ebracteatis; bractea, amenta inferiora cingente, modo aphylla, modo in foliolum angustum scabrumque attenuata. Amenta tertia, semipatula seu recurva, multiflora. Squamae glaberrimae, laeves, albae vel ex albo-flavescentes; inferiores obovatae, superiores ovato-lanceolatae, squama infima in aliquibus spiculis in foliolum tenuissimum desinens. Fructus oblongi, striati, rostro brevi, ore subbifido, donati, dorso convexiusculi, facie plani, margine membranaceo aculeato. In nemorosis Leopoli P. Schk. Cracoviae ad S. Bronislawam in fruticosis. Floret Majo.

1120. *C. ovalis*, amentis subapproximatis obovatis, bracteis oblongis, squamis ovato-lanceolatis multo majoribus spadiceo-ferrugineis, margine membranaceis, fructibus ovatis marginatis ciliato-serratis bidentatis squamam ovato-lanceolatam aequantibus, culmo triquetro. B.

C. Spicae androgyna composita, spiculis subsonis subrotundo ellipticis alternis subap-

proximatis, inferne masculis, stigm. 2, fructibus ovatis marginatis, bidentatis, ciliato-serratis, Willd. p. 229. n. 47. Host. Gram. I. p. 30. t. 51.

Radix lignescens, fusca, fibras plurimas spargens. Culmus superne ad angulos scaber, erectus totus, aut apice incurvus; florens semipedalis aut pedalis, longior post florentiam. Spica oblonga, composita ex amentis 4—6, superioribus approximatis, circa basin bractea membranacea cinctis; infima carina scabra, apice foliolo tenui brevi terminata, reliquis aphyllis. Amenta multiflora, paucis flosculis masculis; florifera oblonga. Squamae glabrae nitentes et laeves. Fructus oblongi, erecti, striati, in rostrum tenue subbidentatum desinentes. In pratis humidis, floret Aprili, Majo.

1121. *C. stellulata* amentis paucis oblongis remotiusculis; bractea infima foliacea, squamis ovatis flavescenti spadiceis, fructibus ovatis rostratis ciliato-serratis, bidentatis, divergentibus, culmis trigonis, foliis angustis. B.

C. spica androgyna composita, spiculis subquaternis remotiusculis, inferne masculis, stigm. 2, fructibus ovato-acuminatis bidentatis, margine ciliato-serratis horizontalibus, squamis ovatis acutis. Willd. p. 236. n. 60. Host. Gram. I. p. 41. t. 53.

Radix lignescens, fibris plurimis instructa, densum foliorum culmorumque caespitem nutriens, perennis. Culmi erecti, in spi-

caae vicinia ad angulos scabri; florentes 2 — 3 unciales, fructiferi $1\frac{1}{2}$ — 2 pedales. Folia erectiuscula, canaliculata, apicem versus ad oras carinamque scabra. Spica erecta, constans amentis 3 — 5, remotis, brevissime pedunculatis, bractea membranacea stipalis; una alterave bractea inferiore in foliolum tenue atque scabrum desinente; reliquis oblongis et aphyllis. Amenta oblonga; fructifera ventricosa, parva, obtusa. Squamae basi et margine membranaceo, albae, superae flavescerentes, aliae obtusiusculae ovatae dorso convexae laevesque; aliae oblongae carinatae carina scabrae. Fructus in stellulam expansi, ut in *C. muricata* fere. In uliginosis circa stagnum Janoviense, Circ. Leop. Cracoviae extra Rybaki. Floret Aprili, Majo.

1122. *C. elongata* spica elongata, amentis remotiusculis cylindraceutis, bracteis imembranaceis mucronatis suffultis; fructibus ovato-acuminatis emarginatis nervosis patulis squamam ovatam spadiceam, margine membranaceam superantibus. B.

C. Spica androgyna, spiculis subduodenis alternis approximatis cylindraceutis inferne masculis; stigm. 2, fructibus ovato-acutis emarginatis nervosis patulis squama ovata obtusa longioribus. Willd. p. 240. n. 70. Schkuhr. Car. p. 49. t. E. n. 75.

Radix repens, caespitem nutriens. Culmi florentes 6 — 8; fructiferi 8 — 12 pollices aequantes, erecti, acute triquetri, ad angu-

los scabri. Folia erecta, rigida, culmum florentem aequantia, imo superantia, angusta, carinata, acuminata, apice triquetra, margine carinaque scabra. Spica 1 — 3 pollicaris, erecta, constans amentis 6 — 12, oblongo-cylindricis, inferioribus semipollicaribus, bracteis squamas vix superantibus, albidis, saepius tricuspидatis, nervis tot viridibus elongatis, suffultis; infima quandoque setacea. Squamae glabrae nitidae. Fructus ore bidentato. Leopoli in paludosis. Floret Majo, Junio.

* *C. intermedia.*

β. paniculatis.

(apice masculis.)

1123. *C. rivularis* paniculae angustae; ramis brevissimis, inferioribus remotiusculis, squamis ovatis acutis spadiceo-ferrugineis, margine membranaceo pallido, fructibus subrotundo-ovatis laevibus rostellatis, late marginatis, margine ciliato-serratis, culmo triquetro, foliisque angustis scabris. B.

C. Spica androgyna, spiculis quinque superne masculis ovatis alternis subconfertis, fructibus ovatis superne marginatis ciliato-serratis. Willd. p. 226. n. 40?

Radix... Culmi erecti, triquetri, tenues, striati, inferne glabri, superne ad angulos scabri. Folia angusta, erecta, longa, culmos subaequantia, carinata, versus apicem triquetra ad marginem carinamque superius

aculeis minutis exasperata. Spica oblonga, forma valde varians, ramis brevissimis, brevibusque remotis aut approximatis; hinc convexis; illinc planiusculis; marginibus laevibus. Amenta androgyna apice mascula, stigmatibus duobus, ovata; tria quatuor minora in ramis inferioribus circa medium majus collocata; superiora approximata, simpliciaque. Bractea ad singulum amentum membranacea, ovata, acuminata, margine spadiceo; inferiorum nervo viridi scabro in foliolum tenue setaceum; superiorum in aristam prolongato. Squamae ovatae, acutae, spadiceo-ferrugineae, margine membranaceo pallido, dorso carinatae, scabrae. Germen lanceolatum, margine ciliato-serratum, in rostrum attenuatum. Fructus subglobosi, glabri, laeves, superne rostro basi alato, terminati, margine superne ciliato-serrato. Pro *C. paradoxa* habui, quod autem. Cel. Host. negat et revera fructu, squamis aetate non canescentibus aliisque differt. Pro *Chrivulare* ipse declarat, quocum consentire nequeo.

1124. *C. teretiuscula* paniculae ovatae coarctatae ramis brevissimis, squamis ferrugineis, margine scarioso pallido, fructibus ovatis gibboso-planusculis rostratis bifidis ciliato-serratis, patentibus; culmo teretiusculo laevi. B.

C. Spica supradecomposita coarctata, acutiuscula, spiculis glomeratis, fructibus pa-

tentibus gibbis, culmo teretiusculo. Smith. britt. 3. p. 977. Willd. p. 244. n. 76.

Radix fibrosa, subrepens, sparsa, nec caespitosa. Culmus pedalis vel sesquipedalis, erectus, (inferne teres, superne) triquetrum lateribus convexis; hinc teretiusculus. Folia erecta, rigidiuscula, longitudine circiter culmi, marginibus carinaque aspera. Spica ovato oblonga, coarctata, decomposita, aliquando supradecomposita, acutiuscula. Spiculae (Amenta) ovatae, superne masculae. Bractee ovatae scariosae, infima mucrone foliaceo, aspero, plerumque brevissimo. Glumae (squamae) ovatae, fuscae, margine scarioso albo, carina laevissima. Fructus fuscus ovati, acuminati, hinc planiusculi, extus valde convexi basi utrinque gibbis, acumine utrinque serrato, hispido, virente, apice bifido. Stigmata duo. Semen orbiculatum, extus gibbum. Smith. l. c.

1125. *C. paniculata* paniculae ramis inferioribus elongatis remotis, squamis subferrugineis, superne scariosis albidis, submucronatis, fructibus ovatis superius marginatis ciliato-serratis bidentatis, culmo triquetrum. B.

C. Spicis androgynis paniculatis superne masculis, stigmatibus binis superne margine ciliato-serratis, culmo triquetrum. Willd. p. 244. n. 77. Host. Gram. I. p. 44. t. 58.

Radix valida lignescens, fibris crassis, teretibus firmata, plurimos culmorum foliorumque caesiculos, in densum caespitem unitos

promens, perennis. Culmi erecti, ima parte foliorum vaginis tecti atque laeves; superne audi et ad angulos scaberrimi; florentes pedales vel sesquipedales; fructiferi bipedales vel longiores. Folia sat lata, canaliculata, glabra, carinata, apicem versus triquetra, ad oras carinamque aculeis valde exasperata. Vaginae glabrae laeves; infimae squamaeformes, aphyllae, pungentes, nigricantes. Panicula oblonga, acuta; florens erecta; fructifera inclinata. Rami longi scabri, primo erecti; dein patentiusculi. Amenta sessilia, ovata, obtusa, constantia flosculis plurimis. Squamae et bracteae amenta suffulcientes lato-ovatae, nervo viridi saepius elongato mucronatae, dorso plus minusve spadiceo ferrugineae, superiori parte albidae scariosae. Fructus striati, rostrati, dentibus distantibus. In palustribus Leopoli. Floret Majo, Junio. —
* Specimina *C. muricatae* et *divulsae* solo fertiliori crescentia in hac categoria locum suum defendunt.

3. Amentis pedunculatis.

* Ex hac categoria nulla hucusque species nobis nota est, quae sit indigena. Caricem flaccam vidi amento masculino basi foemineo et foemineis apice masculis. Idem lusus et in aliis observare licet ex sectione illa, amento masculino unico.

B. Stigmatibus tribus.

* Carex praecoex occurrit saepius Amento unico basi foemineo.

III. Amentis polygamis (terminali masculo, reliquis androgynis.)

* Nullam possidemus hucusque speciem, quae constanter huc spectaret.

C. stricta, acuta, praecoex, flava, Oederi, panicea, pilosa aliaeque occurrunt saepius amentis foemineis apice masculis, *C. paludosa* amentis masculis, basi foemineis.

IV. Amentis monoicis s. sexu distinctis, A. Stigmatibus duobus.

(Amento masc. uno aut pluribus; foemin. superioribus sessilibus; inferioribus foliis suffultis.)

1126. *C. caespitosa* amentis masculis, foemineisque cylindricis obtusis distantibus, infimo exserte pedunculato; superioribus bractea setacea auriculata suffultis, fructibus ovatis obtusis, ore pertuso, planiusculis sexfariam imbricatis, squama elliptica obtusa atro-purpurea majoribus, foliis patulis. B.

C. Spica mascula solitaria, foemineis cylindraceis obtusis subternis distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigm. 2, fructibus ovatis obtusis ore pertusis, squama oblonga obtusa majoribus, foliis patulis. WILLD. p. 287. n. 166. Host. Gram. p. 67. t. 91.

Radix teres, repens, per intervalla densum foliorum culmorumque caespitem emittens. Culmus erectus, glaber, triquetus, superne ad angulos scabriusculus; florens semipedalis circiter; fructifer altior. Folia canaliculata, glabra, ad oras carinamque scabra;

folia plerumque circa basin crispata. Amenta mascula oblonga, cylindrica, obtusa, ab uno ad tria, terminali longissimo: foeminea 2 — 4; summa sessilia et paucis floribus masculis potissimum terminata; inferiora pedunculo brevi, ochrea rugosa, ex fusco et purpureo varia, vestito insidentia. Squamae glabrae; in amentis foemineis nervo pallido instructae. Fructus erecti, glabri, laeves, molles, basi transverse plicati. In pratis humidis. Floret Aprili.

1127. *C. stricta* amentis masculis, foemineisque cylindraceis, utrinque attenuatis distantibus; infimo exserte pedunculato, bractea subfoliacea auriculata, fructibus ellipticis planis acutiusculis, ore pertusis, squama oblongo-lanceolata profunde purpurea majoribus, foliis junioribus strictis. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis cylindraceis attenuatis subtribus distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigma 2, fructibus ovatis acutiusculis ore pertusis, squama lanceolata acutiuscula majoribus, foliis strictis. WILLD. p. 288. n. 167. Host. Gram. p. 69. t. 94.

Radix lignosa, fusca, scabolifera, fibris plurimis firmata, plures culmos foliorumque fasciculos, in densum caespitem collectos nutriens. Culmus striatus, glaber, triquetus, ad angulos scaber, erectus, vel apice tantum parum incurvatus; florifer pedalis, fructiger

bipedalis altiorque. Folia trifaria, canaliculata, margine carinaque scabra, apicem versus valde attenuata, triquetraque; juniora breviora, stricta; adultiora valde elongata et deflexa. Vaginae infimae squamaeformes, acuminatae, pungentes; reliquae facie membranaceae atque in fila candida fatiscentes. Amenta mascula duo, raro tria aut unicum, cylindrica, utrinque attenuata; terminali longissimo; reliquis duplo brevioribus, subsessilibus; foeminea 2 — 3, longa, erecta, hinc plana, inde convexa; superiora flosculis plerumque masculis terminata; omnia pedunculata, pedunculis circa basin ochrea membranacea, obtusa vestitis; infimo longo, reliquis brevissimis. Squamae glabrae, laeves purpureae; tantum aliquae, inferiorem spicae partem occupantes, dorso compressae; reliquae omnes convexiusculae; in amento masculino longiores, obtusiores; in foemina breviores, acutioresque. Fructus glabri, basi plicati, in rostrum brevissimum et indivisum desinentes. Cum praecedenti.

1128. *C. acuta* amentis masculis subtriquetris, foemineis cylindraceis remotis; inferioribus pedunculatis foliis suffultis; floriferis erectis, fructiferis nutantibus; squamis ovato-lanceolatis purpureo-nigricantibus, fructibus oblongis subtriquetris, ore integro pertuso, culmi angulis acutissimis B.

C. spicis masculis binis ternisque, foemineis subquaternis, subpedunculatis, subnutan-

tibus cylindræis remotis, stigm. binis, fructibus oblongis, ore integro pertuso. Willd. p. 304. n. 129. Host. Gram. I. p. 70. t. 95.

Radix repens stolonifera, fibris validis firmata. Culmus acutissimè triqueter, erectus vel apice inclinatus, ad angulos asperimus; florens sesquipedalis, bipedalis, fructifer altior. Folia carinata, vaginantia, ad margines et carinam aspera; radicalia vaginantia longissima, caulina et floralia amenta mascula superantia. Amenta mascula 2—3, longa, obtuse triquetra, saepius inclinata; inferiora basi bracteata. Squama oblonga membranacea, nervo instar mucronis prolongato. Squamae vel lanceolatae vel oblongae, purpureae, rubescentesve, nervo dorsali viridi adornatae. Amenta foeminea 2—4, longa, superiora saepius apice mascula subautantia; inferiora versus maturitatem nutantia. Fructus subtriquetri, laeves, rufescentes. In paludosis, ad ripas stagnorum, rivulorumque. Floret Aprili, Majo.

B. Stigmatibus tribus.

1. Amento masculo unico.

2 foemineis superioribus sessilibus aut brevissime incluse pedunculatis, ut omnibus bracteis suffultis.

1129. C. *digitata* amentis linearibus, foemineis fructiferis pedunculatis masculo sessili altioribus remotiusculis, fructibus obovatis triquetris rostratis puber-

centibus, squamam obovatam mucronatam spadiceo-purpuream aequantibus, bracteis vaginatis obliquis mucronatis, culmo vaginato. B.

C. *Spica mascula solitaria sessili, foemineis subternis linearibus remotiusculis, stigm. 3, fructibus obovatis rostratis triquetris pubescentibus, squamam obovatam mucronatam aequantibus, bracteis vaginatis, obliquis mucronatis margine membranaceo.* Willd. p. 256. n. 104. Host. Gram. I. p. 46. t. 60.

Radix tenuis fusca fibrillata, squamis purpureis tunicata, perennis. Culmi striati glabri subtrigoni, apicem versus ad angulos scabri, latere interno superiori parte obsolete sulcati, omnes ex axillis foliorum, fasciculos constituentium, orientes; floriferi 2—3 unciales et erecti; fructiferi multo longiores et inter hos alii erecti; alii inclinati; alii deflexi; vaginis mucronatis, mucrone quandoque foliaceo, striatis, facie planis, dorso carinatis, profunde purpureis basi restiti. Folia canaliculata, glabra, striata, primo erecta, culmum florentem aequantia, dein deflexa, vaginis quoque purpureis. Amentum masculum tenue; florens erectum; dein patenti, incurvatum. Amenta foeminea 2—3, masculo similia, dorso convexiuscula, facie plana; prius sibi approximata; dein remota; amentis superioribus post florescentiam ultra masculum producti; omnia insidentia pedunculis filiformibus, dorso conve-

xis, margine aculeatis, circa basin ochrea longa, obtusiuscula, glabra amictis et ex axilla bractae vaginaeformis, apicem versus dilatatae, plerumque aphyllae, prodeuntibus. Squamae obovato-oblongae; in amento masculo dorso convexiusculae et semper arcte imbricatae; in foem. carinatae breviores, prius laxe imbricatae, dein remotae. Fructus apice obtuso in rostrum brevissimum ac indivisum terminati. In nemorosis, sylvis, fruticisque. Floret Aprili.

1130. *C. montana* amento masculo ovato acuto, foemineis approximatis sessilibus ellipticis, squamis obovatis brunneo-purpureis, fructibus obovato-triuestris obtuse rostratis brevioribus, foliis angustis; radicalibus annotinis culmo longioribus. B. Host. *Gram. I.* p. 50. t. 66.

C. collina spica mascula solitaria, foemineis subgeminis approximatis sessilibus, stigm. 3. fructibus oblongis brevissime rostratis pubescentibus squamam oratam subaequantibus, foliis radicalibus annotinis culmo longioribus. Willd. p. 260. n. 110.

Radix lignosa, ramosa, foliorum maridorum reliquiis tecta, perennis. Culmi subtrigoni, striati, apicem versus ad angulos scabriusculi, florentes 3—5 pollicares et alii flexuosi; fructiferi semipedales, debiles, arcuati et fructuum pondere terrae adpressi. Folia subcanaliculata, glabra, striata, ad ortas et curinam superne scabra; in planta flo-

rente 1—3 uncialia, pallide viridia; in fructifera semipedalia et ultra, saturate viridia et in futurum annum perstant. Vaginae exteriores purpurascens; intimae albicantes. Amentum masculum oblongum, ventricosum, utriusque attenuatum: amenta foeminea 3—1; florentia subcylindrica, bractea lata, ovata, membranacea, in mucronem longum aut foliolum tenue scabrum desinente, stipata. Squamae laeves, glabrae, aliae apice emarginatae, aliae obtuse mucronatae, in masculo superiores ovatae, longiores. Fructus inflati. Leopoli cum *Inula ensifolia*. Floret Aprili.

1131. *C. ciliata* amento masculo cylindraceo acuto, foemineis oblongis approximatis, fructibus subrotundo-obovatis pubescentibus, squama brunnea margine membranaceo albido ciliato majoribus, foliis latiusculis patentibus rigidis. B.

C. Spica mascula solitaria, foemineis subgeminis, approximatis oblongis sessilibus, stigm. 3, fructibus subrotundo-obovatis pubescentibus squama oblonga obtusa majoribus. Willd. p. 261. n. 112. C. erectorum Poll.

Radix fibrosa, gracilis, longa, perennis. Culmi plures teretes, laeves, erecti vel inflexi, floriferi 2—3, fructiferi 3—6 pollicares, basi dense foliati. Folia culmos florentes aequantia, carinata, acuminata, latiuscula, dura rigidaque, vaginantia, margine ca-

rinaque asperiuscula, culmea minora, striata, secundum vaginam purpurea. Amentum masc. lanceolatum, 4—6 linearum, erectum; foeminea 1—3, ovata, masculo breviora; inferius maximum subpedunculatum, bractea ovato-setacea, subvaginante, brunneo-rufa stipatum. Squamae amenti masc. oblongae, obovatae foemineorum. Fructus obovato-triquetri, subtomentosi, basi attenuati, apice obscure purpurascens, in orificium brevissimum, integrum terminati Hoffm. Fl. Germ. In ericeto inter sylvulam utramque Bronovicenscm Cracoviae. Floret Aprili.

1132. *C. praecox* amento masculo oblongo rufo, foemineis approximatis oblongis subsessilibus, fructibus subgloboso-triquetris pubescentibus squamam subacuminatam brunescentem subaequantibus. B.

C. Spica mascula solitaria, foemineis geminis approximatis oblongis sessilibus, stigm. 3. fructibus subgloboso-triquetris pubescentibus squamam ovatam acutam aequantibus. Willd p. 292. n. 113. Host. Gram. p. 15. t. 69.

Radix repens, stolonifera, perennis. Culmi floriferi 2—4, fructiferi 4—6 pollicum, erecti, obtuse triquetri, superne ad angulos asperiusculi, inferne foliosi. Folia subrigida, carinata, apice triquetra, ad angulos et carinam versus apicem aspera. Amentum masculum oblongum, subtriquetrum, acutum, erectum vel obliquum. Squamae oblongae, obtusiusculae. Amenta foeminea 1—2—3 oblonga, suprè-

ma subsessilia; inferiora breviter pedunculata. Bracteae membranaceae, lateribus spadiccae vaginantes, pedunculos vestientes: inferiorum nervo in foliolum lineari-subulatum spicam interdum superans; superiorum in mucrone producto. Squamae inferiores obovatae, breviter acuminato-mucronatae; superiores ovatae, acutae, glabrae, nervo viridi. Fructus basi et apice attenuati, rostro brevissimo, subdentato.

Varietatem singularem amento infimo foemineo longissime pedunculato subradicali, e vagina folii exeunte aliquoties vidi: a. *C. alpestri* (*C. diversiflora* Host.) tamen distinguenda amento obtuso multifloro, squamis obovatis multo pallidioribus, fructu non striato, semper pubescente aliisque. In collinis apicis. Varietatem Leopoli in sylvae Krzywoczycensi. Aliam amento unico apice masculo, basi foemineo semel Cracoviae vidi. Floret Aprili.

bb. infimis foliis suffultis:

1133. *C. tomentosa* amento masculo oblongo, foemineis subgeminatis cylindraccis subapproximatis subsessilibus, fructibus subrotundis tomentosis squama ovata acuminata lateribus purpurea majoribus, bractea inferiore foliacea, culmo triquetro foliisque dorso glaucescentibus, scabris. B.

C. Spica mascula solitaria, foemineis geminatis cylindraccis subapproximatis ses-

silibus, stigm. 3, fructibus subrotundis tomentosis squama ovata acuminata majoribus. Willd. p. 263. n. 115. Host. Gram. I. p. 61. t. 82.

Radix repens, ramosa, squamis oblongis, acutis, fuscis, striatis tecta. Culmi erecti, striati, in planta florente triunciales aut spithamales; in fructifera multo longiores. Folia erecta, rigida, canaliculata, margine et carina scabra, facie saturate viridia. Amentum masculum unicum, subtrigonum, basi attenuatum foeminea plerumque duo; in aliis culmis approximata; in aliis remota; omnia insidentia pedunculis brevissimis ex axilla bractearum et foliorum brevissimorum vaginantium vel plane vagina destitutorum exentibus et ima parte ochrea brevissima obtusa, saepe apice villosa obvolutis. Squamae in amento masculo oblongae, obtusiusculae, ut in foemineis nervo lato viridi; in aliis individuis saturate, in aliis dilute purpureae. Fructus apice obtuso hiantes. In fruticeto extra Bogdanowka. Floret Aprili.

1134. *C. flava* amento masculo trigono flavescente, foemineis ovatis approximatis incluse pedunculatis, squamis acutis, pistillis patulis, fructibus ovatis rostratis flavis, rostro recto patente bifido, foliis floralibus laxis. B. Willd. p. 268. n. 128. var. β .
C. patula spica mascula oblonga trigona, foemineis ovatis approximatis, pistillis patulis, capsularum rostris rectis reflexisve.

foliis floralibus laxis. Host. Gram. I. p. 48. t. 64.

Radix lignescens, fibris plurimis firmata, densum foliorum culmorumque caespitem promens, perennis. Culmus erectus, glaber, striatus, inferne trigonus, superne triquetus et ad angulos laevis; florifer tri vel quadriuncialis, fructifer plerumque pedalis. Folia mollia, carinata, striata, ad oras carinamque aspera, facie ad lentem rugosula. Amentum masculum unicum, oblongum, perfecte trigonum; foeminea 2 — 3 quandoque 4, florentia elliptica vel ovata, ventricosa; superiora approximata, omnia insidentia pedunculis hinc planis, illinc convexiusculis, a vagina foliorum floralium egredientibus; inferioribus longioribus basi tantum, reliquis brevioribus integris ochrea membranacea albida vestitis. Squamae elliptico-oblongae, in amento masculo obtusae; aliae dorso convexiusculae atque laeves; aliae compressae et carina apicem versus scabrae, albidae, superne flavescentes; in foemineis acutae, breviores, omnes dorso convexiusculae laevesque, pallidiores; demum superne ad latera spadiceae. Germen squama sua longius. Fructus trigoni, striati, glabri, in rostrum margine scabrum desinentes, superiores erecti, medii patentibus, basin amenti occupantes rostro reflexo. In pratis uliginosis sat frequens. Floret Majo.

1135. *C. Oederi* amento masculo trigono spadiceo, foemineis globoso-ellipticis subsess.

silibus subconfertis, rostro recto brevi bifido, foliis floralibus suberectis, B.

C. spica mascula oblonga trigona, foemineis subsessilibus confertis, capsulis rostratis, rostro recto, capsula brevior. Host. Gram. I. p. 49. t. 65. Car. flava rar. Willd.

Radix fibrosa, plurimos foliorum fasciculos culmosque protrudens, perennis. Culmus subtrigonus, striatus, laevis, erectus vel intortus: florens sesqui-quadripollicaris; fructifer parum longior. Folia canaliculata, striata, glabra, margine carinaque aspera. Amentum masculum unicum, oblongum: foeminea 2 — 4, primo elliptica, dein subrotunda, saepius uno alterove flore masculino terminata; modo magis conferta, infimo solum parum remoto; modo omnia remota longiusque pedunculata, pedunculis striatis, glabris, inferne ochrea membranacea acutiuscula amictis. Squamae glabrae membranaceae, superne flavescentes vel spadiceae, saepius totae, praecipue amentorum foeminae albicantes, acutae, nervo saepius in aristas brevem prolongato. Fructus trigoni, patentes, squamis longiores, rostro utriculo brevior, margine aculeis minutissimis exasperato. Leopoli in locis humidis collium inter S. Sophiam et fontem martialem. Cracoviae in similibus ad S. Bronislawam. Floret tota aestate, culmi enim continuo novi propullulant.

1136. *C. fulva* amento masculino cylindraceo-purpurascente, foemineis oblongis distantibus.

tibus, suprema brevissime incluse pedunculata; fructibus ovatis rostratis bidentatis squama ovata lateribus ferruginea majoribus. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis tribus oblongis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, stigm. 3, fructibus ovato-ellipticis rostratis bidentatis squama ovata obtusa majoribus. Willd. p. 270. n. 130. *C. distans.* Host. Gram. I. p. 57. t. 77.

Radix lignescens, fusca, subrepens, fibris plurimis capillata. Culmi striati, triquetri, superiore parte ad angulos scabri; alii erecti, alii adscendentes; alii apice tantum inclinati; florentes spithamales circiter, fructiferi pede longiores. Folia canaliculata, glabra, acuminata, apicem versus tam carina quam margine scabra. Amentum masculum obtusum, utrinque tamen parum attenuatum, basi squama latissima, obovata cincta; squamis obovatis, superioribus tamen angustioribus, margine et dorso pallidioribus: foeminea oblonga, erecta; florifera acuta subtrigona; fructifera remotissima, duo, tria, pedunculis gracilibus scabriusculis, una parte ochrea membranacea oblonga amictis insidentia; pedunculo uno alterove inferiori longiorie vagina folii floralis exeunte; supremo brevi et bractea oblonga vaginante, membranacea, ampla, in foliolum tenue scabrum desinente, stipato. Squamae late ovatae, acutiusculae, purpurascenti-ferrugineae, margine spadiceo.

dorso trinerves, nervis approximatis viridibus. Antherae acutae, apice pilis binis terminatae. Fructus ovati, glabri, multinervi, dorso convexi, facie planiusculi, in rostrum margine scabrum desinens. In pratis hinc inde. Floret Majo.

1137. *C. distans*, amento masculino cylindrico spadiceo, foemineis ellipticis remotis; suprema incluse pedunculata; fructibus ovatis breviter acuminatis bicuspidatis squamam ovatam mucronatam lateribus ferrugineam subaequantibus. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis tribus ovatis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, stigm. 3. fructibus ovatis acuminatis bicuspidatis squamam ovatam acuminatam subaequantibus. Willd. p. 271. n. 131.

Radix fibrosa, lignescens. Culmi pedales, aut sesquipedales, suberecti, debiles, triquetri, angulis superne solum scabriusculis. Folia breviter plana, margine aspera. Amentum masculinum obtusum, utrinque attenuatum, squamis obovatis, obtusis, superioribus angustioribus, infima latissima, sterili: foeminea 2, 3, raro 4, distantia, erecta, pedunculata, pedunculis glabris e vaginis foliorum floralium exeuntibus; inferioribus exsertis, suprema incluso, squamis ovatis obtusis, imo emarginatis, nervo producto mucronatis, margine spadiceis, trinerviis, nervis viridibus, approximatis, carinatis, ca-

rina saepius scabra. Fructus squamis vix longiores, ovati, nervosi, glaberrimi, breviter rostrati, bifidi, angulis et rostro laevissimis. In pratis humidiusculis. Floret Majo.

1138. *C. Schraderi* amento masculino oblongo fusco-purpureo, foemineis remotis, superioribus subsessilibus, fructibus late ovatis brevissime acuminatis bicuspidatis squamam oblongo lanceolatam aristato aequantibus, fol. latis culmoque acute triquetro scabris. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis tribus remotissimis, binis superioribus sessilibus, infima pedunculata, stigm. 3. fructibus ovato-acuminatis bicuspidatis, squamam oblongo-lanceolatam aequantibus Willd. Sp. pl.

Radix repens, extus fusca, fibris plurimis firmata. Culmi erecti. 1 — 2 pedales, erecti, acute triquetri, angulis scaberrimis. Folia 2 — 3 lineas lata, stricta, margine et carina scabra; culmea ipsum vix ultra dimidium vestientia, basi vaginantia; floralia subsessilia; infimo culmum superante, spithamaeo; reliquis multo minoribus; adeo, ut summum vix pollicem aequet; mox basin versus transverse corrugata. Amentum masculinum semipollicare, obtusum, squamis oblongo-lanceolatis acutis infimis et summis aristatis. arista scabra. Foeminea 3 — 4 oblonga; florifera cylindracea, 1/2 — 3/4 pollicis aequantia; summa brevissima. M. e.

bris basi ochrea brunneo-marginata, vestitis insidentia, quorum superiores brevissimi absconditi, infimis exserte pedunculatis. Squamae oblongo-lanceolatae, nervo producto aristatae, arista carinaque scabra, coloris ejusdem. Fructus subrotundo-ovati, in rostrum brevissimum, bicuspidatum attenuati, glaberrimi, caesii, nervosi, basi trigoni, superne compressi, facie planiusculi, includentes nucem obovatam trigonam. In pratis uliginosis Leopoli. Floret Majo.

1139. *C. panicea* amento masculino purpureo viridique vario, foemineis linearibus remotiusculis, supremo subincluse pedunculato, fructibus inflatis obtusiusculis ore integris, squama ovata majoribus, culmo teretiusculo, foliis glaucis, apice carinatis. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis subbinatis remotiusculis, suprema subincluse pedunculata, infima longe pedunculata, stigm. 3, fructibus ovatis obtusis, squama ovata majoribus. Willd. p. 280. n. 150. Host. gram. 1. p. 59. t. 79.

Radix repens, albida, squamis fuscis hinc inde tecta, ad foliorum culmorumque exortum fibras plurimas emit ens. Culmi incurvi, adscendentes, aut erecti, subtrigoni, ad angulos, nisi inter amenta, ubi asperiusculi sunt, glabri, striati; in planta florente 3, 4 pollicum; fructiferi multo altiores. Folia glabra, superne margine et carina scabra, concava, a basi ad medium usque non carinata, su-

prema parte triquetra. Amentum masculum oblongum, subclavatum, plerumque unicum, rarius duo; foeminea modo unicum; modo duo; raro tria; singulum vel gemina ex axilla foliorum egredientia; omnia triquetra, acuta, angusta, saepe aliquot flosculis masculis terminata, insidentia pedunculis hinc planis; illinc convexiusculis, ima parte ochrea candicante, truncata obvolutis. Squamae glabrae, obtusae, dorso virides, in amento masculino oblongae; in foemineis acutiusculae, margine tenui, fusco. Amentum masc. basi habet saepius bracteam ovatam, mucronatam, dorso viridem, lateribus brunneam, margine scarioso. Fructus maturi nigricantes, basi compressi, superne inflati, extrorsum (infra apicem) in rostrum brevissimum, indivisum desinens. In pratis humidis. Floret Aprili, Majo.

β. amentis foemineis omnibus exserte pedunculatis, pedunculis variae longitudinis.

aa. omnibus bracteis instructis.

C. digitata (fructifera.)

bb. infimis foliis suffultis.

1140. *C. pallescens* amento masculino flavescente, foemineis pedunculatis cernuis cylindraceis, fructibus obovato-oblongis obtusis, squamam ovatam cuspidato-mucronatam albidam aequantibus, bracteis foliaceis, folisque pubescentibus. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis subternis pedunculatis cernuis ellipticis,

stigm. 3, fructibus obovato-oblongis obtusis squamam oblongam cuspidato-mucronatam aequantibus, foliis pubescentibus. Willd. p. 291. n. 174. Host. Gram. I. p. 55. t. 74.

Radix lignosa, fusca, plurimis firmata fibris, perennis. Culmus erectus, glaber, triquetus, superne ad angulos scaber, inferne laevis; florifer pedalis circiter; pede altior post florescentiam. Folia canaliculata, pallide viridia, ad oras carinamque scabra; adultiora glabra; floralia brevia, amenta tamen superantia et plerumque rugosa. Vaginae striatae, brevissimo villo consitae. Amentum masculinum unicum, oblongum, triquetrum, acutum, erectum. Amenta foeminea 2 — 3, subcylindrica, saepe uno alterove flosculo mare terminata, insidentia pedunculis scabris striatis, basi ochrea brevissima membranacea, acutiuscula vestitis; suprema elliptica erecta; reliquis floriferis erectis, fructiferis cernuis, rarius pendulis. Squamae membranaceae, dorso convexiusculae; in amento masculo oblongae, acutae vel obtusae. Fructus oblongi, nitidi, striati, apice brevissimo indivisoque rostro donata. In fruticetis et humidis. Floret Aprili, Majo.

1141. *C. pilosa* amento masculo clavato rufo-purpureo, foemineis filiformibus distantibus, fructibus rostratis, ore membranaceo obliquo emarginato, squama ovata margine purpurascente majoribus, foliis latis; radicalibus plicatis ciliatis. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis subternis distantibus, binis inferioribus remotis, stigm. 3, fructibus ovatis rostratis, ore membranaceo obliquo emarginato, squama ovata majoribus, foliis ciliatis. Willd. p. 278. n. 146. Host. Gram. I. p. 58. t. 78.

Radix valde repens, squamis oblongis tecta, fibras ramosissimas per intervalla spargens, perennis. Culmi striati, foliorum vaginis tecti, subtriquetri, ad angulos saepius pilis brevibus, mollibusque inspersi; alii semipedales; alii pedales; multi pede longiores. Folia canaliculata, basi angustata, ad oras et carinas (unam nempe subtus et duas plicis superne formatas) aculeis scabra, pilisque brevibus et dorso et facie inspersa; juniora mollia, pallide viridia; adulta dura, saturate viridia; culmea brevissima et erecta; radicalia dein culmo longiora, deflexa aut terrae adpressa. Vaginae glabrae. Ligula brevis obtusa. Amentum masculinum unicum. foeminea 1 — 3, florentia linearia, saepe uno alterove flore masculo terminata, erecta, a se invicem et a masculo remota, ex axillis foliorum floralium exeuntia, pedunculis longis, striatis, glabris, subtrigonis insidentia. Squamae glabrae, laeves; in amento masculo arcte imbricatae, oblongae obtusiusculae et quo apice viciniore, eo angustiores; in amentis foemineis ovatae, acutae, compressae, alternae, remotae. Fructus glabri, patentes, apice recurvato. Leopoli in locis umbrosis horti jaculatorii aliisque sylvis. Floret Aprili.

1142. *C. Michellii* amento masculo obovato flavescente, foemineis remotis, inferiore exserte pedunculato, fructibus ovatis inflatis longe rostratis bicuspidatis squama cuspidata albida longioribus, culmo trigono senescente protrato. B.

C. spica mascula solitaria subovata, foemineis subbinis remotiusculis, infima exserte pedunculata, stigm. 3, fructibus obovatis ventricosis rostratis bicuspidatis glabris, squamam oblongam subaequantibus. Willd. p. 277. n. 143. Host. Gram. p. 54. t. 72.

Radix repens, fusca, squamis oblongis striatis tecta, fibris copiosis aucta. Culmus erectus, striatus, glaber, subtrigonus, tantum superiori parte ad angulos scaber; florens spithamalis; fructifer longior. Folia canaliculata glabra, culmo breviora ad oras et carinam scabra, omnia vaginata. Amentum masculum unicum: foemineum acutum, multiflorum; angustius multo masculo, aut unicum aut duo, insidentia pedunculis ex vaginis foliorum floralium excurrentibus, circa basin ochrea propria membranacea, acuminata obvoluto. Squamae oblongae, membranaceae, glabrae; in amento masculo inferiores obtusiusculae, cum brevi acumine; superiores angustiores, acutae; foemineae ovatae, apice in cuspidem elongatae, atque ad oras aculeis scabrae. Fructus subtrigoni, striati, erecti. — Leopoli in locis arenosis collium sitorum inter vias ad

Steinernen-Wirthshaus et Winniki. Floret Aprilis.

1143. *C. Drymeia* amento masculo flavescente, foemineis filiformibus pedunculatis, florentibus erectis, demum pendulis, fructibus ovatis rostratis bifidis, squamam ovatam membranaceam albidam cuspidatam subaequantibus, culmo subtriquetro laevi. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis quaternis remotis filiformibus pedunculatis cernuis, stigm. 3, fructibus ovatis rostratis bifidis, squamam ovatam membranaceam mucronatam subaequantibus Willd. p. 296. n. 182. C. sylvatica. Host. Gram. I. p. 62. t. 84.

Radix crassa, ramosa, fusca, fibris validis firmata, perennis. Culmi floriferi erecti, semipedales circiter; fructiferi 1 1/2 pedales, saepe 2 pedibus longiores, apicem versus inclinati, quandoque toti arcuati. Folia canaliculata, glabra, ad oras et superiorem carinae partem aspera. Vaginae glabrae, laeves. Amentum masculum unicum, oblongum, erectum, tenue; foeminea plura elongata, insidentia pedunculis filiformibus scabris, circa basin vaginula acuta vestitis et ex axillis foliorum floralium orientibus; inferioribus duobus longissimis; reliquis, amento masc. vicinis brevibus. Squamae oblongae, membranaceae, albae vel apicem versus flavescentes, ima parte angustiores; in amento masculo laeves, dorso convexiusculae; inferiores acutae, superiores obtusiusculae; in

amentis foemineis omnes acutae, imo cuspidatae, compressae, carina scabrae; inferiores remotae, reliquae approximatae. Fructus subtrigoni, glabri. Leopoli in sylva Krzywczycensi infra fontem. Floret Majo.

1144. *C. Pseudocyperus* amento masculino ovato cernuo, foemineis cylindricis, florentibus erectis, dein pendulis, fructibus lanceolatis bicuspidatis reflexis squamam setaceam aequantibus, culmo triquetro, foliisque supra scabris. B.

C. spica mascula solitaria, foemineis quaternis geminatis pedunculatis pendulis cylindricis, stigm. 3, fructibus ovato-lanceolatis bicuspidatis reflexis, squamam ovatam aequantibus. Willd. p. 295. n. 1801. Host. Gram. I. p. 63. t. 85.

Radix fibris longissimis validisque composita, perennis. Culmus erectus, striatus; florens pedalis; fructifer sesquipedalis et altior. Folia canaliculata, e flavescenti viridia, ad oras carinamque scabra; facie aspera et rugulis minutissimis consita. Amentum masculum subtrigonom, nutans, non procul a basi foliolo angustissimo atque scabro stipatum; in aliquibus culmis flosculis aliquot foemineis terminata. Amenta foeminea 3-4, saepe plura, saepe pauciora, oblonga, acuta, insidentia pedunculis flexuosis, scabris, triquetris, ex axilla foliorum angustissimorum egredientibus, basi ochrea brevi, acutiuscula, apice serrulata amictis; florentia e-

recta; fructifera pendula. Squamae lanceolatae, cuspidatae, lateribus albidae, superiore parte ad oras aculeis exasperatae; in amento masculino longiores et inferne latiores; in foemineo breviores angustioresque. Fructus nitidi, striati. Leopoli ad latera stagni versus Wolka siti. Floret Aprili, Majo.

* Per exceptionem *C. Oederi*, flacca, vesicaria, ampullacea, et hirta huc sunt referendae, si prima amenta foeminea omnia fert pedunculata, et reliquae unico solum amento masc. comparent.

2. Amentis masculis pluribus.

a. amentis foemineis superioribus sessilibus, foliis floralibus instructis.

1145. *C. filiformis* amentis masculis subgeminatis, foemineis oblongis subsessilibus distantibus, fructibus ellipticis bifurcatis hirtis squamam oblongam cuspidatam purpuream superne ciliatam superantibus, culmo gracili, foliis angustis longissimis, apice triquetris compressis. B.

C. spicis masculis geminatis, foemineis geminis ovato-oblongis sessilibus distantibus stigm. 3, fructibus ellipticis bifurcatis lanatis squamam oblongo-lanceolatam subaristatam aequantibus. Willd. p. 303. n. 197. Host. Gram. I. p. 63. t. 86.

Radix crassa, teres, lignescens, squamis fuscis, oblongis acuminatis, ut culmorum fo-liorumque basis tecta, fibris plurimis inter se intricatis, barbata, valde repens. Cul-

mus erectus, striatus, glaber, apice incurvatus, suprema tantum parte nudus atque ad angulos scaber, reliqua parte teres et foliorum vaginis vestitus; florens 2—3 pedalis; longior post florescentiam. Folia longissima, molliuscula, erecta, striata, glabra, facie canaliculata et glauco-albida; inferiori dorsi parte convexa; praecipue exteriora; superiori parte carinata et carina margineque aculeis exasperata, apicem versus in cuspidem longissimam, extremitate sua compressam, attenuata. Ligula brevissima, obtusa, bifida, glabra. Amenta mascula cylindrica, acuta, apice triquetra, horizontalia aut pendula, in aliis culmis duo; unicum in aliis; terminale longissimum; altero (inferiore) brevior, sessili, bractea oblonga, dorso viridi, margine fusca, membranacea, apice in foliolium scabrum desinente, stipata. Amenta foeminea duo, erecta, acuta, semper oblonga; florentia subtrigona, lateribus convexa, pedunculata, pedunculis glabris, laevibus, ex axilla folii brevissimi prodeuntibus et basi squama oblonga, obtusa, ex fusco, purpureo et viridi varia, apice ciliata amictis. Squamae oblongae, basi angustatae, florentes ciliatae. Fructus facie plani, dorso convexi, in rostrum brevissimum attenuati. In paludosis, aquis stagnantibus, turfosus. Floret Aprili, Majo.

1146. *C. paludosa* amentis masculis oblongis brunneo-purpureis, medio maximo, foemineis erectis cylindricis gracilibus, inferio-

ribus pedunculatis, fructibus ovatis nervosis bidentatis, squama ovato-lanceolata aristata latioribus, culmi angulis, acutissimis foliisque latis, margine scaberrimis, B.

C. spicis masculis binis, foemineis ternis erectis cylindraceutis attenuatis, inferioribus pedunculatis, stigm. 3, fructibus ovatis nervosis, tridentatis, squama lanceolata aristata latioribus eamque aequantibus. Willd. p. 305. n. 200. Host Gram. 1. p. 68. t. 92.

Radix teres, valde repens, squamis lanceolatis tecta, fibris validis firmata. Culmi floriferi 1—2 pedales, fructiferi duplo altiore, erecti, inferne foliosi. Folia densa, culmos florentes aequantia, carinata, subacuta, ad marginem et angulum dorsalem valde aspera; inferiora externa squamosa, brevia; culmea vaginantia. Amenta mascula 2—4, erecta vel parum incurva, modo obtusa, modo acuta, inferiora saepius ad basin aliquot foemineis flosculis donata; foeminea 2—5, longa, obtusa, basi attenuata; florentia erecta; fructifera inferiora quidquam inclinata. Folia floralia inferiora vaginantia, culmum superantia; superiora gradatim minora et sessilia. Squamae glabrae, laeves, margine leviter membranaceae, in masculis oblongo-lanceolatae; modo obtusae, modo acutae aut nervo mucronis adinstar prolongatae; foemineorum basi latiores, apice cuspidato-aristatae. Fructus ovato-triquetri, obtusi, sordide purpurei, in rostrum breve, bidentatum terminati, dentibus brevibus subconniventibus

bus. In paludosis, ad magines staguorum
alibique. Floret Majo.

β. amentis foemineis omnibus pedun-
culatis, foliis floralibus suffultis.

1147. *C. flacca* amentis masculis subge-
minatis, foemineis cylindricis pedunculatis
demum pendulis, foliis floralibus subsessili-
bus, fructibus obovato-globosis obtusis sca-
briusculis, squamam ovato-cuspidatam por-
puream aequantibus, foliis dorso glaucis. B.

Host. Gram. I. p. 66. t. 90.

C. recurva, spicis masculis subgeminatis
foemineis cylindricis subternatis peduncula-
tis pendulis, stigm. 3, fructibus ellipticis ob-
tusis scabriusculis squamam ovato-cuspidatam
aequantibus. Willd. p. 298. n. 186.

Radix repens, squamis oblongis tecta,
fibris firmata, perennis. Culmus erectus tri-
queter, ad angulos scaber, apice inclinatus;
florifer semipedalis; fructifer pedalis et pe-
de longior. Folia canaliculata margine et ca-
rina aspera, facie pallide viridia. Amenta
mascula 2—3, rarius unicum, oblonga, acu-
ta, subcylindrica, supremum longissimum,
reliqua ex axilla bractee oblongae aphyllae
vel in tenuissimum foliolum terminatae pro-
deuntia, pedunculisque brevibus, ochrea bre-
vi vestitis, insidentia. Amenta foeminea
longa, tenuia, basin versus magis attenuata,
apice floribus masculis terminata, pedunculis
compressis, circa basin ochrea brevissima
purpurascens amictis, prius rectis, dein

pendulis, instructa. Squamae glabrae, laeves,
obtusae, saturate purpureae; in amentis mas-
culis oblongae, inferiores ampliores, obtusae;
in foemineis ampliores et breviores. Fructus
ventricosi, punctis elevatis inspersi, ex pur-
pureo rutilante et fusco varia, margine acu-
leis scabra. In uliginosis, palustribus. Flo-
ret Aprili, Majo.

1148. *C. vesicaria* amentis masculis spa-
diceo-purpurascens, squamis margine pal-
lidis, foemineis pedunculatis oblongis, infe-
rioribus demum nutantibus, fructibus oblon-
gis inflatis rostratis squama lanceolata mayo-
ribus, culmo acute triquetro. B.

C. spicis masculis tribus, foemineis sub-
geminis pedunculatis cylindricis, stigm. 3,
fructibus oblongis inflatis rostratis bicuspi-
datis squama lanceolata majoribus, culmo
acute triquetro. Willd. p. 307. n. 204. Host.
Gram. I. p. 72. t. 98.

Radix repens, alba, per intervalla squa-
mis oblongis, fuscis tecta, fibras plurimas pro-
mens. Culmi striati, glabri, triquetri, ad an-
gulos asperi, erecti toti aut tantum apice in-
clinati, florentes pedales vel sesquipedales;
fructiferi multo longiores. Folia latiuscula,
canaliculata, glabra, facie minutissime cris-
pata, ad oras et superiorem carinae partem
scabra. Amenta mascula 2—3, subtrigona,
acuta; terminali longissimo, inferioribus ba-
si foliolo brevi, tenui, scabro stipatis; foemi-
nea florentia triquetra, basi attenuata, 2—4,

insidentia pedunculis compressis, striatis, circa basin, ut pedunculi amentorum masculi ochrea brevi, obtusa, membranacea vestitis, pedunculo uno alterove inferiore nutante. Squamae oblongae, glabrae, acutae, amentorum mascul. longiores latioresque; in foemineis angustissimae, pallidiores. Fructus glabri, nitidi, striati, flavescens, patentes, in palustribus. Floret Majo.

1149. *C. ampullacea* amentis masc. spadiceo-purpurascens, squamis albidomarginatis, foemineis cylindricis pedunculatis erectis, fructibus octofariam imbricatis subglobosis inflatis rostratis bifurcatis, squama lanceolata majoribus, culmo obtuse trigono. B.

C. spicis masculis tribus, foemineis binis cylindraceis breve pedunculatis erectis, stigm. 3, fructibus subglobosis inflatis rostratis bifurcatis squama lanceolata majoribus, culmo obtuse triquetro. Willd. p. 308. n. 206. *Host. Gram. I. p. 73. t. 99.*

Radix crassa, valde repens et ramosa, squamis fuscis obvoluta, fibris plurimis firmata. Culmi erecti, striati, glabri, tantum ad spicarum exortum uno, alterove angulo scabriusculi, florentes 1—1½ pedales; fructiferi altiores. Folia canaliculata, glabra, culmo longiora, marginē carinaque scabra, pallide vel laete virida, apice longissimo et cuspidate triquetra terminata. Amente mascula 2—3, quandoque 4, erecta, cylindrica terminali longissimo; infimo breviter pedun-

culato, ex axilla folii brevis, angustissima, scabri egrediente; reliquis sessilibus, basi bractea oblonga, fusca, membranacea stipatis: foeminea 2—3 erecta, cylindrica, longa, pedunculata, pedunculis inaequalibus, striatis, laevibus, ima parte ochrea brevi, obtusa, membranacea, ut pedunculus amenti masculi infimi, vestitis; pedunculo infimo longissimo, plerumque circa medium aut apicem una alterave squama tecto. Squamae oblongo-ovatae in masculo; in foemineo amento lanceolatae, acutae. Fructus inflati, glabri, laeves, patentes, rostro brevi donati. Cum praecedente habitat et floret.

1159. *C. hirta* amentis masculis subbinis purpurascens viridique variis pubescentibus, foemineis oblongis remotis pedunculatis, fructibus oblongis acuminatis bicuspidatis hirtis, squama ovata aristata lateribus purpurascente majoribus, vaginis foliisque subhirtis. B.

C. spicis masculis binis, foemineis tribus oblongis remotis, inferioribus breve pedunculatis, stigm. 3, fructibus oblongis acuminatis hirtis, bicuspidatis squama oblonga aristata majoribus, vaginis foliisque subhirtis Willd. p. 311. n. 211. *Host. Gram. I. p. 71. t. 96.*

Radix fusca valde ramosa et repens, squamis oblongis tecta, fibris plurimis firmata. Culmi, foliosi, triquetri, erecti aut adscendentes; tantum superiore parte nudi, pilis raris brevibusque inspersi et ad angulos sca-

bri; caeterum vaginis tecti, glabri et laeves; aliqui triunciales; alii semipedales; fructiferi pede multo longiores. Folia canaliculata, pilosa, pallide viridia, margine carinaque scabra, apicem versus attenuata triquetraque. Vaginae subvillosae. Amenta mascula 2—3, rarius 1, oblonga, tenuia, acuta, terminali longissimo respectu reliquorum: foeminea oblonga, gracilia, acuminata, remota, pedunculata, pedunculis illinc convexis, hinc planis; superne pilosis; inferne ochrea oblonga membranacea, alba, truncata obvolutis et ex vaginis foliorum superiorum culmi partem occupantium, exeuntibus. Squamae superiore dorsi parte pilis consitae, in amento masculo oblongae, lateribus purpurascentes margine et basi albicantes, dorso virides: infima bracteaeformis, foliolo setaceo terminata; in foemineis ovatae, cuspidatae, albae, ciliatae, carina scabrae. Fructus inflati, dorso convexi, facie planiusculi. In humidis, arenosis. Floret Aprili, Majo. Frequentissime Pharmacopaeas C. arenariae loco intrat. —

* C. panicea occurrit saepius amentis masculis duobus; tuncque hic locum occupat.

Tetrandria.

CCCXC VII. ALNUS. Tournef.

1151. *A. glutinosa* foliis subrotundo-cuneatis obtusis subretusis glutinosis, axillis venarum subtus villosis. Willd. *Betulae Alnus, L.*

Arbor 4—6 orgyrum. Rami tortuosi, glabri, patentes, breves. Folia rotundata, obtusissima, imo retusa, serrata; axillis venarum antice villosis. Stipulae ellipticae, obtusae. Pedunculi ramosi. Corolla alba, e lamellis obtusis, tenuibus, basi cohaerentibus. Antheae oblongae, didymae 3—4. In uliginosis et paludosis. Floret Aprili.

1152. *A. incana* foliis ellipticis acutis, subtus pubescentibus, axillis venarum nudis, stipulis lanceolatis, Willd. *B. incana L.*

Arbor similis praecedenti. Folia subtus incana biserrata, serraturis anticis majoribus, argute serratis. Petioli saepius rubri. Pedunculi ramosi. In sepibus pagi Rybaki prope Cracoviam. In sylvis inter Drobobicz et Truskawiec frequentissima. Floret Aprili.

CCCXC VIII. URTICA. Tournef.

1153. *U. urens* foliis oppositis subquinquenerviis (serratis), spicis subsimplicibus. Smith. Willd. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 70. Flor. Dan. t. 739.*

Herba laete virens, setis urentibus undique adpersa, Spicae raris floribus, axillares, petiolis plerumque breviores. In cultis, oleraceis. Floret aestate. *)

*) Ob flores sessiles spicam appellari inflorescentiam in definitione.

1154. *U. dioica* foliis oppositis cordatis (serratis), spicis ramosissimis geminis subdioicis. SMITH. WILLD.

Planta perennis, urens. Folia cordata, acuta, serrata. Spicae paniculatae, petiolis longiores. Flores dioici (androgynos Cl. Smith, Hoffmann et alii viderunt). In sylvaticis, umbrosis humidis. Floret Julio, Augusto.

Pentandria.

CCCXCVIII. AMARANTHUS. Linne.

1155. *A. Blitum*, glomerulis triandris subspicatis, floribus triphyllis, foliis ovatis retusis; caule diffuso. WILLD.

Magnitudine valdopere variat. In humidis graminosis caulis erectus, vix spithameus; in oleraceis caulis pedalis, diffusus, saepe procumbens. Flores inconspicui. Floret Julio, Augusto.

Polyandria.

CCCCI. CERATOPHYLLUM. Linne.

1156. *C. demersum* foliis dichotomo-biginis, fructibus trispinosis. WILLD.

Planta natans, aquae immersa. Caules tenues ramosi. Folia verticillata, octona, dichotoma, sursum arcuata, laciniis linearibus canaliculatis, dorso dentatis spinulosis. Flores axillares, solitarii, sessiles. Fructus secundum Cl. Smithii observationem, ellipticus, teres, spina recta, longissima termi-

nali, duabusque basin versus brevioribus, divaricatis; longitudine maxime variantibus. In fossis frequens. Floret Julio — Septembri.

CCCC. MYRIOPHYLLUM. Linne.

1157. *M. spicatum* foliis omnibus pinnatis capillaceis, spica terminali verticillata nuda. WILLD. *Flor. Dan. t. 618.*

Caulis cum foliis immersus, inflorescentia emersa, erecta. Verticilli superiores masculi rubro-lutei; inferiores foeminei. In stagno pagi Lelechowka et aliis. Floret Julio.

1158. *M. verticillatum* foliis pinnatis capillaceis, superioribus pectinato-pinnatifidis, floribus axillaribus verticillatis. WILLD. *Fl. Dan. t. 1046.*

Foliorum superiorum laciniae respectu inferiorum brevissimae. Flores intermedii saepius hermaphroditi; summi masculi, infimi foeminei. In aquis stagnantibus Cracoviae. Floret Julio.

CCCXCIX. SAGITTARIA. Linne.

1159. *S. sagittifolia* foliis sagittatis acutis. L. WILLD. *Flor. Dan. t. 172.*

Folia forma variant; modo lobi re-et extrorsum porrecti, aequales parti anteriori, lanceolati, acuti sunt; modo lineares in submersis. In varietate minore lobi breves sunt, postice solum porrecti parte anteriore oblonga, obtusiuscula. Flores speciosi albi, genitalibus atro-purpureis, rubore quoque

per basin petalorum diffuso, in scapo erecto verticillati, pedunculis ternis: inferiores foeminei; superiores masculi. Varietas minor jam a Schwenkfeldio Leopoli observata, copiose in fossis ad viam versus Kolikow. Cracoviae in inundatis ad Vistolam. Jaroslaviae Circ. Przem. ad Fl. San. Floret Julio, Augusto.

CCCCII. POTERIUM. Linne.

1160. *P. Sanguisorba* inerme, caulibus subangulosis (basi petiolisque supra hirsutis, calyce triphylo), WILLD. *Curt. Lond. fusc.* 2. t. 64.

Similis habitu Sanguisorbae officinali. Caulis circiter pedalis et altior. Folia cum impari pinnata, 6—8 juga, foliolis radicalium subrotundis, caulinarum superiorum oblongo-lanceolatis. Rami pauci, nudi, circa medium caulis orti, terminati capitulis ellipticis atro-rubente-viridibus. Flores superiores foeminei, inferiores masculi, pistillis imperfectis abortivis, perfecte hermaphroditis saepius immixtis*) In collibus asperis apricis. Floret Junio, Augusta,

*) Differt a nostra *P. polygamum* Waldst. et Kit. ei proximum caule duplo altiore nudo; foliis 10—12 jugis, foliolis supra atro-viridibus, subtus glaucis, serraturis majoribus, obtusioribus: petiolis nudis;

CCCCIV. QUERCUS. Linne.

1161. *Q. Robur* foliis oblongo-obovatis, basi attenuatis petiolatis sinuatis, lobis rotundatis, pedunculo fructifero brevissimo, fructibus ellipticis B. WILLD.

Arbor alta, venerabilis longaevitae sua. Folia alterna, forma variantia; modo magis minusque sinuata, modo oblongo-elliptica; plerumque tamen parum acutiuscula, basi in petiolum attenuata, nunquam cordato-auriculata. Spicae masculae pendulae, floribus remotis sessilibus. Flores foeminei, axillares 3—5 sessiles in pedunculo brevissimo. R. Kluk cum sequente qua varietate conjungit. Cracoviae in sylva Bielany. Floret Majo tempore foliationis. Fructus Augusto maturant.

1162. *Q. pedunculata* foliis oblongo-obovatis obtusissimis, basi cordato-auriculatis, sinuatis, lobis rotundatis, subpetiolatis, pedunculo fructifero elongato, fructibus oblongis. B. WILLD. *Q. foemina. Fl. Dan. t. 1180.*

capitulis brevioribus, pluribus, brevius pedunculatis, ut racemum quodammodo, at rarum efforment, petalis viridibus albo marginatis; calyceque druphylo ciliato.

Arbor habitus praecedentis. Folia superne semper multo latiora, obtusissima, primaria in ramulis annotinis petiolata, petiolis ad 3 lineas longis, seriora fere sessilia. Spicae masculae ut in praecedente; foemineae pauciflorae, saepius 3 florum, strictae. Fructus ultra pollicem longi, in pedunculo communi sesquipollicari sessiles. Frequentissima in sylvis. Floret Majo ut prior. Fructus maturant Septembri, Octobri.

CCCCIII. FAGUS, Tournef.

1163. *F. sylvatica* foliis (elliptico)ovatis glabris obsolete dentatis, margine ciliatis. WILLD.

Arbor speciosa, cortice cinereo. Folia margine dense ciliata. Flores masculi in capitulis axillaribus, longe pedunculatis. Noces fuscae, triquetrae, acutae. In sylvis. Floret post foliationem Majo.

CCCCVII. BETULA, Tournef.

1164. *B. alba* foliis triangularibus acuminatis inciso-duplicato-serratis glabris, squamis amentorum foemineorum adpressis, strobilorum cylindricorum lobis lateralibus rotundatis. B. WILLD. cum. var. β . *B. pendula*. Roth.

Arbor speciosa, cortice trunci albo, papyraceo, ramulorum brunneo. Rami in arbore juniore erecti, cum ramulis penduli, in adultioribus. Folia juniora glanduloso punc-

punctata. Squamae amentorum foemineorum subrotundo-ovatae glabrae. Strobili penduli. In sylvis lucidis. Floret ante foliationem Aprili, Majo.

1165. *B. pubescens*, foliis cordato-triangularibus ovatisque, axillis venarum ramulisque junioribus pubescentibus, squamis amentorum foemineorum recurvis ciliatis, strobilorum cylindricorum lobis lateralibus rotundatis. B. WILLD.

Arborea, ramis adultioribus nudis, brunneis, albo-punctatis. Folia modo undique; modo subtus pubescentia, modo axillis solum venarum subtus subvillosis. Forma quoque variant; juniorum sunt profunde cordata, ovata, adultiorum triangularia, imo rhombeo-ovata. Squamae amentorum foemineorum ovato-oblongae recurvatae. Leopoli in turfosis et uliginosis inter Bogdanowka et viam versus Janow. Circa stagnum Janovense. Cracoviae in sylvula prope Geburow. Floret Majo.

1166. *B. oycoviensis* fruticosa, foliis ovatis acutis mucronato-serratis resinoso-punctatis glabris, squamis amentorum foemineorum patulis subnudis, strobilorum ellipticorum lobis lateralibus obtuse triangularibus. NOBIS.

Frutex bi-quadrupedalis, ramis ramulisque purpureo-brunneis, verrucis parvis punctisque albis, junioribus autem densissime
P. II. N.

punctis resinosis adpersis. Folia ovata, acuta, $\frac{3}{4}$ — 1 pollicem longa inaequaliter serrata, serraturis obtuse mucronatis; glabra, undique punctis resinosis adpersa; supra laete viridia, subtus pallidiora. Petioli breves, rubentes, flaccidi, glabri, uti in pluribus Betulis. Amenta foeminea in apicibus ramulorum brevium, patula. Strobili elliptici octo lineas circiter longi et quatuor in diametro metientes, cernui. Squamae cum samaris deciduae, triangulae, obsolete trilobae, postice truncatae, stipitatae ut in *B. alba*, lobis lateralibus oblique truncatis, medio duplo latioribus, extrorsum porrectis obtusiusculis; medio ovato, obtuse cuspidato, anteriori, lateralibus incumbente, apice patulo, samaras duas foventes, nuce obovata, planiuscula, spadicea, antrorsum nigro marginata, ala tenuissima, lata, antrorsum emarginata; versus basin angustata cincta, stigmatibus binis finiformibus, persistentibus coronata. Floret Majo. Nomen a valle pulcherima et plantis raris ditissima Oycowpetitum, ubi unice in declivibus ericetaceis non procul a Gebutow sitis a me visa est.

Nullatenus cum *B. carpathica* Waldst. et Kit. est confundenda, quae in alpinis, ubi jam *P. Pumilio* incipit, adhuc est arborae, folia, secundum specimina herbarii Inclyti Comitis a Waldstein, fert late cordata, grosse serrata, obtusa, et juniora forsitan penes amenta foeminea rhombeo-ovata, uli a

Cl. Willdenovio describuntur, atque *B. pubescenti* est affinis.

1167. *B. fruticosa* foliis subrotundo-ellipticis grosse serratis glabris, amentis foemineis oblongis, strobilis ellipticis erectis, squamarum lobo medio lineari elongato patulo. *B. Willd.* Pallas Flor. Ross. I. p. 62. t. 40. Ejusdem. Itin. III. Append. p. 758. n. 133. t. K. k. f. 1. 2. 3.

Frutex bi-quinquepedalis, ramis ramulisque cinereo-brunneis, albo-punctatis. Folia juniora plicata, subtus ad nervos ciliata; adulta nuda, elliptica. Amenta mascula cylindrica, laxa, fusca; foeminea oblonga, sessilia, erectiuscula. Strobili maturi erecti, elliptici, squamis trifidis, lobis lateralibus distantibus adscendentibus, oblique truncatis; intermedio lineari, lateralibus duplo longiore, truncato, patulo. Nuces stigmatibus duobus coronatae, elliptico-rhombeae compressae, ala angusta cinctae. Leopoli cum *B. pubescente*. Floret Aprili, Majo tempore foliationis.

CCCCVI. CARPINUS. Tournef.

1168. *C. Betulus* squamis strobilorum tripartitis subintegerrimis, laciniis lanceolatis, intermedia elongata. *Willd.*

Arbor mediocri, cortice laevi. Folia alterna, ovato-oblonga, inaequaliter serrata, nervosa, nervis parallelis. Amenta laxa; N. 2

masculina lateralia, spadicea, squamis apice ferrugineis; foeminea terminalia. In sylvis. Frondescentiae et florum tempus Majo.

CCCCVI. CORYLUS. Tournef.

1169. *C. Avellana* stipulis ovatis oblongis, foliis subrotundo-cordatis acuminatis, ramulis pilosis. SMITH.

Frutex orgyalis, raro trunco arboreo instructa. Folia subtus praecipue pubescentia, duplicato-serrata. Amenta masculina autumnopodeuntia primo vere fecundant stigmata purpurea e gemmis protuberantia. In sylvis et dumetis.

Monodelphia.

CCCCVIII. PINUS. Linne.

* Foliis persistentibus.

1170. *P. sylvestris* foliis geminis, strobilis ovato-conicis nutantibus folio brevioribus geminatis, amentis masculis ovatis circa ramulos imbricatis. B. Host. *Syn. (Rothföhre Austriacis.)*

Arbor alta; (dum fruticosa adhuc, nunquam fructificat;) junior pyramidalis, stricta; adultiorum, amissis ramis inferioribus, corona depressa, ramis flexuosis patentissimis. Folia gemina, basi vagina membranacea ex pluribus squamis constante, quarum duae extimae laterales basi alatae sunt, cincta, insidente squamae coriaceae brevi patulae persistenti; sunt autem linearia obtusiuscu-

la, pungentia, patula, facie plana, glaucescente et margine scabra, dorso convexa, laevia, sordide flavescenti-viridia, 2-3 pollices longa, $\frac{2}{3}$ - 1 lineae lata. Amenta mascula ovata, obtusa, plurima circa ramulos paulo infra gemmam imbricata, flavo-cinnamomea; foeminea solitaria, gemina, terminalia, pedunculata, statim, quamprimum comparent nutantia, elliptica, viridia, abeuntia in strobilos ligneos sessiles; (pedunculi non crescunt cum strobilis, imo maturante fructu breviores apparent;) laterales; (intercedit enim inter tempus antheseos et maturitatem spatium duorum annorum; hinc, ubi illo tempore gemmae fuerant, modo ramulos bennes inveniunt;) nutantes, sesquipollicem longos, brunescetes, ovato-conicos, basi rotundatos, tesselatos apicibus squamarum imbricatis, radiatis, medio cicatrisatis; superiorum circatrice medio aculeo parvo armata; inferiorum (cicatrice) instar mucronis crassi truncati elevata; in infimis recurvata. Singula squama samaras duas fovens, nuce tamen non cum ala connata; sed sulco solum ampliato foraminis in basi alae siti implexa.

An *P. nostra sylvestris* sit eadem cum Linneana valde dubito, nam strobili nunquam attingunt longitudinem foliorum.

1171. *P. Pumilio* foliis geminis (adpressis), strobilis ovatis (obtusis) erectis, truncis adscendentibus. WALDST. et KIT. *Pl. rar. Hung. II. p. 160. t. 149. Willd. sp. pl. (Krummholz Austr.)*

Fruticosa, trunco ad summum 5 pedali, ramis statim supra terram ortis decumbentibus, adscendentibus, trunco multo longioribus. Folia 1—1 1/2 pollicaria, obtusa, canaliculata, margine scabriuscula, conferta. Amentata mascula fere ut in praecedente; foeminea ovato-subrotunda, erecta, livida, in strobilos ligneos folia subaequantia, ovata, squamis plerisque mucronatis, abeuntia. In regione alpina montis Babia Góra. Floret aestate.

1172. *P. Pinaster* foliis geminis, strobilibus ovato-conicis patentissimis geminatis foliobrevioribus, amentis masculis cylindraceis terminalibus verticillatis, B. WILLD. (*Schwarzföhre Austr.*) *P. sylvestris*. Kluk.

Arbor similis *P. sylvestri* differt foliis confertioribus, magis pungentibus, asperioribusque 2 1/2 — 4 1/2 pollicaribus, profunde trite viridibus, amentis masculis cylindraceis, superne attenuatis, obtusis, circa gemmas terminales in verticillum positis, antherarum crista dilatata, cujus (characteris singularis) notitiam benevolentiae Cl. Schmidt Prof. Bot. in Academia Theresiana debeo, amentis foemineis ab initio erectis, solitariis, binis, ternis, quaternisve, strobilibus 1/3 longioribus, flaventibus, squamarum apicibus imbricatis, cicatrice retusa aculeo parvo aequae ac in *P. sylvestri* mucronata. In sylvis cum *P. sylvestri* Cracoviae observavit P. Floret Majo.

1173. *P. Abies* foliis solitariis (sub)tragonis (acutiusculis, ramis infra nudis,) stro-

bilis cylindraceis (pendulis), squamis rhombeis complanatis, margine repandis erosis. PERS. *Syn. P. Picca Du Roi*.

Truncus erectus, cortice cinereo-brunneo aut rubescente, squamuloso vestitus. Ramuli dependentes. Folia undique viridia, ramulorum paginam inferiorem non occupantia. In sylvaticis vallis Oycow. Penes Ecclesias ruthenicis per totam Galiciam orientalem colitur. Floret Majo.

1174. *P. Picea* foliis solitariis planis emarginatis pectinatis, squamis strobili (cylindracei) erecti obtusissimis adpressis. Ait WILLD. *P. Abies Du Roi*.

Truncus strictissimus, praealtus, cortico albo cinereo laevi. Folia ramulos undique vestientia bifariam disposita, supra atrovirentia nitida, subtus lineis duabus albis notata. In sylvis montosis, Floret Majo.

** *Foliis deciduis*.

1175. *P. Larix* foliis fasciculatis, strobilibus ovato-oblongis, squamarum marginibus reflexis laceris, bracteolis panduriformibus. WILLD.

Arbor alta, ramulis laxis, pendulis. Bractee strobilorum rubescentes, strobili junioris squama majores. In montosis sylvaticis, circa Duklam. E. C. Floret Majo.

CCCCIX. XANTHIUM.

1176. *X. Strumarium* caule iuermi, fo-

liis cordatis trinervatis. L. Flor. Dan. t. 970.

Caulis herbaceus, plerumque simplex. Folia tri-subquineloba, alterna. Flores aggregati terminales et in axillis foliorum superiorum. In fimetis, ruderatis, ad vias. Floret aestate.

CCCCXI. BRYONIA. Tournef.

1177. *B. alba* foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-punctatis scabris, floribus racemosis. Willd. Flor. Dan. t. 813.

Herba cirrhis scandens. Folia 5-7 lobata, lobis acutis, remote dentatis. Flores sordide flavescens. Filamenta basi coalita. Antherae approximatae, magnae. Baccae nigrae. In sepibus frequens. *)

CCCCX. SICYOS. Swartz.

1178. *S. angulata* foliis angulo obtuso cordatis quinquangularibus denticulatis scabris. Willd.

Planta cirrhis scandens. Flores masculi albido-flaventes racemosi; foeminei capitati. In sepibus et cultis; Leopoli etc. vulgarissima. An casu solo illud delata, an revera indigena, mihi ignotum est. Floret aestate.

*) Huic simillima *B. dioica* differt potissimum floribus dioicis et baccis rubris.

DIOECIA.

Monandria.

* *Salix Lambertiana*.

Diandria,

CCCCXII. SALIX: MASC. Cal. amentisquamata. Cor. nulla. Glandula baseos nectarifera. Stam. 1-5. FOEM. Cal. amentisquamata. Cor. nulla. Stigm. 2. Caps. unilocularis, bivalvis. Sem. comosa. Willd.

* *Fraxinus excelsior*.

Triandria.

CCCCXIII. EMPETRUM. MASC. Cal. tripartitus. Cor. tripetala. Stam. capillaria 3-9. FOEM. Cal. et Cor. maris. Stigm. 9. Bacca supera enneasperma. Smith.

* *Salix triandra, undulata, Hoppeana, Russeliana, Juniperus ex Vestio, Carex Davalliana, Fraxinus excelsior*. Pers.

Tetrandria.

CCCCXIV. VISCUM. Cal. nullus. Pet. quatuor basi dilatata connata, calycina (Calyx ex Linneo). Antherae sessiles, petalis adnatae. FOEM. Cal. submarginatus. Pet. quatuor dilatata. Stylus nullus. Bacca infera monosperma. Smith.

* *Rhamnus catharticus*. *Fraxinus excelsior*. Pers.

Pentandria.

CCCCXV. CANNABIS. MASC. Cal. quinquepartitus. Cor. nulla. FOEM. Cal. monophyllus integer (oblongus), latere hians. Cor. nulla. Styli duo. Nux bivalvis intra calycem clausum. WILLD.

CCCCXVI. HUMULUS. MASC. Cal. quinquephyllus. Cor. nulla. Antherae apice biporosae. FOEM. Cal. amenti squama obliqua integra. Cor. nulla. Styli duo. Sem. unicum (calyce foliaceo) truncatum. WILLD.

* *Pimpinella dioica*. *Ribes alpinum*. *Salix pentandra*.

Hexandria.

* *Asparagus officinalis*. *Rumex alpinus*. *Acetosa*. *Acetosella*. *Salix pentandra*.

Octandria.

CCCCXVII. POPULUS. MASC. Cal. Amenti squama lacera. Cor. turbinata obliqua integra. FOEM. Cal. et Cor. maris. Stigma quadrifidum. Caps. bilocularis. Sem. multa comosa. WILLD.

CCCCXVIII. RHODIOLA. MASC. Cal. quadripartitus. Pet. quatuor. Nectar. quatuor

emarginata. (Germ. quatuor abortiva). FOEM. Cal. Cor. et Nect. maris. Pistill. quatuor. Caps. quatuor. polyspermae. SMITH.

Enneandria.

CCCCXIX. MERCURIALIS. MASC. Cal. tripartitus. Cor. nulla. Stam. 9-12. Antherae globosae, didymae. FOEM. Cal. tripartitus. Cor. nulla. Styli duo. Caps. dicocca, bilocularis, (loculis) monospermis. WILLD.

CCCCXX. HYDROCHARIS. Spatha diphylla. MASC. Cal. trifidus. Cor. tripetala. Filam. tria interiora stylifera (germine abortivo). FOEM. Cal. et Cor. maris. Styli sex. Caps. sexlocularis polysperma infera. WILLD.

Decandria.

* *Lychnis diurna*. *vespertina*. *Silene Otites*.

Dodecandria.

CCCCXXI. STRATIOTES. Spatha diphylla. MASC. Cal. tripartitus. Cor. tripetala. Nectar. 20 (-30 antheriformia. Stam. 11-13 (-15). FOEM. Cal. Cor. et Nect. maris. Germ. in 2 surum sexangulare. Bacca sexlocularis, polysperma. WILLD.

Icosandria.

* *Spiraea Aruncus*.

DIOECIA.

Monodelphia.

CCCCXXII. JUNIPERUS. MASC. Cal. amenti squama. Cor. nulla. Stam. tria. FOEM. Cal. amenti squamae pauciores, demum carnosae, coalitae, in baccam trispermam. SMITH.

CCCCXXIII. TAXUS. MASC. Cal. amenti squama. Cor. nulla. Stam. multa. Antherae peltatae octofidae. FOEM. Cal. amenti squamae deciduae. Cor. nulla. Nectar, s. Glandula ampullacea, germen cingens. Sem. unicum ad dimidium nectario baccato cinctum. Ex Observat. Cl. Prof. SCHMIDT. Editoris Arbor. Austr.

DIOECIA.

Diandria.

CCCCXV. SALIX. Tournef.

* Foliis serratis glabris.

1179. *S. Hoppeana* foliis lanceolatis utrinque attenuatis, serratis, subtus glaucis, amenti coetaneis triandris polygamis (dioicis androgynisque), germinibus petiolatis oblongo-lanceolatis glabris, stigmatibus sessilibus (bifidis concoloribus). WILLD. p. 654. n. 2. Sturm. Deutschlands Flora I. Abtheilung. 25. Heft.

DIANDRIA.

Fruticosa, 6—8 pedes alta, ramulis flavo-brunneis. Folia 1—2 1/2 pollicaria, alterna, breviter petiolata, petiolis coloris fere ramulorum, lanceolata, acuta, utrinque attenuata, margine argute serrato, versus basin integra, supra lucida, saturate viridia, subtus glauca. Glandulae duae subulatae ad basin. Stipulae semicordatae, margine exteriore serrulatae, colore foliorum. Amenta cylindrica fere 2 pollicaria, nobis solum dioica, nondum medio mascula et utrinque foeminea aut apice mascula basi foeminea etc. vidi. Squamae pilosae, flavescens, (flosculorum masc. subrotundae Sturm, l. c. *); acutae florum foemin. (Stamina medio fere squamae inserta, filamentis glabris squama parum longioribus Sturm). Germen squama multo longius, oblongo-lanceolatum, glabrum, pedicellis quartam illius partem aequantibus. Stigmatibus fere sessilibus, ultra tertiam partem fissis, viridibus. Cracoviae in salicetis ad Vistulam. Floret initio Maji.

1180. *S. triandra* foliis lanceolatis acuminatis, basi obtusis, serratis, subtus glaucescentibus; amenti coetaneis triandris, ger-

*) Ubi aut amenta mascula aut foeminea nondum possideo et ideo ad integrandam descriptionem adumbrationes ex operibus aliorum desumendi coactus fui, semper fontem indicavi.

minibus pedicellatis oblongis tuberculatis glabris, stigmatibus sessilibus (simplicibus). WILLD. p. 654. n. 3. Sturm. l. c.

Fruticosa, 6—10 pedes alta saepius arborea, ramulis viridescenti flaviculis. Folia plerumque $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ pollic. tria, alterna, oblongo-lanceolata, acuminata, basi obtusiora, breviter petiolata, serraturis antice glandulosus. Amenta mascula cylindrica, gracilia, staminibus squama flavescente, ovata, obtusa, pilosa plus duplo longioribus, filamentis basi squamae insertis, ad medium usque pilosis. (Amenta foeminea breviora, crassiora, germinibus ovato-oblongis, squamis ut in mare, stigmatibus brevissimis, clavatis, sessilibus, viridibus Sturm), Jaroslaviae ad Fl. Sanum.

1181. *S. undulata* foliis lanceolatis acuminatis, basi obtusis argute undulato-serratis, amentis coetaneis triandris, germinibus pedicellatis oblongo-lanceolatis pubescentibus, stylis elongatis WILLD. p. 655. n. 4.

Fruticosa, variae altitudinis, ramulis cinereo flavescens. Folia alterna, brevissime petiolata, oblongo-lanceolata, acuta, basi rotundata, repando-serrulata, serraturis inflexis, antice glandula instructis, basi glandulosa; nitida, subtus pallidiora. Stipulae magnae, semicordato-trapezoideae, serrulatae. Amenta ut in praecedente. Foeminea nondum vidi. Leopoli in salicetis humidis rarior. Cracoviae. Floret initio Maji.

1182. *S. Russeliana* foliis lanceolatis acuminatis serratis glabris, (subtus glaucescentibus, junioribus sericeis), amentis coetaneis triandris, germinibus pedicellatis subulatis laevibus, stylis elongatis. WILLD. p. 656. n. 7.

Arbor excelsa, ramis tenacibus, nitidis, viridescenti-fuscis. Folia lanceolata, elongata, acuminata, glabra, nitida, undique serrata serraturis inflexis, antice glandulosus; juniora praecipue subtus sericea. Stipulae exiguae, oblique ovatae, acutae, denticulatae. Amenta cylindrica, laxa, bipollicaria, rachi squamis oblongo-obovatis pilosis, basi tomentosus. Glandula nectarifera oblonga, erecta. Stamina tria, filamentis glabris, squama duplo longioribus. Anthera flava bilocularis. Amenta foeminea laxa, rachi omentosa, squamis linearibus, pilosis, deciduis. Nectarium obtusissimum, apice croceum. Germen brevius pedicellatum, ovato-subulatum, laeve. Stylus parum elongatus, crassus. Stigma bipartita. Smith. Flor. Britt. 3. p. 1046.) Leopoli ad vias. Floret versus finem Aprilis.

1183. *S. pentandra* foliis elliptico-lanceolatis acuminatis serrulatis glabris, (supra lucidis), petiolis superne glandulosus, amentis serotinis pentandris, germinibus lanceolatis glabris. WILLD. p. 658. n. 11.

Fruticosa, raro arborea, ramulis nitidis, fuscis. Folia brevius petiolata, elliptico-lan-

ceolata, saepius late ovata, acuminata, serrulata, serraturis apice glandulosis, resina flava, odorata scatentibus, utrinque laete viridia, nitida, glaberrima. Stipulae minutae, lanceolatae, glanduloso-serratae. Amenta ramulos terminantia, solitaria, subnutantia, cylindrica, crassiuscula, obtusa, flava, odorata, rachi villosa. Squamae rotundatae, basi villosae. Stamina 5 — 7 basi hirsuta. Glandulae nectariferae plures. Germen subsessile, lanceolatum, glabrum, nitidum. Stigmata patentia, subrecurva, emarginata. Leopoli in fruticetis humidis extra Bogdanowkam, prope Skudowka. Cracoviae. P. Floret Majo.

1184. *S. vitellina* foliis lanceolatis acuminatis glabris, subtus glaucescentibus, serratis, petiolis pilosiusculis, amentis coaetaneis, germinibus sessilibus lanceolatis glabris, stigmatibus sessilibus bilobis. WILLD. p. 668. n. 30.

Arborea; aut fruticosa, ramis vimineis, tenacissimis, luteis, nitidis. Folia breviter petiolata, lanceolata, acuminata, serrata, serraturis parvis cartilagineis; supra glabra, nitida, subtus caesia subsericea, juniora utrinque sericea. Amenta cylindracea, acuta, squamis ovato-lanceolatis, extus pubescentibus. Stamina duo distincta. Germen sessile lanceolatum. Stigmata emarginata. Affinis *S. albae*, a qua colore tenacitateque ramulorum et stigmatibus praecipue est distinguenda. In salicetis. Floret Aprili, Majo.

1185. *S. fragilis* foliis lanceolatis acuminatis concoloribus glaberrimis, undique serratis, amentis coaetaneis, nectario masculorum gemino, germinibus subsessilibus lanceolatis glabris, (stylo brevi, stigmatibus bilobis.) WILLD. p. 669. n. 31. Sturm. l. c.

Arborea ramulis flavescenti-cinereis, ad ultioribus rimosis, ad gemmas valde incrassatis, fragilibus. Folia longius petiolata, basi glandulis duabus magnitudinis variae instructa, bipollicaria, lanceolata, acuminata, serrata, glaberrima; supra nitide viridia, subtus pallidiora; floralia integerrima. Stipulae lanceolatae, caducae, parvae. Amenta mascula ultra pollicem longa, cylindrica, breviter pedunculata, erecta, squamis ovatis, pilosis, viridescentibus. Amenta foeminea longa, laxa, squamis lanceolatis obtusiusculis pilosis, germinibus brevissime pedunculatis, lanceolatis, subulatis. Stylus brevissimus, stigmatibus bifidis viridescentibus terminatis. Capsula oblongo-lanceolata, viridis, glabra. Leopoli ad vias. Floret ad finem Aprilis.

1186. *S. praecox* foliis lato-lanceolatis acuminatis glanduloso-serratis glabris, subtus glaucis, amentis praecocibus, germinibus sessilibus ovatis glabris, stylis elongatis. WILLD. p. 670. n. 32. (exclusis omnibus Synonymis) Sturm. l. c.

Arbor excelsa, ramulis fragilibus, glaberrimis, viridi-flavescentibus, saepius rore

glaucis, digitis obsterendo, tectis, exsiccatis et adultioribus brunnescentibus. Folia glabra, sub evolutione solum villis sparsis, cito tamen deciduis, nitidis subsericea, breviter petiolata, lato-lanceolata, supra profunde viridia, lucida, subtus glaucescentia, serratula glandula instructis. Petioli rubentes. Stipulas lanceolatas a Cl. Willdenowio descriptas, neque in speciminibus Hoppeanis, neque in propriis vidi: silet quoque de illis Cl. Sturm. Gemmae foliorum subglobosae, cinereo-tomentosae, bifidae. Amenta cylindracea villosissima, villo squamis duplo fere longiore-mascula pollicaria, staminibus ultra villos elongatis, antheris bilocularibus flavis, squamis ovato-lanceolatis, demum reflexis; supermis apice rotundatis brevioribus, squama gemmacea viridescens intus fusca. (Foeminea $1\frac{1}{2}$ — 2 pollicaria, demum longiora, germine ovato-oblongo, glabro, in stylum attenuato, stigmatibus duobus cylindraceis crassiusculis, nec quatuor, uti Cl. Willdenow in descriptione sua dicit. Capsula ovato-lanceolata, castanea, valvulis superne carinatis. Sturm) Leopoli hinc inde. Floret Aprili.

1187. *S. Lambertiana* erecta, foliis ovato-lanceolatis acutis, superne serrulatis glabris, subtus glaucescentibus, amentis praecocibus monandris, squamis subrotundis atris, stigmatibus subsessilibus brevissimis ovatis emarginatis. B. Willd. p. 673. n. 38.

S. monandra erecta, foliis obovato-lanceolatis acutis serratis glabris, stigmatibus brevissimis ovatis emarginatis. Smith. Britt. 3. p. 1041.

Fruticosa ramulis vimineis nitidis cinereo-flavescentibus, saepius purpurascens. Folia subopposita vel alterna, brevissime petiolata, vix sesquiuncialia. Amenta dimidio pollice longiora, subsessilia, cylindrica, basi bracteata, foliolis parvis lanceolatis integerrimis; juniora longe villosa. Squamae orbiculatae demum denudantur. Germen sessile, ova o-ellipticum, crassum, sericeo-villosum, stylo brevissimo terminatum. Stigmata parva ovata, patentia, sulcata, emarginata, purpurea. In salicetis ad Vistulam Cracoviae. Floret Aprili. — Huic maxime affines sunt *S. purpurea* et *S. Helix* Linnei, quarum characteres illas a *S. Lambertiana* distinguentes, earum praesentiam in Galicia autumnans, adjiciam. *S. purpurea* Smithii est decumbens, ramis erectis, lucidis, purpurascens. Folia eadem, quae praecedentis. Amenta mascula vix pollicaria, gracillima, obtusa, superne primum florentia. Squamae apice nigricantes, pilosae. Germen parvum sericeum. Stylus brevissimus, ut fere nullus. Stigmata parva, sessilia, subovata, indivisa, sulco superne exarato. Capsula ovata parva sericea. Secundum Cl. Sturmii iconem et descriptionem, prius citato loco datam, folia sunt bipollicaria; amenta ante anthesin involuta sunt squama bifida purpurea; parum pedunculata; squamae ovatae, longe pilosae,

amenti foeminei, superne attenuati, undique nigrae, obtusissimae; germen subtundum superne in stylum attenuatur et stigmata simplicia, subulata, sat brevia, viridescens. — *S. Helix* Smithii est erecta, ramis cinereis aut purpurascens. Folia opposita vel alterna, lineari-lanceolata acuminata, utrinque attenuata. Amenta masculina non vidit; neque Cl. Willdenow eorum mentionem facit. Amenta foeminea longiora et duplo crassiora, quam in praecedente, longiusque pedunculata, squamis oblongis. Germen ovatum, sessile, sericeum. Stylus elongatus, filiformis, glabratus. Stigmata ovato-lineararia, elongata, patentia, sulcata, emarginata. Capsula ovata, lanuginosa, albida. Cl. Sturm depingit folia in ramulis flavo-viridescens alterna, bipollicaria. Amenta ante anthesin oblecta squama gemmacea, cucullata, latere interiore fissa, flava, basi nigra. Amenta masculina ante anthesin conica, dein cylindracea, vix longiora iis praecedentium, squamis ovatis, superne rubris, longe ciliatis; foeminea acutiora praecedentium, caeterum ejusdem magnitudinis; fructifera autem multo graciliora, squamis fuscis. Stylus ut in praecedente. Stigmata, praecedentium parum majora. An cum anglica eadem sit, valde dubito. —
 ** Foliis plus minusve pubescentibus; villosis aut sericeis.

1188. *S. incubacea* foliis lanceolatis utrinque attenuatis integerrimis convexis, supra glabris, subtus incanis subsericeis, ger-

minibus lanceolatis sericeis, stigmatibus subsessilibus. Willd. p. 696. n. 89.

Frutex bi-tripedalis, ramis flavis. Folia pollicaria, lanceolata, integerrima, utrinque attenuata, supra viridia, glabra, subtus cana, pilis adpressis obsita, sericea (tota aestate); nunquam plana, semper convexa. Stipulae oblongae, deciduae. Amenta praecocia, unguicularia. Squamae lanceolatae, (obtusae), sericeo-pilosae. Germina lanceolata, sericea. Stylus vix ullus. Stigmata quatuor s, bipartita, crassiuscula, (purpurea). Willd. l. c. Leopoli ad marginem sylvae Winicensis in locis paludosis extra Steinernen Wirthshaus. In paludosis circa stagnum Janoviense cum Betula fruticosa. Floret Aprili.

1189. *S. rosmarinifolia* foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis planis, (junioribus) supra pubescentibus, subtus sericeis, gemminibus lanceolatis villosis, stylis elongatis. Willd. p. 697. n. 90.

Frutex 1 — 2 pedalis, ramis brunneis, ramulis subsericeis. Folia pollicaria, lineari-lanceolata; supra canescentia, pilis adpressis tecta, autumno vero glaberrima; subtus sericeo-pubescentia, margine integerrimo, sed sub lente observata denticulis paucis, remotissimis, glandulosis instructa. Stipulae lanceolato-subulatae, sericeae. Amenta praecocia, mascula unguicularia, elliptica; foeminea, cylindracea, paulo majora. Squamae oblongae, obtusae, margine pilis longis instru-

etae; (brevioribus tamen ac in praecedente).
 Germina lanceolata, villosa. Styli longi. Stig-
 mata bina, cylindracea, (bifida) Willd. l. c.
 Cracoviae. P.

1190. *S. riparia* foliis lineari-lanceolatis
 (remote) glanduloso-denticulatis, supra pubes-
 centibus, subtus (niveo)-tomentosis rugoso-ve-
 nosis, germinibus ovatis glabris. Willd. p.
 698: n. 91. Sturm l. c.

Frutex orgyalis et altior, ramis castaneo-
 brunneis, junioribus pallidioribus, pubescen-
 tibus. Folia $1\frac{1}{2}$ — 2 bipollicaria, lineari-
 lanceolata, acuminata; a medio ad apicem den-
 ticulis parvis, remotis, glandulosis, margine
 quidquam revoluta instructa, supra viridia,
 pilis sparsis, adpressis, canescentia, adulta de-
 nudata; subtus niveo-tomentosa, rugoso ve-
 nosa, costa media flavo-rubente, crassa, pro-
 minente. Petioli albo-tomentosi. (Amenta
 praecocia cylindrica; mascula pollicaria.
 Squamae obovatae, flavae, glabrae, superne
 pilis longis ciliatae. Stamina flavescencia,
 squama triplo circiter longiora. Squamae
 ovatae, rubenti-flavae, glabrae, ciliatae. Ger-
 men ovatum, acutum, glabrum. Stylus brevis.
 Stigmata cylindracea, integerrima, (bifida
 Willd.), purpurea. Sturm l. c. Leopoli P. Sebk.

1191. *S. aurita* foliis obovatis, acumine
 brevi recurvato, antrorsum undulato serratis
 supra viridibus, junioribus pubescentibus,
 subtus cano-villosis reticulato-venosis, stipu-

lis polymorphis, ramulis cinereo-brunneis,
 capsulis lanceolatis pedicellatis, stigmatibus
 subsessilibus simplicibus. B. Willd.

Frutex vel arbor humilis ramosissima,
 plerumque erecta, ramis patentibus, elonga-
 tis, cinereo-brunneis, junioribus parum pu-
 bescentibus. Folia brevius petiolata, obovata,
 obtusissima, acumine brevissimo, recurvato,
 supra parum rugosa, juniora mollia, cinereo-
 virentia, demum glabrata; medium versus
 serrata, undulata, saepius subcrispata, mar-
 gine parum revoluta; inferiora saepius inte-
 gerrima, subtus villosa-incana, villo venis
 inserto fortioribus, undique divaricato, sub-
 depresso. Stipulae formae variae, subrotun-
 dae, semicordatae, ovatae, acutae; semper
 dentatae, persistentes, venosae, villosae.
 Amenta in ramulis lateralibus elliptico-ob-
 longa, squamis parvis, ovatis, superne brun-
 neo-fuscis, longe villosae. Stamina flava.
 Capsula lanceolata, sericea, pedicellata, pe-
 dicellis rufis longitudine squamae. Stigmata
 subsessilia, indivisa, crassa, purpurascencia.
 Leopoli, cum S; incubacea. Floret ad finem
 Aprilis.

Affinis valde *S. aquatica*, quae differt
 cortice longitudinaliter rugoso, ac si exsicca-
 tus foret, cinereo, pubescente, foliis acu-
 tiusculis, subtus minus reticulatis, undique
 pilosiusculis, stipulis constanter rotundatis.
 Amentis majoribus, foemineis praepimis lon-
 gioribus, squamis fusco-nigris, villo minus
 sericeo, sed magis crispato.

1192. *S. caprasa* foliis ovatis (ellipticis-ve) acuminatis serratis undulatis, subtus tomentosis, stipulis sublunatis, capsulis ventricosis. SMITH. *britt.* WILLD. p. 703. n. 101. Arborea. Rami laeves, nitidi, brunnei, ramulis dense pubescentibus, cinereis. Folia breviter petiolata, magna, acumine brevi; juniora supra pubescentia, adultiora glabra, laevia, subtus denso brevis tomento tecta, venosa, margine undulato, serrato, saepius latemen integerrimo. Stipulae lunatae vel subrotundae, recurvae, repandae, minus tomentosae, infimorum ovatae, acutae. Petioli supra densius villosi. Amenta praecocis, ovato-elliptica, crassa, squamis obovatis, pilosissimis, superne fuscis, basi quidquam rubentibus. Stamina flava. Capsulae pedicellatae, ovato-oblongae, basi ventricosae, sericeae. Stylus brevissimus. Stigmata cylindracea aut apice parum fissa. In Sylvis humidis Leop.
1391. *S. acuminata* foliis lanceolato-oblongis acuminatis undulatis denticulatis, subtus tomentosis, stipulis reniformibus, capsulis ovato-subulatis. SMITH. *britt.* 3. p. 1068. WILLD. p. 704. n. 104. Rami cinereo-fusci, glabri, ramulis junioribus sericeo-pubescentibus, cinereis. Folia oblonga, acuta, basi rotundata, margine reflexo repando-denticulato, supra denudata, subtus cinerea, pube densa brevi; juniora subsericea, reticulato-venosa, venis majoribus arcuatis sub-

subparallelis, adulta et subtus denudata, glauca, costa flavo-rubente, 2 1/2 ipollices longa, ultra unum lata. Petioli brevissimi 2-3 lineas longi, basi parum dilatati. Stipulae maximae, oblique cordatae, breviter acuminatae, inaequaliter dentatae, cacterum foliis conformes. Plura de hac salice nondum vidi. Amenta in anglica, pro qua habeo; namplures sub hoc nomine latitant species testante Cl. Hostio, ovato-cylindracea, obtusa, praecocia, squamis ovatis acutiussculis pilosis, stam. flava, nectarium conicum constrictum, capsulae longius pedicellatae (ac *S. capraeae*), attenuatae, pubescentes, stylus brevissimus et stigmata obtusa, indivisa, subinde bifida. Circa Mogilany Circ. Bochn. prope Cracoviam. E. C.

1194. *S. malifolia* foliis glabris ovato-ellipticis, undulato-serratis, margine reflexo, supra lucidis, subtus reticulato-venosis glaucis, stipulis subreniformibus B.

S. foliis elliptico-oblongis dentatis repandis scariosis globerrimis, stipulis cordatis maximis SMITH. *britt.* 3. p. 1503.

Hujus praepulchrae Salicis specimina viva nondum vidi; exsiccata solumcum amentis foemineis a D. Prof. Schiwerek lecta possideo, quae a Cl. Hostio pro eadem declarantur. Rami vimeisunt flavo-fusci, verrucis parvis angustis undique obsita. Folia pollicaria; inferiora ovato-elliptica, parum acuta, superiora elliptica, acumine brevissimo instructa, basi parum emar-

ginata et magnam similitudinem quo ad formam cum foliis Pyri Botryapii habent; serraturae inaequales, apice glanduloso, saepius inflexo, inferioribus profundioribus; margo parum reflexus; juniora piloso-villosa, adulta supra glabra, lucida, subtus glauca, reticulato-venosa, nuda. Petioli longitudine gemmarum, quae glabrae, flavo-ferrugineae, facie planae sunt. Stipulae magnae persistentes, reniformes; hinc rotundatae; illinc acutae; dentatae, subtus glaucae. Amentum foemineum pedunculatum ex gemma foliifera, (an lege constanti?) $\frac{3}{4}$ pollicis longum, squamis lanceolatis obtusiusculis, longe villosis, flavo-ferrugineis. Capsulae (abortientes) lanceolato-subulatae, sericeae, pedicellis squamam superantibus. Stylus brevissimus. Stigma crassum, subcapitatum, bilobum, purpurascens.

1195. *S. viminalis* foliis subintegerrimis lineari-lanceolatis longissimis subtus albo-sericeis, pilis squamarum amenti foeminei stigmate bifido brevioribus. B. WILLD. p. 706. n.

109. *Sturn. l. c.*

Frutex ramis vimineis elongatis erectis, cortice adultorum cinereo-viridi, juniorum flavescente, verrucis squamiformibus parvis hinc inde adpresso, versus apicem pubescente. Folia breviter petiolata, petiolis canaliculatis, basi dilatatis, lineari-lanceolata, acumi aca, margine saepius quidquam revoluta, alias undulata, integerrimo, supra

viridia lucida, sub argentea, costa flavicante. Stipulae exiguae, membranaceae, lineari-lanceolatae, acuminatae, caducae. Gemmae foliorum apice emarginatae flavescentes. Amenta masculina erecta, ovato-oblonga, pollicaria, squamis ovatis brunneis, longepilosis, staminum filamentis albis filiformibus, antheris flavis. Amenta foeminea, cylindracea pollicaria, squamis brunneis, germine ovato-oblongo, sericeo, sessili brevioribus, longe villosis, villis dimidium styli elongati flavescents aequantibus. Stigmata bifida, arcuata. In salicetis ad fluvium *Sanum* et *Vistulam* frequens. Floret Aprili Majo. Cautelle distinguenda a *S. mollissima*, in qua folia utrinque viridia, supra pilis raris minutissimis, adpressis tecta, subtus pilis frequentioribus et parum longioribus adpressis obsita et villis squamarum amenti foeminei, longitudine fere stigmatum.

1196. *S. alba*, foliis lanceolatis acuminatis serratis, junioribus utrinque sericeis; adultis subtus albidis, serraturis glandulosis, stigmatibus bipartitis. B. WILLD. p.

710. n. 116.

Arborea, cortice rimoso, cinereo, ramulis fragilibus, junioribus sericeis. Folia breviter petiolata, petiolis cum costa foliorum flavescens. Folia lanceolata, acuminata, utrinque sericea, supra viridibus, subtus glaucis, adultis tamen abjecta sericea subtus marginis albidis. Serraturae vix prominentes, glandulosis.

dulis subulatis, terminatae. Amenta, coae-
tanea foliis, cylindrica; mascula gracilia, pol-
licaria, squamis ovatis, obtusis, flavis, inter-
ne pilosis. Staminibus basi connatis. A-
menta foeminea breviora, crassioraque con-
stantia germinibus arcte imbricatis, ovato-ob-
longis, squama elliptica, acutiuscula, viridi-
villosa, decidua longioribus. Stylus brevissi-
mus. Stigmata bipartita crassiuscula virides-
centia. Cracoviae frequens, ad vias. Flo-
ret initio Maji.

Triandria.

CCCCXIII. EMPETRUM. Tournef.

1197. *E. nigrum* procumbens, ramulis
glabris, foliis oblongis margine revolutis
glabris. Willd. *Flor. Dan.* t. 975.

Fruticulus procumbens ramosissimus. Fo-
liola rigida, parva, acerosa, imbricata, sparsa
aut verticillata, patentia. Flores axillares, so-
litarii. Stamina quandoque novem ex obser-
vationibus Cl. Smithii. Flores hermaphro-
ditos omnes vidit Cel. Jacquin et Eq. Lin-
neus; masculos hermaphroditos mixtos Cl.
Schkuhr. Stylus brevissimus. Stigmata re-
flexo patentia, radiata. Baccae globosae, ni-
grae. In latere occidentali summitatis mon-
tis Babia Góra. Floret Majo, Junio.

Tetrandria.

CCCCXIV. VISCUM.

1198. *V. album* foliis lanceolatis obtusis,

caule dichotomo, capitulis axillaribus. SMITH.
WILLD.

Planta sempervirens in ramis Pini, Quer-
cus, Acceris campestris aliisque vegetans. Cau-
lis dichotomus, lignescens, articulatus, lae-
vis, pallide viridis. Folia ligulata obtusa,
basi attenuata. Baccae globosae, albae, suc-
co viscosissimo repletae. Flores luteo-viren-
tes. Floret Majo.

Pentandria.

CCCCXV. CANNABIS.

1199. *C. sativa* foliis digitatis, WILLD.
Caulis bi-sexpedales. Folia inferiora
opposita, superiora alterna. Foliola 5-7,
lanceolata, acuminata, serrata. Flores axil-
lares et terminales: foeminei solitarii; mas-
culi racemosi. In arvis et cultis quasi spon-
te. Floret Junio, Augusto.

CCCCXVI. HUMULUS.

1200. *H. Lupulus*. WILLD.

Radix perennis. Caulis anni volubiles.
Folia opposita, petiolata, cordata, triloba,
serrata; superiora saepe integra. Flores mas-
culi viridi-flavescentes, paniculati. Amenta
foeminea solitaria; pendula, adulta scariosa.
Luxuriat amentis foliis cordatis; integris, ser-
ratis interstinctis. In sepibus et fruticetis.
Floret Julio.

Octandria.

CCCCXVII. POPULUS. Tournef.

1201. *P. alba* foliis subtus tomentoso-niveis; ramulorum steriliū cordatis subpalmatis dentatis, lobis acutiusculis patulis; floriferorum subovatis sinuato-repandis, adultis subtus argenteis, amentis cylindraccis laxis elongatis. B. WILLD. *P. nivea*. WILLD. Berl. Baumz.

Arbor alta, cortice laevi cinerascēte, ramis patulis. Ramuli cum foliorum pagina inferiore et petiolis longis denso tomento nivo lecta. Folia arbusculorum et ramulorum nondum florentium (steriliū) basi cordata, tri-quinqueloba, lobo medio productiore, apice obtuso; ramulorum autem, qui gemmas floriferas gerunt (floriferi) ovato-elliptica, sinuato-angulata, angulis rotundatis; adulta subtus denudata argentea. Amenta cylindrica, 2 — 3 pollicaria, laxa, nec ovata, squamis amenti fuscis, parum erosis, margine pilosissimis; pilis longis cinerascētibz. *) In humidis. Floret primo vere.

*) Huic valde *P. canescens* quae differt foliis arbusculorum et ramulorum juniorum, basi rotundatis, leviter trilobis, subtus minus candide tomentosis, ramulorum gemmas floriferas gerentium iis *P. tremulae* simillimis subtus argenteis, amentis pollicaribus oblongis, nec cylindraccis laxis, squamis fusco-lutescentibus.

1202. *P. tremula* foliis utrinque glabris; ramulorum steriliū cordatis acutis; floriferorum suborbiculatis dentato repandis, petiolis compressis, ramulis junioribus hirtis. B. WILLD.

Arbor alta, ramis patentibus arcuatis, cortice laevi viridi-cinerascēte. Ramuli adultiores brunnei, laeves. Folia glauco-viridia, seriora (ramulorum steriliū) et arbusculorum multo-majora. In sylvis et dumetis. Floret initio Aprilis.

1203. *P. nigra* foliis utrinque glabris triangularibus acuminatis, diametro longitudinali longiore, serratis, petiolo brevioribus, ramis patulis. B. WILLD.

Arbor excelsa glabra, habitus praecedentium. Folia triangularia (non deltoidea, quo termino plures abutuntur; nam folium *Mesembryanthemi deltoidei* et *Populi nigrae* eodem vocabulo describere non possumus) angulis baseos rotundatis; serrata, serraturis glandula instructis, basi integra aut remote serrata. Cracoviae in inundatis ad Vistulam hinc inde. Floret Aprili.

CCCCXVIII. RHODIOLA.

1204. *B. rosea* WILLD. *Flor. Dan. t. 183.*

Radix carnosa, exsiccata odorem rosaceum spargens. Caules simplicissimi, erecti, dense foliosi. Folia sessilia, imbricata, ovata, acuminata, antice serrata, glauca, carnosa. Cyma terminalis, multiflora. Flores-

flavis, In summitate montis Babia Góra, Floret Junio — Augusto.

Enneandria.

CCCCXIX. MERCURIALIS.

1205. *M. perennis*, caule herbaceo simplicissimo, foliis (junioribus) scabris, radice repente. SMITH. BRITT. WILLD. Curt. Lond. fasc. 2. t. 65. Flor. Dan. t. 400.

Caules erecti subpedales. Folia opposita ovata, acuta, crenata, juniora piloso-scabra; adultiora laevia. Spicae axillares, floccillatis; faemineae pauciflorae breviores (péhispidae. Leopoli in sylva inter Winniki et Liszeniec infra rupes. Cracoviae in fruticosis umbrosis supra Zwierzyniec. Floret Aprilii.

1206. *M. annua* caule herbaceo brachiatto, foliis oblongis glabris, radice fibrosa. WILLD. Curt. Lond. fasc. 5. t. 68.

Similis praecedenti. Caulis paniculatus. Folia ovato-lanceolata. Flores foeminei subsessiles et pedunculati. Capsula muricata. Cracoviae copiosissime in fossa inter portam S. Nicolai et novam. Floret Julio, Augusto.

CCCCXX. HYDROCHARIS.

1207. *H. Morsus ranae*. WILLD. Curt. Lond. fasc. 3. t. 64. Flor. Dan. t. 878.

Planta natans, stolonifera. Folia petiolata, cordato orbiculata. Flores albi, medio lutei, pedunculati, spathis 1—3 floris. In stagnis prope Nawaria, Stracz, Circ. Leopoli. Cracoviae circa Rybaki in fossis. Floret Julio.

Dodecandria.

CCCCXXI. STRATIOTES.

1208. *S. aloides* foliis lineari-lanceolatis carinatis aculeato-denticulatis. WILLD. Flor. Dan. t. 337.

Planta in aquis submersa, stolonifera; laete viridis. Folia similia iis Bromeliae Ananas. Scapi 1—2 flori. Spatha compressa. Flores speciosi albi. In fossa ad viam inter Leopolim et Grzybowice. Cracoviae. P. Floret Julio, Augusto.

Monodelphia.

CCCCXXII. JUNIPERUS.

1209. *J. communis* foliis ternis patentibus mucronato-spinosis bacca longioribus.

SMITH. WILLD.

Frutex varie altitudinis, saepe arboreus, erectus, ramosissimus, sempervirens. Folia canaliculata, dorso carinata, sessilia, linearia, supra glauca. Amenta mascula, flava. Bacca nigra cum rore glauco, globosa. In ericetis. Floret Maje. Baccae maturant altera aestate.

1210. *J. nana* foliis ternis falcatis subimbricatis longitudine baccarum. WILLD.

Frutex humilis prostratus. Folia oblonga, latiora, breviora, minusque pungentia ac praecedentis, sursum inflexa. Baccae ellipticae. In parte occidentali montis Babia Góra.

CCCCXXIII. TAXUS.

1212. *T. baccata* WILLD.
Arbor mediae altitudinis, ramis horizontalibus. Folia acerosa, basi attenuata, sparsa, disticha, linearia, mucronulata, subrevoluta utriusque concoloria, atroviridia, nitida glabra. Flores axillares et terminales in ramis. Fructus miniati. In sylvaticis montium carpathicorum versus Bukowinam DIK, montisque Babia Góra. Circa Duklam, E. C. Floret vere.

* * *

Classi XXIII. (Polygamiae) systematis sexualis Eq. Linnei, quam ob causas jam ab aliis luculenter expositas quoque reduxi, sequentia genera et singulares species forent adnumerandae.

Monoecia.

Valeriana dioica. Holcus. Panicum. Hordeum. Andropogon. Valantia. Parietaria. Chenopodium bonus Henricus. Atriplex. Sanicula. Astrantia. Caucalis. Daucus. Peucedanum. Laserpitium. Heracleum. Imperatoria palustris. Coriandrum. Cerefolium. Chaerophyllum. Carum. Omnia genera syngenesiae polygamiae superfluae, et necessa-

riae. Veratrum. Acer. Myriophyllum verticillatum. Euphorbia. Poterium Sanguisorba. Dioecia.

Fraxinus. Urtica dioica. Salix Hoppeana. Empetrum nigrum. Eriophorum polystachion. Pimpinella dioica. Asparagus officinalis. Gnaphalium dioicum. Tussilago Petasites.

Appendix.

Plantae hic descriptae, ex R. Klukii
 Dictionario botanico sunt desumptae;
 et secundum ipsum in Circulo Lub-
 liniensi et regionibus adjacenti-
 bus occurrunt.

Classis I.
 DIGYNIA.
 CORISPERMUM.

Cal. nullus. Cor. dipetala. Sem. unum,
 ovale nudum.

I. *C. hyssopifolium*.

(*C. spicis terminalibus, foliis linearibus
 enerviis muticis. Pall. Rost*)

Folia longa, Hyssopo similia. Flores
 laterales alterni. Semen cimici simile. Radix
 annua. Crescit in arenosis. Floret Julio. Kl.

II. *C. squarrosus*.

(*C. spicis axillaribus squarrosis, foliis
 lanceolato-acuminatis pungentibus nervosis.
 Pall. Ross*).

Differt solum a praecedente racemis a-
 xillaribus squarrosis; ideo a nonnullis pro va-
 rietate solum praecedentis habetur. In pa-
 ludosis. Kl.

III. *Blitum capitatum*.

(*B. capitellis spicatis terminalibus Pers.
 Syn.*)

Habitat in Galicia orientali (na Rusi).
 Floret Majo. —

Classis II.

Monogynia.

IV. *Veronica spuria*.

(*V. spicis terminalibus, foliis lanceola-
 tis aequaliter serratis. Roth. Germ*).

Radix perennis. Caulis ad 4 pedes al-
 tus. Folia petiolata, longa, plerumque an-
 gusta, lanceolata, terna, serrata, serraturis
 aequalibus minutis. Spicae terminales plu-
 res, densae, media maxima. Flores caeru-
 lei, Crescit in herbidis ad margines sylva-
 rum. Floret Julio. Kl.

* *V. longifolia*.

(Totam differentiam hanc inter et prae-
 cedentem R. Kluk in folia saepius *Urticae*
 foliis similia: inferiora ovato-lanceolata, su-

periora angustiora acuminata, serrata ponit;
hinc V. foliosam intellexisse suspicor.)
** V. hybrida.

Radix perennis. Caulis rectus, bipeda-
lis circiter, nigrescens. Folia opposita, vil-
losa, obtusa, serrata inferiora lanceolata,
petiolo lato amplexicauli: superiora angu-
stiora, sessilia, spica terminalis floribus in-
ferioribus rarioribus, superioribus densiori-
bus Corolla caerulea. In sylvis. Floret
Julio Kl.

(Planta hic subintellecta, quantum ex
tali descriptione cruere licet, potius *V. or-
chidea* erit, quam *hybrida* L.)
V. V. alpina.

(V. corymbo terminali, foliis oblongo-
lanceolatis acutis dentatis, calycibus hispidis.
Pers. Syn.)

Caulis humilis, simplex, strictus. Folia
inferiora petiolata, subrotunda, glabra, quan-
doque parum serrata, opposita; superiora
alterna, lanceolata. Racemus florum brevis,
medio in crassatus, utrinque attenuatus. Co-
rolla caerulea non parva. Infra Mielnik.
Floret Septembri, Octobri. Kl.

* V. galeopsifolia Gilibert.
Radix perennis. Caulis strictus, simplex
fere bipedalis. Folia inferiora opposita, pe-

tiolata, cordata, ovata-oblonga, inaequali-
ter acute serrata, basi parum in petiolos de-
currentia; superiora angustiora, lanceolata.
Racemi floribus remotiusculis terminales et
in axillis foliorum superiorum. Saepis-
sime calyx et corolla tripartita, stamina-
que tria occurrunt. Corolla caerulescens.
Floret Augusto, Septembri in Podlachiae
sylvis.

(Veronicam hanc pro *V. urticaefolia*,
tunc temporis scripsit enim decenni octavo
saeculi praeteriti) adhuc ignota habeo.)

VI. V. romana.

(V. peregrinae floribus sessilibus, foliis
oblongis subserratis calyce longioribus, caule
erecto. Willd. var. β. (romana) floribus so-
litariis, foliis oblongis subdentatis, caule
erecto.)

Caulis valde humilis, simplex, villosus.
Folia inferiora petiolata, ovata, integra, op-
posita; (caulis medio nudus); folia superiora
sessilia, crenata; summa integra, lanceola-
ta, alterna; omnia villosa. Flores solita-
rii, sessiles, pauci. Corolla parva, alba. (Ha-
bitat in arvis. Floret Majo. (Gilibert ob
humilitatem et villositatem dubitat, an haec
planta sit revera V. romana; Kluk villosita-

tem hanc ex climate frigidiore et solo explicare tentat.)

PINGUICULA.

Cal. bilabiatus, quinquefidus. Cor. ringens calcarata. Caps. unilocularis.
VII. P. vulgaris.

(P. nectario conico recto longitudine petali, labio superiore bilobo, capsula ovata. Willd.)

Folia terrae incumbentia, elliptica, pallide viridia, margine plicata, pingua. Scapi nudi. Flores solitarii, terminales, cernui, minores majoresve, caerulei. In paludosis. Floret Junio. Kl.

UTRICULARIA.

Cal. diphyllus aequalis. Cor. ringens calcarata. Caps. unilocularis.
VIII. U. vulgaris.

(U. vulgaris, nectario conico; labio superiori integro palato aequali, foliis pinnato-multifidis. Schrad. Flor. Germ.)

U. intermedia nectario conico, labio superiori integro palato duplo longiori, foliis tripartito-dichotomis. Schrad. Flor. Germ. — Flos sulphureus, labelli lineis purpureis picto.)

Radix perennis, fibrosa, pellucida, a foliis parum diversa: tempore florescentiae se elevans; dein iterum se submergit. Caulis

longus ramosus. Folia natantia, capillaria, multipartita. Scapus strictus, raro ultra 5 flores ferens, Augusto florentes. Calycis foliola inaequalia; superius angustius, inferius latius breviusque. Corolla lutea, fauce aurantiaca.

(Praeterea describit ampullas radicibus adhaerentes. Si ad ampullas attendimus, planta Klukii U. intermedia esse videtur, nam in U. vulgari ampullae foliis adhaerent: folia tamen et color florum pro hac pugnant. Anne utrumque confudit? —

IX. U. minor.

(U. nectario carinato, labio superiore emarginato, palato aequali, foliis tripartitis, laciniis capillaribus dichotomis. Hayne. Choix-d. pl. d'Eur.)

Differt a praecedente, habitu tenuiori; foliis minus divisis. Corolla flavicante fauce (?) plano et aperta, calcar acute carinato. Rara cum praecedente. Kl.

Classis. III.

Monogynia.

X. IRIS germanica.

(I. foliis ensiformibus, glabris falcatis, brevioribus scapo multifloro, tubo gemine longiore. Thunb. Dissert. — Stigmata dentata. Petala interiora non emarginata.)

Flores caerulei. In fruticetis herbidis,
Floret Aprili, Majo.

XI. *Schoenus Mariscus*.
(S. culmo tereti folioso, foliis margine
dorsoque aculeatis. Flor. Suec.)

Radix perennis longa. Culmi teretes,
quandoque 6 pedales. Folia triquetra, ad an-
gulos hispida. Panicula ex axillis foliorum
superiorum, suffulta foliolis longis brunneis,
valde acuminatis. Pedunculi longi, inaequa-
les, ramosi. Spiculae cinnamomei coloris, co-
rymbosae. In singula spicula unicum conti-
netur semem subrotundum. In paludosis. Kl.

XII. *S. nigricans*.
(S. culmo tereti, spiculis fasciculatis,
involucri diphylli valvula exteriori spiculas
superante. Schrad. Fl. Germ.)

Radix perennis densum nutrit foliorum,
carina scabrorum, caespitem. Culmi teretius-
culi, circiter bipedales. Spiculae peduncula-
tae in capitulum ovatum aggregatae, nigro-
rubentes. Involucrum diphyllum, foliolo uno
longo, subulato. In paludosis, praecipue ae-
state exsiccantibus. Kl.

XIII. *S. fuscus*.
(S. culmo trigono, foliis setaceis canali-
culato-carinatis, fasciculis terminalibus sub-
geminis involucri longe minoribus, spiculis

subtrifloris, stigmatibus stylo longioribus.
Schrad. Flor. Germ.)

Culmus teres, foliosus. Spiculae corym-
bosae. Folia filiformia, canaliculata. Ma-
ximam cum *S. albo* habet similitudinem;
floret attamen praecocius et spiculae fasci-
culatae plures sunt. In turfosis. Kl.

XIV. *SCIRPUS caespitosus*.
(S. culmo tereti, vaginis in rudimentum
folii desinentibus, spica involucri diphylo
inclusa, stigmatibus tribus. Schrad. Fl. Germ.)

Radix perennis. Culmi, maximos for-
mantes caespites, duri, curvati, raro semi-
pedales vaginati. Calyx brunneus, muticus,
triflorus, bivalvis longitudine spicae. Semen
setis cinctum. In turfosis sylvaticis.

XV. *ERIOPHORUM vaginatum*.
(*E. caespitosum* culmis trigonis, spica
oblongo ovata. Schrad. Fl. Germ.)

Radix perennis. Culmus teres, squamis
foliaceis obtectus. Spica scariosa. In solo ste-
rili.

Digynia.

XVI. *Alopecurus paniceus*.
(*POLYPOGON*, Cal. bivalvis aristatus,
uniflorus. Cor. bivalvis valvula exteriori a-
ristata.)

P. monospeliense panicula coarctata subspicata, calycibus subpubescentibus marginatiliatis. Willd. in nov. Act.)

Annuum est. Panicula spicata. Valvulae villosae. Corolla aristata. Crescit in pratis siccis et hortis. Kl.
(Quis in tali et similibus descriptionibus Polypogon et alia eruere valebit?)

XVII. *Phleum arenarium*.
(Phl. panicula subspicata oblongo-obovata, glumis calycinis lanceolatis acutis; carina ciliatis, culmis adscendentibus. Schrad. l. c.)

Culmus ramosus. Spica ovata pilis cincta, plerumque pro parte adhuc folii vagina involuta. Annua planta. In arenosis.

XVIII. *P. nodosum*.
(*P.* spica subcylindrica parva, culmo adscendente, foliis obliquis, radice bulbosa. Pers. Syn. — Spica glabra).

Radix tuberosa. Culmus adscendens. Spica cylindrica. Raro ultra pedem altus. Culmus basi procumbens, et ramosus. Foliaditicha, margine villosa. Spica glabra, brevis. In pratis siccis et ad vias.

XIX. *Panicum dactylon*.
(DIGITARIA. Scop.
Cal, bivalvis, uniflorus, valvulis inaequalibus patentibus. Cor. bivalvis, calyce ma-

ior, compressa, valvulis subaequilongis: interiori angustissima, ab exteriori inclusa. Sem. corolla corticatum.

D. stolonifera stolonibus repentibus. Schrad. Spicae umbellatae 4 — 7. patentes.)

Spicae digitatae, divergentes, basi villosae. Flores solitarii. Stolones repentes. Radix repens perennis. Kl.

* *Poa palustris*.

Spectat ad *P. fertilem* Host.

** *P. angustifolia*.

(*P. angustifolia* secundum Cl. Smith. et aliorum observationes est. *P. pratensis* varietas. *P. pratensis* differt quo ad eius descriptionem radice non sobolifera, quam huic tribuit.)

XX. *Briza minor*.

(*E. panicula* erecta, spiculis triangularibus 5 — 7 floris, calyce flosculis majori Schrad.)
In pratis siccis.

XXI. *Festuca pratensis*.

(*F. elatior* panicula patente ramosissima, spiculis ovato-lanceolatis subaristatis 4 — 7 floris, foliis lineari-lanceolatis, radice repente. Schrad.)

Folia lata, villosa. Culmi duri, caespitosi, saepe tripedales. Panicula longa, ramosa. Spiculae parvae, tenues, ditichae, 5 — 6 florum, aristatae. Corollae valvulae virides, quidquam brunescens. In pratis fertilibus et humidiusculis.

* *F. elatior.*Est *F. elatior* Hostii, seu *F. pratensis*
Schrader.XXII. *Bromus giganteus.*

(B. panícula apice nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis flexuosis gluma longioribus, foliis nudis Schrad. Radix perennis. In sylvis siccis. Floret Septembri. —

XXIII. *Avena fatua.*

(A. panícula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calyce minoribus basi que pilosis, radice fibrosa annua Schrad.)

Calyx triflorus. Flores basi pilosi. Radix annua. Culmus ultra duos pedes altus. Folia lata, quinquenervia. Panícula magna. Semen glabrum, uno latere sulcatum, basi pilis cinctum. Inter segetes. Floret Junio. Kl.

XIV. *A. pratensis.*

(A. racemo simplici, spiculis subquinquefloris, flosculis calycem excedentibus, foliis glabriusculis, radice fibrosa perenni. Schrad. l. c.) Kl.

Calyces quinqueflori. Culmus bipedalis; Folia angusta glabra. Spiculae bipollicares. In pascuis siccis apricis.

XXV. *A. flavescens.*

(A. panícula aequali, spiculis subtrifloris, flosculis calycem excedentibus, gluma

corallina exteriori quinquenervi, radice subrepenta. Schrad. l. c.)

ELYMUS.

Cal. lateralis bivalvis, geminus aut ternus: singulis bi-trifloris. Cor. bivalvis, valvulis lanceolatis: exteriori acuminata mucica vel apice in aristam desinente. Sem. corolla corticatum.

XXVI. *E. arenarius.*

(E. Spiculis pubescentibus, flosculis muticis, foliis involutis rigidis. Schrad.)

Radix perennis. Folia arundinacea, alba. Spica elevata, longa tomentosa. Calyces biflori corolla breviores tomentosi, crescit in sabulosis. Floret Junio. Kl.

XXVII. *E. europaeus.*

(E. Spiculis scabris, flosculis aristatis, foliis planis flaccidis. Schrad.)

XXVIII. *b. caninus.*

(Triticum caninum glumis calcinis brevius aristatis trinervis subquinquefloris, flosculis aristatis, radice fibrosa perenni. Schrad. l. c.)

Radix perennis filamentosa. Spiculae aristatae, inferioribus geminis. Calyx sunulatus, quadriflorus. In sabulosis. Kl.

Trigynia

MONTIA.

Cal. diphyllus. Cor. monopetala, irregularis. Caps. unilocularis, trivalvis.

XXIX. *M. fontana*.

Crescit ad fontes. Caulis est debilis, ramosus, succulentus et humilis. Folia lanceolata, obtusa, antice latiora, opposita. Flores parvi albi, penduli in pedunculis racemosis superiorem caulis partem occupantibus. Kl.^e

Classis IV.

Monogynia.

XXX. *SCABIOSA Columbaria*.

(*S.* corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis lyratisque crenatis, caulinis pinnatis linearibus. Pers. Syn.) In montosis prope Mielnik.

XXXI. *S. inflexa*.

Caulis inflexus. Folia caulina integra lanceolata. Corollulae aequales.

Radix videtur perennis, brevis, obliqua, valde fibrosa. Caulis fere bipedalis. Semper in medio magis minusve supra flexuram erigitur iterum et nonnullos ramos floriferos emittit. Folia radicalia longe petiolata, obovata: caulina opposita, longa, lanceolata, brevissime petiolata. Pedunculi plerumque uniflori, longi. Flores parvi, pallide caerulei. Calycis foliola corollam aequantia, alter-

terna latiora, longiora; alterna angustiora, breviora. Prope Ciechanowiec in Mscichowka. Kl.

XXII. *ASPERULA arvensis*.

(*A.* foliis senis, floribus terminalibus sessilibus aggregatis. Pers. Syn. Caulis erectus. Flores caerulei). In agris. Floret Junio.

XXIII. *GALIUM saxatile*.

(*G.* foliis senis obovatis obtusis, caule ramosissimo procumbente, fructu granulato Smith. brit.)

Plures caules, breves, quadrangulares, ramosi, procumbentes ex una radice oriuntur. Folia magis lanceolata, superne quaternaria. Pedunculi pauciflori ex axillis foliorum enascuntur; plures tamen simul considerati formant quodammodo umbellas. Corolla alba. In lapidosis. Floret Junio. Kl.

XXXIV. *G. podlachicum*.

Simile dicit Galio a Hallero n. 715. descripto. — Caulis procumbens, diffusus, fragilis, tetragonus. Folia plerumque octona, verticillata, angusta, lanceolata, aristata, apice potissimum pilis cinctae. Flores umbellati, albi in ramulis tenuibus. Fructus globosi, parvi, indivisi. (an glabri?) In locis herbidis humidiusculis. Floret Julio. Kl.

XXXV. *G. pentandrum* Gilib.

P. II.

P

Galio vero valde affine. Caulis quantum vidi, pedem circiter altus, ramosus. Folia latiora et longiora ac *G. veri*, in fine albam maculam habentia. Racemus pauciflorus. Corolla flavescens, quinquepartita. Stamina quinque. Fructus didymus. Kl.

XXXVI. *Plantago Coronopus.*

P. foliis subhirsutis, semipinnatis, pinnis raris lanceolatis. Pers. Syn.

Radix perennis fibrosa. Folia terrae incumbentia, basi attenuantur, villosa, in partes inaequaliter transverse partita, laciniis serratis. Scapi non alti, simplices, villosi. Spica cylindrica, squamis ovatis, albis, costis viridi aristata. In sabulosis. Floret Junio. Kl.

XXXVII. *P. Cynops.*

(*P. caule ramoso suffruticoso, foliis integerrimis filiformibus strictis, capitulis subfoliatis.* Pall. Itin.)

Caulis non valde altus, durus, lignescens, nudus, in numerosos ramos foliosos divisus. Folia opposita, parum villosa, triquetra, instructa vaginis strictis, angustis. Flores insident pedunculis parum hirsutis, saepius quadripollicaribus, ex axillis foliorum ortis. Inferiores squamae capituli patentes, mediae magnitudinis, valde acuminatae. Bractea e-

vatae, subvillosae. Ad margines sylvarum. Floret Junio. Kl.

CENTUNCULUS.

Cal. quadrifidus. Cor. quadrifida, limbo patente. Stam. brevia. Caps. unilocularis, circumscissa, polysperma.

XXXVIII. *C. minimus.*

(*C. foliis alternis ovatis, floribus sessilibus.* Curt.)

Radix annua. Caulis ramosus, raro semipedalis. Folia parva, ovato-lanceolata, quorum inferiora alterna. Flores parvi, albi. Kl.

XXXIX. *CORNUS mascula.*

(*C. arborea, umbellis involucrium aequantibus.* Pers. Syn.)

In Podolia crescit.

ISNARDIA.

Cal. campanulatus quadrifidus. Cor. nulla. Caps. tetragona, quadrilocularis, calyce cincta.

XL. *I. palustris.*

(*I. foliis ovatis integris.* L.)

Radix annua. Folia obovato-subrotunda, opposita, breviter petiolata. Flores solitarii, axillares, sessiles. In rivulis. Floret Julio. Kl.

Tetragynia.

XLI. *POTAMOGETON perfoliatum.*

(*P. foliis cordatis amplexicaulibus.* L.)

P. 2

Radix perennis. Caulis natans, geniculis singulis radículas emittentibus. Foliolata, dura, lucida. In stagnis solum argillosum habentibus. Floret Junio. Kl.

XLII. *P. serratum.*

(*P. foliis lanceolatis oppositis subundulatis L. — A. P. crispo differt foliis inferioribus 3plo longioribus, latioribus, confertioribus, exacte lanceolatis integerrimis, superioribus majoribus, subcoriaceis, subundatis; spicis multo majoribus, densioribus, multifloris; pedunculis duplo longioribus et crassioribus.*)

Caulis saepius plures orgyas aequant, cum ramis confertis aequae fluentis directionem sequuntur. Vaginae magnae, latae. Folia longa, valde acuminata, lucidissima, marginis crispata. Pedunculi crassi, curvati. In stagnis, floret Augusto. Kl.

XLIII. *P. setaceum.*

(*P. foliis oppositis lanceolatis acuminatis. L.*)

Caulis teretiusculus, longissimus, in aqua fluente se extendens, ramis mutuo intricatis. Folia angustissima, circiter semipedalia. Pedunculi brevissimi, terminales. Spicae densae et crassae. Cum praecedentibus. Floret Junio. Kl.

XLIV. *P. gramineum.*

P. foliis linearilanceolatis alternis ses-

silibus stipula latioribus, caule tereti subdichotomo. Smith. britt.)

XLV. *SAGINA. erecta.*

(*MOENCHIA. Cal. tetraphyllus connivens: laciniis lanceolatis acutis. Cor. subbrevior: pet. integris. Caps. evalvis unilocularis, apice 5fariam dehiscens. Sem. reniformia scabra. Pers. Syn.*)

M. glauca caule erecto 1 — 2 flo. Pers.)

Caulis erectus, saepius tantum uniflorus.

Folia graminea. In sterilibus, subulosisque. Kl.

CLASSIS V.

XLVI. *ANCHUSA tinctoria.*

(*A. tomentosa, foliis lanceolatis obtusis, staminibus corolla brevioribus. L.*)

XLVII. *ECHIUM italicum.*

(*E. caule herbaceo piloso, foliis linearilanceolatis strigoso-hirsutis, inferioribus nervosis, corollis subaequalibus, staminibus corolla longioribus. Aiton*)

Flores albi in spicis hirsutis. Corolla subaequalis. Crescit in collibus arenosis. Floret Julio.

XLVIII. *PRIMULA farinosa.*

(*P. foliis rugosis crenatis glabris, subtus farinosis, umbella recta. Jacq. Misc.*)

Radix perennis emittens multa folia firma, longa, angusta, patum serrata, glabra, subtus farinosa, terrae incumbentia. Flores numerosi umbellam quodammodo formant, e-

recti, bracteis lanceolatis interstincti. Calyx longitudine tubi corollae quinquepartitae. In prato infra Cyranow. Floret Majo. Kl.

CYCLAMEN.

Corolla rotata reflexa, tubo brevissimo: lance prominente. Bacca tecta capsula.

XLIX. C. europaeum.
(C. foliis orbiculatis cordatis crenatis. Atton.)

Radix magna, globosa, perennis. Folia angulata, cordata, in petiolis solitariis, medio nigram maculam habentia. Pedunculi longi, succulenti, ex radice recti assurgunt, post deflorescentiam spiraliter torquentur. Flos foliis praecocior, petalis reflexis. Asserente Syrenio crescit in sylvis Quercinis et aliis densis. Kl.

L. *Menyanthes nymphoides*.

(WALDSCHMIDIA. Corolla quinquefida. Glandulae quinque ad basin germinis. Pepo unilocularis. Hayne Choix de pl. Tom. IV.

W. *nymphoides* foliis cordato-(orbiculatis) integerrimis, corollis ciliatis. Pers. Flores flavi.) In inundatis.

LI. CONVOLVULUS Nil,

(IPOMAEA. Cor. infundibuliformis aut campanulata, 5 plicata. Stigm. capitato-globosa, papillosa. Caps. 2 — 3 locularis polysperma. Pers. Syn.

I. Nil foliis cordatis trilobis, corollis semiquinquefidis; pedunculis petiolo brevioribus. Pers. Syn.)

Folia quidquam iis *Hederæ arboreae* similia, at magis cordata, triloba, parum lanata, longe petiolata. Corolla subquinquefida; quandoque subintegerrima. Flores profunde caerulei, breviter pedunculati. Caulis volubilis. Capsulae erectae. Radix annua. Kl. (Anne casu illuc delata?)

LII. CAMPANULA. Rapunculus.

(C. radice fusiformi, foliis undulatis pilosis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. L. — Calycis lacinae lineari-subulatae corollam speciosam subaequantibus.)

Folia radicalia lanceolato-ovalia, omnia crispata, terrae incumbentia, modo flava, modo profunde viridia. Flores in aliis purpurascens, in aliis caerulescentes. Radix digitum crassa, saporis dulcescentis. In pratis et arvis. Kl.

LIII. C. pyramidalis.

(C. foliis laevibus serratis cordatis, caulibus lanceolatis, caulibus junceis simplicibus, umbellis sessilibus lateralibus. L.)

Radix perennis, filiformis. Caulis solitarius, teretiusculus, circiter 3 pedalis. Folia inferiora magna, cordato-ovata, crenata, petiolata, media ovata, acuminata, petiolis

brevibus decurrentibus. Flores breves formant racemos, cauli approximatos; hi paniculam coarctatam. Corolla non magna, caerulea. In sylvis Augusto floret. Kl.

LIV. C. latifolia.

(C. foliis ovato-lanceolatis, caule simplicissimo tereti, floribus solitariis pedunculatis, fructibus cernuis. L. Calyces glabri.)

LV. C. betonicaefolia Gilib.

Radix videtur perennis. Caulis teres, simplex, non semper villosus, saepius bipedalis. Folia caulina remota, plerumque quatuor, longe petiolata, ovata, quandoque ovato-lanceolata; crenata, villosa. Flores pauci in apice caulis aggregati. Calyx villosus. Corolla caerulea, non magna. Kl. (Ad C. glomeratam accedere videtur, quam autem quoque enumerat.)

Digynia.

LVI. GENTIANA punctata.

(G. corollis subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis, calycibus membranaceis truncatis. Froelich. de Gent. — Corollae lacinae ovatae, acutiusculae.)

Folia ovato-lanceolata. Flores punctati. Calyx quinquedentatus. Corolla quinquefida, sordide lutea, punctata. In apice caulis flores fastigiati. In montosis inter Pulaw et Kasinitz. Floret Julio. Kl.

LVII. G. Amarella.

(G. floribus fasciculato-subumbellatis, corollis hypocrateriformibus 5fidis fauce barbata; tubo transversim crispo, calycis laciniis aequalibus, foliis ovato-lanceolatis. Pers. Syn.)

Corolla quinquefida, hypocrateriformis, fauce barbata. Radix parva annua. Caulis basi rubicundus, dense ramosus, valde foliosus. Folia profunde viridia; radicalia petiolata, ovata; caulina lanceolata, amplexicaulia. Flores longe pedunculati, axillares, tubo corollae longo, limbo caeruleo. Floret autumnno, in pratis et sylvis. Kl.

Cum hac descriptione quadrant specimina serius a D. Christiani lecta, in quibus folia obtusiuscula; flores axillares et terminales, pedunculis lateralium dimidio brevioribus; calyces membranacei, pallide virentes, 3 — 4 lineas cum dentibus longi, tubo corollae multo ampliores, decemstriati, dentibus uniformibus, tubo subaequalibus, profunde viridibus; corollae tubus 7 — 8 lineas longus, superne multo amplior, transverse corrugatus; limbi lacinae oblongo-lanceolatae, obtusiusculae, ultra 3 lineas longae; et stamina longitudinis tubi. — Planta mihi adhuc dubia, nam specimina austriaca G. Amarella differunt floribus magis fastigiatis, multo majoribus, calycis laciniis minus aequalibus, ultra 3 lineas longis, tubo suo minus ampliato

longioribus et corollae tubum superantibus; limbi laciniis ultra 4 lineas longis obtusioribus, staminibus exsertis et foliis acutioribus.

* *G. campestris*.

Eandem cum nostra *G. pratensi* esse, autumnus et eo majori jure, quoniam pro huius silentio praetereat.

LVIII. *ATRIPLEX hastata*.

(*A.* caule herbaceo erecto, calycis valvis foemineis magnis membranaceis reticulatis, margine dentibus longe setaceis. *Smith. britt.* Caulis rami infimi longissimi, procumbentes).

Folia similia iis *Chenopodii* (at qualis?) lanceolata, dentato-undulata. Caulis herbaceus rectus, angulatus, ramosus. Calycum foemineorum foliola magna sinuata. Spica recta. Ad parietes, in ruderatis. *Kl.*

LIX. *CHENOPODIUM rubrum*.

(*Ch.* foliis cordato-triangularibus obtusiusculis sinuato-dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis, caule brevioribus. *Pers. Syn.*)

* *Ulmus sativa*.

Sub hoc nomine *U. effusam* describere videtur.

LX. *ERYNGIUM amethystinum*.

(*E.* foliis radicalibus trifidis basi subtripinnatis, bracteis linearibus, spinis interjectis. *Pers. Syn.*)

HYDROCOTILE.

Umbella simplex. Invol. tetraphyllum. Petala integra. Sem. semiorbiculato compressa.

LXI. *H. vulgaris*.

(*H.* foliis peltatis orbiculatis, undique emarginatis, umbellis quinquefloris. *L.*)

Radix perennis repens, protrudens multa folia peltata orbiculata, octies emarginata, insidentia longis petiolis villosis. Umbellae quinqueflorae. In inundatis. Floret Junio.

BUNIUM.

Cor. uniformis. Umbella conferta. Fructus ovatus.

LXII. *B. Bulbocastanum*.

(*B.* foliis uniformibus, petiolis subaequalibus, involucre (polyphylo). *Willd.*)

Folia composita. Radix globosa, pyramidum aut ficum referens, multas fibras tenues emittens. Caulis crassus, mediocriter altus. Flores albi. Crescit in graminosis, marginibus agrorum, arvisque. Floret Junio. Maturatis seminibus caulis et folia pereunt, radix perennat. *Kl.*

LXII. *SELINUM sylvestre*.

(*S.* caule laevi, radice fusiformi multiplici. *Willd.*)

Radix perennis fusiformis, plerumque in ramos divisa. Caulis integer pilis duris obsitus. Folia acuminata, tripinnata et juniora

villosa. Umbella expansa, umbellulis a se invicem distantibus. Involucra et involucella adsunt. Semina habent tres elevatas, obtusas, approximatas costas. Kl. (Planta valde dubia.)

SISON.

Flores flosculosi fertiles. Pet. planiuscula. Umbella depauperata. Involucra subtetraphylla. Fructus ovatus striatus.

LXIV. *S. inundatum*.

(*S. (repens, umbellis bifidis)*, foliis radicalibus capillaribus multifidis, caulinis pinnatis, umbellis cernuis. Haller sub Sio.)

Radix plantae hujus parvae longa, in aqua repens, protrudit multa folia capillaria; remotiora sunt parva, e 3 — 5 foliolis serratis composita. In apice caulis foliolum trilobum insidet vaginae. Umbellae parvae ex axillis foliorum proveniunt. Involucri foliola sat lata. Umbellulae plerumque 8florae. Flores albi. Ia inundatis. Kl.

OENANTHE.

Flosculi difformes: radii abortivi (Syst. Veg. p. 186. Willd. p. 735); in disco sessiles fertiles (non steriles ut in Syst. Veg. p. 302. Willd. p. 144. Pers. Syn. p. 318.) Fructus striatus, retusus, suberoso-corticatus, ca-

lyce et pistillo coronatus. Umbellae subglobosae.

LXV. *O. fistulosa*.

(*O. stolonifera*, foliis caulinis pinnis filiformibus fistulosis, involucro universaliter subaullo. Pers. Syn.)

Radix perennis, late repens, fibris fasciculatis, valde stolonifera. Caulis debilis, rectus, teres, inflatus, dividit se in ramos iterum ramosos. Folia inferiora a superioribus plane diversa, componuntur e foliolis aliquot paribus minorum constantibus, quae adhuc in lobos obtusos divisa sunt: superiora componuntur e foliolis filiformibus inflatis. Umbellae magnae, involucro aut nullo aut monophyllo, terminales in ramis vel oppositifoliae, triradiatae. Involucella dimidiata, 3 — 10 phylla, satis lata, alba. Flosculi radii longe pedunculati, intermedii fere sessiles; radiales sunt masculi, difformes, majores, steriles: medii minores, hermaphroditi, fertiles. Corollae intus albae, extus rubescentes, petalis exterioribus majoribus, apice inflexo. Calyx proprius quinquepartitus; tribus exterioribus florum marginalium notabiliter longioribus. Fructus refert pyramidem quinquangularem, quinque-

costatam, saporis aromatici. In fossis, paludibus. Floret Junio. Kl.

LXVI. *O. crocata*.

(*O. foliis omnibus multifidis obtusis inaequalibus*. Willd.)

Radix perennis, ramosa, Pastinacae similis, succo luteo farcta. Caulis circiter tripedalis, ramosus, crassus, rubescenti-flavus, sulcatus, succo luteo, fortido plenus. Folia nonnulla simplicia, nonnulla bipinnata, foliis glabris incisus, cuneatis. Umbellae magnae. Involucrum nullum. Pedicelli angulati. Corolla alba, antheris brunneis. In paludosis crescit. Floret Junio. Kl.

LXVII. *Athamanta Meum*.

(*Meum Athamanta*, foliis omnibus multipartito-setaceis, vaginis petiolorum dilatatis ventricosis, involucrio universalis monophyllo. Ait. Kew.)

In collibus apricis. Floret Junio.

SCANDIX.

Umbella parum radiata. Flores radiati. Involucrum polyphyllum, emarginatum aut pinnato-incisum. Fructus rostro longissimo terminatus, subpilosus. Pers. Syn.

LXVIII. *S. Pecten*.

(*S. foliolis multitudinis, seminibus majoribus subglabris*. Pers.) Inter Segetes.

* IMPERATORIA *Ostruthium*.

(Existencia hujus plantae R. Klukio ipso in Polonia dubia: obtinuit folia e Galicia orientali Imperatoriae huic similia: flores autem non vidit.)

LXIX. SESELI *Saxifragum*.

(*S. caule filiformi divaricato, foliis duplicato-ternatis linearibus, umbellis subsexfidis*.)

Radix videtur annua. Caulis circiter pedem altus, ramosus, tenuis, teretiusculus. Folia parva. Umbellulae 6 — 8 florum, involucriis setosis. In Podlachia prope loca humida. Kl.

Classis VI.

Monogynia.

LXX. ALLIUM *Ampeloprasum*.

(*A. caule planifolio umbellifero, umbella globosa (capsulifera), staminibus tricuspidadis, petalis carina scabris*. Willd.)

In arvis rarior.

LXXI. *A. vineale*.

(*A. caule teretifolio, bulbifero, staminibus tricuspidadis*, L.)

Folia teretia fistulosa. Flores parvivolucei. Setae duae laterales staminum florem excedentes. In pascuis. Kl.

LXXII. *A. ursinum*.

(*A. scapo nudo triquetro, foliis ovato-lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata* L.)

In pratis humidis.

ASPHODELUS.

Cor. sexpartita patens. Nect. e valvulis
sex germen tegentibus.

LXXIII. A. albus.

(A. caule nudo simplici, pedunculis con-
fertis longitudine bractearum, foliis lineari-
bus carinatis laevibus. Willd.

In Galiciae orientalis et Podoliae locis
pinguibus elatis. Floret Junio.

LXXIV. ANTHERICUM Liliastrum.

A. (Phalangium Pers.) foliis planis, scapo
simplicissimo, corollis campanulatis, stami-
nibus declinatis. L.) In collinis. Corolla
speciosa alba.

LXXV. Anthericum ossifragum.

(NARTHECIUM Cor. hexapetala pa-
tens, persistens. Filam. filiformia hirsuta.
Caps. supera prismatica. Sem. utrinque ap-
pendiculata. Smith.

N. ossifragum. Smith. Folia ensiformia.
Cor. flava.)

In turfosis, humidis.

LXXVI. CONVALLARIA trifoliata.

(C. trifolia pumila, foliis amplexicauli-
bus, ovali-lanceolatis ternis, racemo termi-
nali simplici Mich.) In sylvis.

LXXVII. JUNCUS inflexus.

(J. culmo nudo; apice membrauceo in-
curvo, panicula laterali. L. Flores ex ova-
to-lanceolati angusti; foliolis alterne majori-
bus Roth.)

R. Kluk praeter definitionem mox ad-
ductam nil dicit. In humidis.

Trigynia.

SCHEUCHZERIA.

Cor. 6 partita. Cal. 6. Anther. lineares.
Stigm. sessilia; lateralia. Caps. 3. inflatae
distinctae, subdispermae.

LXXVIII. S. palustris.

(S. palustris. L. Planta Juncis habitu
simillima.) In paludosis,

Polygynia.

LXXIX. ALISMA ranunculoides.

(A. foliis lineari-lanceolatis, fructibus glo-
boso-squarrosis, pentagonis. Pers.)

In paludosis cum A. Plantagine.

Classis VIII.

Monogynia.

* EPILOBIUM pauciflorum.

(Videtur E. villosum esse, quantum ex
valde incompleta descriptione et illa nota,
quod sit varietas E. hirsuti floribus parvis
Linnei, eruere licet.

** E. spicatum.

Radix perennis. Folia angusta, linearia,
dura, fasciculata. Caulis fere ex omnibus folio-
rum axillis ramosus. Flores rubri, spicati. Kl.
(Secundum ipsius opinionem est varietas E.
palustris L., quam cum Hallero pro propria
declarat specie: Ance E. angustissimum?)

LXXX. ERICA Tetralix.

(E. antheris aristatis, corollis ovatis, style

incluso, foliis quaternis ciliatis, floribus capitatis. L.)

Fruticulus humilis. Flores profunde rubri. In paludosis. Floret Augusto, Septembri.

LXXXI. E. cinerea.

(E. antheris cristatis, corollis ovatis, stylo subexserto, foliis ternis, stigmatе capitato. Pers. Syn.)

Caulis fruticosi cinerei. Folia glabra.

LXXXII. E. multiflora.

(E. antheris muticis exsertis, stylo exserto, corollis cylindræo-campanulatis, floribus axillaribus, pedunculis longitudine floris, foliis quinis linearibus glabris Willd.)

Fruticulus ramosus. Corolla rubens, inter E. vulgarem.

LXXXIII. E. herbacea.

(E. herbacea antheris muticis exsertis, corollis oblongis, stylo exserto, foliis quaternis, floribus secundis. L.)

Clusii E. tertia: Flores similes E. vulgari, secundi. Antherae fissae, clausae. Folia terna patentia. Kl.

E. carnea.

(Varietas 3 praecedentis.) E. quarta Clusii. Fruticulus. Folia quaternis, patentia, glabra, triquetra. Corolla ovata. Antherae fissae. Flores rubri. Kl.

LXXXIV. E. purpurascens.

(E. antheris muticis exsertis, corollis campanulatis, stylo exserto, foliis quaternis, floribus sparsis L.)

Caulis fruticosus procumbens. Folia superne quina. Flores pallide rubri. Flore albo vidit in sylvis arenosis. Kl.

LXXXV. DAPHNE Laureola.

(D. racemis axillaribus quinquefloris, foliis lanceolatis glabris (perennantibus) L.)

Flores flavescens. Folia lucida. Baccas nigrae. Cum D. Mezereo, at rarior.

Tetragynia.

LXXXVI. ELATINE Hydropiper.

(E. foliis oppositis, floribus alternis Hoffm. Fl. Germ.)

Caulis parvi, ramis patentibus. Folia elliptico-lanceolata, opposita. Calyces corolla alba majores. In inundatis. Floret Julio. Kl.

Classis X.

Monogynia.

ANDROMEDA.

Cal. quinquepartitus, inferus. Cor. ovata, ore quinquefido, reflexo. Caps. quinquelocularis, valvulis dissepimento contrariis.

LXXXVII. A. polifolia.

(A. media foliis (alternis) lanceolatis revolutis, pedunculis aggregatis, corollis oblongo-ovatis rubicundis, laciniis calycinis magis erectis. Pers. Syn.) In uliginosis.

* ARBUTUS Uva ursi et procumbens.

Priori tribuit R. Kluk caulem lignosum procumbentem, longum, ramosum, folia confecta, subrotunda, carnosae, integra, et flores virides purpureo-striatos in apicibus ramosum; alteri folia glabra, crassa, ovato-sub-

rotunda, conferta et alterna, flores aggregatos in apicibus ramorum et baccas maturas rubras. Anne varietates solum? —

Digynia.

LXXXVIII. CHRYSOSPLENIUM oppositifolium.

(C. foliis oppositis L.)

C. alternifolio valde simile. In locis umbrosis paludosis, humidis. Kl.

LXXXIX. DIANTHUS diminutus.

(D. floribus solitariis, squamis calycinis octonis florem superantibus L.)

Radix annua. Caulis humilis, vix semipedalis, ramosus. Folia angusta. Flores solitarii, Corolla valde brevis. Calycis squamae octo, corolla longiores, quarum interiores graduatim majores obtusioresque. Flores pallide rubri. In arenosis. Floret Julio. Kl. (Anne specie revera a D. prolifero distinctus?)

XC. D. plumarius.

(D. floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis obtusissimis muticis, corollis multifidis, fauce pubescentibus. L.)

Radix perennis. Folia rose caesio obducta. Flores solitarii. Corolla in multas lacinas divisa, fauce (otvor) parum villosa. Squamae calycinae brevissimae, ovato-subrotundae. In sylvis herbidis. Floret Augusto. Kl.

Trigynia.

XCI. CUCUBALUS tartaricus.

(*Silene tatarica* petalis bipartitis, floribus secundis decumbentibus, pedunculis oppositis solitariis erectis, caule simplicissimo spicato. L. sub Cucubalo.)

Caulis simplicissimus. Folia iis *Hysopi officinalis* similia. Flores albi, petalis partitis, oppositi, pedunculis simplicibus erectis insidentes. In graminosis. Kl.

XCII. C. catholicus.

(*S. glutinosa* petalis bipartitis, panicula dichotoma patentissima viscosa, foliis ovatis. Pers.)

Radix perennis, magna, crassa. Folia longa lanceolato-ovato-subrotunda; caulis tripedalis circiter, ramis deliquescentibus. Flores viridi-flavi, petalis bipartitis, pedunculis ternis quaternisve insidentes, quodammodo paniculati. Calyces lucidi, branescentes. In graminosis. Floret Junio. Kl. (De glutinositate, plane silet, an diversa planta?)

Pentagynia.

COTYLEDON.

Cal. quinquefidus. Cor. monopetala. Squamae nectariferae quinque ad basin geminis. Caps. quinque.

XCVIII. *C. serrata*.

(*C. foliis ovalibus crenatis, caule spicato. L.*)

Radix capillaris. Caulis simplex, carnosus. Folia ovalia, crenata. Flores purpurei, 2-3 singulo pedunculo insidentes, spicati. In muris vetustis. Floret Julio. Kl.

XCIV. *C. Umbilicus Veneris*.

(*C. Umbilicus foliis peltatis crenatis, caule subsimplici, floribus pendulis, bracteis integris. L.*)

Caulis plures ex eadem radice. Folia supra convexa. Flores albo-flavescentes. Cum praecedente. Floret Junio. Kl.

XCV. *SEDUM. album*.

(*S. foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. L.*)

Flores albi. In muris antiquis. Floret Julio, Augusto. Kl.

* *CERASTIUM. viscosum*.

Ob caulem erectum villosum, viscidum potius pro *C. ovali* habeo.

XCVI. *SFERGULA pentandra*.

(*Sp. foliis verticillatis, floribus subpentandris, seminibus margine membranaceis. Lam. Differt praeterea a *S. arvensi*, ipsissima, foliis paucioribus et internodiis caulis multo brevioribus. — Variat staminibus 5-7-10.*)

Flores albi. Vere in pratis sylvaticis.

* *S. nodosa*.

(*S. foliis oppositis subulatis laevibus; infimis late vaginantibus, caulibus simplicibus. Pers. Syn. — Specimina Schleicheriana aequae glandulis obsita ac nostra *S. glandulosae* et in nulla nota a nostris recedunt, icones quoque Plukenetii (Phytogr. t. 7. f. 4.) Loeselii et Florae Danicae, quae omnes habitum a nostra non diversum monstrant, vidi; praeterea pilorum glanduliferorum numerum aetate evidenter imminui observavi; hinc *S. nodosam* pro varietate potius glabra *S. glandulosae* habeo.) Flores albi. In humidis pratis collibusque.*

Classis XI.

Trigynia.

XCVII. *RESEDA Luteola*.

(*R. foliis (lineari-) lanceolatis undulatis integris, basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. L.*)

Caulis rectus, valde foliosus. Spica longa, flavescentis. In ruderatis, ad vias. Kl.

XCVIII. *R. Phytuma*.

(*R. foliis integris trilobisque, calycibus sexpartitis maximis. L.*)

Calyces corolla multo majores, caules diffusi. In pratis humidis. Kl.

XCIX. *EUPHORBIA. chamaesyce*.

(*E. dichotoma, foliis crenulatis subrotundis glabris, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. L. Minuta. Nectaria alba crenata. Capsula laevis.*)

Radix annua. Caulis humilis procumbens. Folia glabra, subrotunda, crenulata. Flores axillares solitarii. Fructus quidquam hirsutus. Kl.

C. E. Peplus.

(E. umbella trifida: dichotoma; involu- cellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. L. capsularum anguli bicarinati.)

In cultis, hortis. Floret tota aestate.

CI. E. Myrsinites.

E. umbella suboctofida: bifida, involu- cellis subovatis, foliis spathulatis patentibus carnosis mucronatis margine scabris L. Caly- ces ore serrati. Nectaria flava bicornia, Cap- sulae glabrae.)

F. Radice perenni oriuntur plures caules circiter pedales, procumbentes, foliosi. Folia alterna, spathulata, mucrone forti, margine villosa, patentia. Umbellae 6-7-fidae, di- visae. Involucri foliola ovato-subrotunda, tenuia, acuminata; involucelli cordata. Flo- res flavi ad primam secundam radiorum divisionem masculi, reliqui hermaphrodit.

CII. E. palustris.

(E. umbella multifida, subtrifida: bif- da, involu- cellis ovatis, foliis lanceolatis ra- mis sterilibus L. Caulis sesquipedales. Cap- sulae verrucosae. Nectaria transverse ellip- tica.)

In

In paludosis. Floret Julio.

CIII. E. hyberna.

(E. umbella 5-6-fida: dichotoma, in- volu- cellis ovalibus, foliis oblongis latiusou- lis integerrimis, ramis nullis, capsulis ver- rucosis. L.)

Caulis pedalis. In collibus. Floret Julio.

CIV. E. Characias.

(E. umbella multifida: bifida, involu- cellis perfoliatis emarginatis, foliis lanceolatis integerrimis, caule frutescente. L. — Necta- ria atro-purpurea. Capsulae pilosae.)

Caulis alti, suffruticosi, rubri, digitum crassi, ramis annuis superne crassioribus. Folia coriacea, tomentosa, deslexa. Umbel- lae parvae coarctatae, multifidae. Involucri foliola lanceolata; (involucelli perfoliata.) Flo- res rubri. Kl.

CV. E. dendroides.

(E. caule arborescente, foliis sparsis lanceolatis, umbellis simplicibus sessilibus terminalibus, involu- cellis subcordatis. L. Um- bellae multifidae. Capsulae glabrae.)

Frutex bipedalis. Folia oblonga acumi- nata. Umbellae multifidae. Involucella cor- data. Flores flavi. Floret Junio. In syl- vis lapidosis. Kl.

P. II.

Q

Classis XII.

Polygynia.

CVI. ROSA spinosissima.

(R. germinibus globosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatissimis. Pers. Syn. — Aculei recti. Foliola 7—9. Calycis lacinae integerrimae. Flores albi. Fructus maturi nigri.)

In collibus apricis. Fruticulus parvus. Floret Junio.

CVII. POTENTILLA multifida.

(P. foliis bipinnatifidis quadrijugis superne glabris, subtus tomentosis, segmentis (linearilanceolatis) distantibus, caule decumbente. Willd.

Hinc inde in pascuis. Floret Junio.

CVIII. FRAGARIA sterilis.

Potentilla fragariastrum foliis ternatis, caule villosissimo diffuso, ramis floriferis laxis subbifloris. Ehrh. — Habitus et corolla alba Fragariae; fructu ad Comparum accedit.

In sylvis sterilibus. Floret vere.

CIX. TOUMENTILLA reptans.

(T. caule subrepente; foliis petiolatis, foliolis cuneato lanceolatis B. Flor. Dan. — Differt praeterea magnitudine majore omnium partium, foliolis ternis, quinis, rarius septenis, pedunculis folio plus duplo longioribus aliisque.)

In nemoribus umbrosis.

Classis XIII.

Monogynia.

CX. PAPAVER dubium.

(P. capsulis oblongis glabris, caule multifloro, setis pedunculorum adpressis, foliis pinnatifidis incis L. — Petala alba, macula baseos profunde purpurea.)

Radix annua. Caulis multiflorus, setis adpressis. Flores rubri, minores quam P. Rhoeados. Inter segetes Kl.

CXI. CISTUS Fumana

(Helianthemum Fumana, suffruticosum procumbens exstipulatum, foliis alternis linearibus scabris, pedunculis unifloris Pers. — Stamina circiter 16 antherifera et totidem exteriora castrata.)

Flores lutei, petalis calyce vix majoribus. In sylvaticis siccis lucidis.

Trigynia.

CXII. ACONITUM Anthora

(A. cuculli calcare refracto uncinato, labio adscendente obcordato, galea conica rotundata, foliis multifidis, laciniis linearibus. Willd. — Flores pentagyni.)

Flores ochroleuci. In montosis. Floret Julio.

* FONTANELLA tertiaria Kl.

Hujus plantae, quam pro proprio habet generi, R. Kluk sequentem communicat descriptionem:

Q:

Radix tenuis filamentosa, videtur perennis. Folia radicalia non vidit. Caulis teres, strictus, spithameus, superne parum ramosus. Folia caulina et ramea alterna, petiolis tamen tribus semper ex uno puncto ortis, folio longioribus. Folia cuneiformia, trilobo-digitata. Flores caulem et ramos terminant. Pedunculi longi. Calyx nullus. Corolla alba pentapetala, petalis rosaceis. Stamina viginti. Pistylla in flore terminalia, in lateralibus duo totque fructus siliquosi, ab apice ad medium dehiscentes. Semina parvuscula. In locis humidis circa fontes, unde nomen dedit. Floret Aprili. (*Iso-pyrum thalictroides* descripsisse mihi videtur.)

Polygynia.

CXIII. ANEMONE vernalis

(A. pedunculo involucrato, foliis pinnatis, foliolis tripartitis obtusis glabriusculis, flore erecto. Willd.)

Foliorum pinnae latae, inciso-lobatae. Flos speciosus suberectus, subtus purpureus, supra albus. In collibus elatis apricis. Floret vere.

CXIV. A. pratensis

(A. pedunculo involucrato, corolla nutante, petalis apice reflexis, foliis bipinnatis, L.)

Corolla intus atra. In pratis siccis et collibus. Floret Aprili.

CXV. CLEMATIS Vitalba

(C. foliis pinnatis, foliolis scandentibus cordatis inciso-lobatis et integerrimis. Pers.)

Caules longissimi, ramosi, integras frutices obtegentes. Flores albi odorati. In Podolia et Galicia orientali. Floret Julio. Kl.

CXVI. C. Flammula

(C. foliis inferioribus (pinnatis; foliolis) laciniatis: summis simplicibus integerrimis lanceolatis. L. *Foliola caulina scandentia*.)

Flores albi. In fruticetis ad margines sylvarum. Floret Julio Kl.

* RANUNCULUS reptans

Varietatem solum R. *Flammulae* caule decumbente radicante habuisse videtur.

CXVII. HELLEBORUS foetidus

(H. caule multifloro folioso, foliis pedatis, (foliolis lanceolatis acutis) serratis coriaceis, corolla subconnivente. L.)

Flores viridi-flavescentes. In sylvis umbrosis, praecipue circa paludes hyeme non congelatis.

Classis XIV.

Gymnospermia.

CXVIII. AJUGA pyramidalis

(A. tetragono-pyramidalis villosa, foliis radicalibus maximis. L. — Bractae ovato-ellipticae, crenatae; superiores violaceae. Corollae labium inferius emarginatum.)

Flores caerulei. Folia radicalia et inferiora superioribus multo majora. In pratis siccis et collibus herbidis. Floret Junio, Julio, Kl.

CXIX. TEUCRIUM Scorodonia

(T. foliis cordatis subpubescentibus dentatis petiolatis, racemis axillaribus secundis, caule erecto herbaceo. Willd. — Filamenta purpurascencia).

Flores ochroleuci. In sylvis arenosis

CXX. T. Scordium

(T. foliis oblongis sessilibus dentatis nudiusculis, floribus axillaribus pedunculatis geminis, caule diffuso pubescente. Pers. Syn.)

Allium redolet herba, In pratis uliginosis Kl.

CXXI. LAMIUM laevigatum

(L. foliis cordatis rugosis, caule laevi, calycibus glabris longitudine tubi corollae. L.)

Radix videtur perennis. Folia serrata.

Flores rubri. Inter arbores in hortis. Floret Junio. — Qua Synonyma citat Morisoni

Lamium album vulgare. Theodori Lamium purpureum et Blackwelli Lamium rubrum; definitionem quoque superius datam praemisit.

CXXII. STACHYS arvensis

(S. parvula, verticillis sexfloris, foliis obtusis nudiusculis, corollis longitudine calycis, caule debili. Pers. — Folia inferiora

cordata obtusa. Lacinia intermedia labii inferioris corollae integra non emarginata.)

Flores ochroleuci. In arvis. Floret aestate

Angiospermia.

CXXIII. PEDICULARIS incarnata.

(P. caule simplici, foliis protunde pinnatifidis, pinnis inaequaliter dentatis linearilanceolatis, calycibus villosis quinquefidis, corollae galea uncinata acuminata. Willd. — Caulis superne nudus. Spica pauciflora, calycibus, pedunculis et bracteis albo-tomentosis.)

Folia profunde pinnatifida, alterna. Caulis erectus, glaber, circiter bipedalis, spica florum longa, nuda terminatus. Flores minati rubri, galea angusta falcata, labio inferiore in tres partes subaequales diviso, lobo medio minore. Calyx subglobosus quinque-dentatus, dente infimo reliquis longiore. In fruticetis herbidis, quidquam humidis Kl.

CXXIV. P. verticillata

(P. caule simplici, foliis caulinis pinnatifidis quaternis, pinnis oblongis obtusis dentatis, spica capitata, calycibus hirsutis quinque-dentatis, corollae galea obtusissima. Willd.)

Radix perennis, lignosa et simplex. Caulis sat humiles ramosi. Folia numerosa, mollia, pinnata, e foliolis 21 ovalibus serratis composita. Flores in spicam densam crassam

congesti. Calyx albus, nervis viridibus. Corolla rubra, lucida. Capsula conica obliqua. In collibus uliginosis Kl.

CXXV. ANTIRRHINUM *Elatine*

(*LINARIA Elatine* foliis hastatis alternis, caulibus procumbentibus. L. sub Antirrhino. Flores violacei, mento croceo.)

In arvis. Floret Julio, Augusto.

CXXVI. *A. spurium*

(*L. spuria*, foliis pilosis alternis subrotundo-ovatis, inferioribus obsolete dentatis, superioribus subsessilibus integerrimis, caule procumbente. Willd. sub Antirrhino — Corolla flava, labio superiore macula violacea.)

Cum praecedente.

LINNAEA.

Cal. duplex: fructus diphyllus: floris quinquepartitus, superus. Corolla campanulata, Bacca sicca trilocularis. L.

CXXVII. *L. borealis*.

(*L. borealis* L. — Caules procumbentes, foliis oppositis subrotundo-spathulatis, remotissime serratis, floriferi ascendentes, nudi, excepto uno alterove pari foliorum ad basin. superne bifidi, basi bracteis lanceolatis binis suffulti, aequae ac pedunculi cernui, solitarii, uniflori, breves, terminales. Calyx basi purascens. Corollae basi attenuatae, albae, superne erubescens lobi rotundati.) In sylvis montosis.

Classis XV.

Siliculosa.

CXXVIII. LEPIDIUM *Iberis*

(*L. foliis inferioribus lanceolatis serratis, superioribus integerrimis, floribus dianthis, siliculis orbicularibus compressis emarginatis. Roth. N. Beytr.*)

Radix annua, longa, carnosa, profunde descendens. Caulis tenuis, rigidus, circiter bipedalis. Rami horizontaliter patentes. Flores in parvos, ramulos terminantes, racemos congesti, albi. Hinc inde ad vias. Floret Julio. Kl.

SUBULARIA.

Silicula integra, ovata: valvis ovatis, concavis, dissepimento contrariis. Stylus silicula brevior.

CXXIX. *S. aquatica*.

(*S.*, acaulis, foliis subulatis. Willd.)
In inundatis.

CLYPEOLA.

Silicula orbiculata, compresso-plana: decidua, bipartibilis, unilocularis, monosperma.

CXXX. *C. Jonthlaspi*.

(*C.*, siliculis orbiculatis, unilocularibus monospermis. L. — Siliculae pilis radiantibus appressis.)

Radix annua. Raro quatuor pollicibus altior. Rami procumbentes. Flores in parvis densis spicis, congesti, flavi. In arvis. Floret Julio. Kl.

CXXXI. DRABA ciliaris

(D. caule subnudo, foliis linearibus margine carinaque ciliatis, petalis integris L. — Flores albi.)

Radix perennis. Caulis ramosus. Folia linearia, carina margineque ciliata, radicalia glabra, imbricata. In collinis inter sylvas sitis. Floret aestate Kl.

Siliquosa.

CXXXII. DENTARIA pentaphyllos.

(D. foliis digitatis. Ait.)

Radix perennis, plurimum omnium dentata. Folia hirsuta, crenata, similia iis reliquarum, digitata, foliolis inferiorum septem; superiorum quinque. In sylvis umbrosis frequentissima. Floret Majo. Kl.

CXXXIII. SISYMBRIUM Irio.

(S. foliis runcinatis dentatis nudis, caule laevi, siliquis erectiusculis, Jacq.)

Caulis bipedalis et ultra, ramosus, ramis patentibus. Flores flavicantes. In muris, cultis. Floret Julio, Augusto. —

C l a s s i s XVI.

Decandria.

CXXXIV. GERANIUM lucidum.

(G. pedunculis bifloris, foliis quinquelobis rotundatis, calycibus transverse corrugatis, arillis multicarinatis. Smith, Brit.)

Radix annua multos caules hamiles ramosque multifloros sustinens. Folia opposita glabra, lucida, lobis tridentatis. Flores parvi rubri, petalis integris, calycibus ventricosos. In locis umbrosis. Floret Junio. Kl.

CXXXV. G. rotundifolium.

(G. pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis aristati, foliis radicalibus reniformibus septemlobis, caulinis subrotundis, basi truncatis, quinquelobis trifidis, arillis hirsutis, seminibus reticulatis. Smith.)

Caules diffusi rubri. Flores parvi purpurei, calycibus quidquam inflatis. In incultis, sepibus. Floret tota aestate. Kl.

Polyandria.

ALTHAEA.

Cal. duplex: exterior 6 — 9-fidus. Capsulae plurimae in orbem dispositae.

CXXXVI. A. officinalis.

(A. foliis tomentosis oblongo-ovatis obsolete trilobis dentatis. Willd.)

Radix crassa, alba, mucilaginoso, ramosa. Folia simplicia, acuminata, superiora sublobata. Caulis altus. Flores axillares, parvi, albi. In locis humidiusculis. Floret aestate. Kl.

Classis XVII.

Hexandria.

CXXXVII. FUMARIA Capnoides.
(F. caule ramoso diffuso acutangulo, siliquis linearibus tetragonis pedunculo longioribus. Willd.)

Radix perennis. Folia in lacinulas minutas partita. Flores flavescentes. In fruticosis. Floret aestate. Kl.

CXXXVIII. F. capreolata.

(F. caule ramoso scandente, nucibus globosis monospermis, foliis triternatis, foliolis obovato-cuneatis incisis, petiolis partialibus cirrhoso-convolutis. Willd.)

Flores albi, fauce purpureo-nigrescente. In umbrosis. Floret vere.

CXXXIX. F. spicata.

(F. caule ramoso erecto, siliquis oblongis compressis marginatis monospermis, foliis supradecompositis, foliolis tripartitis filiformibus. Willd.)

Flores spicati rubri. Ad margines agrorum. Floret vere.

CXL. Octandria.

POLYGALA amara.

(P. floribus cristatis racemosis, alis calycinis trinerviis obtusis corolla longioribus, caulibus erectiusculis, foliis obtusis; radicalibus obovatis (maximis) Willd. — Plura

vide apud P. vulgarem.) In collinis. Floret Julio, Augusto.

Decandria.

SPARTIUM.

Cal. deorsum productus. Carina quibusdam pendula. Filamenta germini adhaerentia. Stigma longitudinale, supra villosum. Legum. oblongum, mono-polyspermum.

CXLI. S. Scoparia.

(S. scoparium foliis ternatis solitariisque oblongis, floribus axillaribus, leguminibus margine pilosis, ramis angulatis. Willd. — Fruticulus ramis confertis brevibus. Flores flavi.)

In sylvaticis arenosis. Floret vere.

CXLII. GENISTA sagittalis.

(G. ramis ancipitibus membranaceis articulatis, foliis ovato-lanceolatis. L.)

Flores flavi. In arenosis. Floret Junio. Julio.

CLXIII. G. pilosa.

(G. foliis lanceolatis (obtusis) complicatis, (subtus pilosis), pedunculis axillaribus brevissimis, corollis pilosis, caule tuberculato striato procumbente. Willd.)

Caulis tulucrifosus, decumbens, parum ramosus, ramis parvis. Folia parva iis Hyperici perforati similia, lanceolata, obtusa. Flores minuti in parvis spicis ramulos

terminantibus, pallide flavi. In pratis sylvaticis sterilibus. Floret Junio. Kl.

CXLIII. OROBUS tuberosus.

(O. foliis pinnatis tri-quadrifugisve lanceolatis, stipulis semisagittatis integerrimis, caule alato. Willd.)

Radix perennis e pluribus tuberibus et fibrillis constans. Caulis superne solum parum ramosus, strictus, pedalis, stipulis foliaceis sagittatis. Folia e foliolis 5 — 7 composita, quorum inferiora ovato-subrotunda. Racemi longe pedunculati in axillis foliorum, circiter quadriflori, floribus rubris. In sylvis et pratis. Floret Majo, Junio. Kl.

* LATHYRUS latifolius.

Cum L. sylvestrem silentio praeterit, probabile mihi est R. Klukium hunc intellexisse, atque ideo magis, quoniam foliola lanceolata dicit.

CXLV. CORONILLA coronata.

(C. suffruticosa, foliolis novenis ellipticis; internis cauli approximatis; stipulis oppositifoliis lanceolatis. Willd. — Flores flavi.)

Ad margines sylvarum, in fruticosis.

CXLVI. C. minima.

(C. suffruticosa, foliolis novenis ovatis, stipula oppositifolia emarginata, leguminibus angulatis nodosis. L.)

Flores flavi in longe pedunculatis capi-

tulis. Crescit in similibus locis ac praecedens Floret Majo.

ORNITHOPUS.

Cal. tubulosus: dentibus subaequalibus.

Cor. carina minima, compressa. Loment. articulatum, teres, arcuatum. Pers. Syn.

CXLVII. O. perpusillus

(O. pubescens, foliis pinnatis, floribus capitatis bractea suffultis, lomentis teretiusculis incurvatis. Willd.)

Radix annua. Cauliculi breves, plerumque procumbentes. Folia petiolata, pinnata. Flores flavescens. In campis derelictis, udisque. Floret Junio. Kl.

CXLVIII. HEDYSARUM alpinum

(H. caulescens erectum, foliis pinnatis, (foliolis) ovato-lanceolatis glabris, racemis elongatis axillaribus, bracteis pedunculo brevioribus, articulis lomenti penduli glabris. Willd.)

Caulis erectus. Folia pinnata. Flores rubri. Legumina articulata, glabra, pendula. Crescit in inundatis montanis Kl.

CXLIX. ASTRAGALUS campestris

(OXYTROPIS campestris acaulis, calycibus leguminibusque villosis, foliolis lanceolatis acutis, scapo decumbente. Pers. Syn.)

Foliola lanceolata, acuminata. Caulis nullus, Pedunculi decumbentes, Calyx et

legumina villosa. Corolla flava, carina maculis duabus violaceis. In arvis. Kl.

CL. A. arenarius

(A. caulescens ramosus prostratus, foliis lineari-lanceolatis sericeis complicatis, racemis subsexfloris, folio longioribus, leguminibus oblongis pubescentibus. Willd.

Flores purpurei, in sabulosis. Floret Julio.

CLII. A. epiglottis.

(A. caulescens procumbens, leguminibus capitatis subsessilibus cernuis cordatis mucronatis, replicatis nudis. Linne.)

Radix annua. Caulis procumbens, Folia circiter duodecimjuga cum impari, foliis obtusis. Legumina cordata, acuminata, villosa, emarcida. Flores pedunculis axillaribus insidentes in capitulum globosum aggregati, profunde purpurei. Ad margines agrorum. Floret Julio. Kl.

Classis XIX.

Aequalis.

CLII. LACTUCA virosa

(L. foliis horizontalibus carina aculeatis denticulatis, apice obtusis, basi sagittatis, oblongo-lanceolatis. infimis sinuatis. Willd. Caulis basi aculeatus.)

Ad aggeres siccos.

CLIII. L. saligna

L. foliis carina aculeatis, radicalibus lan-

ceolatis, caulinis linearibus integerrimis sagittatis. Willd. — Folia plano-verticalia.)

Folia profunde viridia. Caulis rami, et costae foliorum albidae. Flores flavicantes. in graminosis. Floret Augusto.

CLIV. HYOSERIS minima

(LAPSANA pusilla scapo diviso nudo, pedunculis incrassatis, pappo obsolete. Willd. Folia obovato-oblonga, dentata. Cal. brevis, orbiculatus.)

In arvis arenosis. —

CLV. PICRIS echioides

(HELMINTHIA Cal. duplex: interior, 8phyllus, aequalis; exterior 5phyllus, laxus. Recpt. nudum. Papp. stipitatus, plumosus. Sem. transverse striata. Gaertn.

H. echioides calycis exterioris foliolis cordato-ovatis subspinosis. Gaertn. d. Fruct.)

Radix annua. Folia indivisa hirsuta amplexicaulia. Flores flavi. In fruticetis lucidis et sylvis extirpatis. Floret Junio, —

CLVI. CREPIS Dioscoridis

(C. foliis radicalibus lyrato-runcinatis, caulinis hastatis lanceolatis, inferioribus dentatis, caule erecto, ramis divaricatis, calycibus tomentosis, fructigeris subrotundo-ovatis angulosis. Willd. — Calyces farinosi. Pedunculi tumidiusculi.)

Flores flavi, ante anthesin rubeates. In locis arenosis. Floret Julio.

CLVII. *CARDUUS marianus*

(C. foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato-spinosis L. Folia albo-variegata.)

In collibus herbidis. Floret aestate.

CLVIII. *C. heterophyllus*

(*CNICUS heterophyllus* foliis amplexicaulibus cordatis lanceolatis serratis ciliatis subtus tomentosis, inferioribus subincisis, squamis calycinis lanceolatis adpressis submucronatis. Willd.)

Folia amplexicaulia lanceolata, margine pilosa; partim lacera, partim partita. Caulis plerumque bipedalis, uniflorus. Radix perennis, repens, nodosa. Crescit in demissis Kl.

CLIX. *C. helenioides*

(*Cn. helenioides* foliis subcordatis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis subtus tomentosis, inferioribus subincisis, floribus aggregatis, squamis calycinis lanceolatis adpressis mucronatis. Willd.)

Radix perennis, parum repens, multa protrudens folia, indivisa, subtus alba. Caulis altissimus, inermis, sulcatus, valde foliosus. Folia caulina semiamplexicaulia, stipulis adnatis et dentibus rotundis incurvatis, margine muricatis; floribus proxima subulata. Flores purpurei. In arvis siccis. Kl.

CLX. *C. acaulis*.

(*Cn. acaulis* foliis pinnatifidis dentatis ciliato-spinosis, pedunculis radicalibus unifloris, calycinis squamis lanceolatis arcte imbricatis. Willd.)

Caulis nullus. Radix perennis. Calyx glaber. Flos purpureus. In pratis depressis apricis. Kl.

CLXI. *CHRYSOCOMA biflora*

(*C. herbacea* paniculata, foliis lanceolatis trinerviis punctatis nudis L.)

Flores flavi majores, quam *C. Linosyris*, quandoque radiati. In collibus siccis. Floret Julio.

Superflua.

CLXII. *ERIGERON viscosum*

(*PSIADIA*. Cal. ovatus, imbricatus. Cor. radii abbreviatae. Recept. nudum. Pappus pilosus sessilis.

P. glutinosa Willd.)

Radix perennis. Caulis ultra duos pedes altus. Folia lanceolata, serrata, pilis et glandulis glutinosi obsessa. Flores solitarii in pedunculis lateralibus lutei, quidquam odorati. Calyx squarrosus. Crescit inter oleracea. Floret Septembri Kl.

CLXIII. *E. graveolens*

(*E. foliis* sublinearibus integerrimis, ramis lateralibus multifloris, caule ramosissi-

mo. Pers. Syn. — Folia graveolentia, adspersa pilis minimis apice viscidis.)

Radix annua. Caulis firmus, circiter bipedalis. Folia linearia, non serrata, viscida, olentia. Rami laterales multiflori. Flores flaventes. Calyx squarrosus. Crescit in arvis. Floret Augusto Kl.

CONYZA.

Cal. imbricatus, squamis sublinearibus, ovatus; aut hemisphaericus subscariosus. Cor. radii trifidae. Recept. nudum. Pappus simplex, capillaris.

CLXIV. *C. squarrosa*

(C. foliis lanceolatis acutis serratis scabris, caule herbaceo corymboso, calycibus squarrosis. L.)

Caulis bipedalis. Flores flavi. Crescit in arvis siccis. Floret Julio, Augusto.

CLXV. *DORONICUM Pardalianches*

(D. foliis denticulatis, summis subrotundo-cordatis, mediis spathulato-cordatis, inferioribus et radicalibus cordatis petiolatis. Willd.)

Radix perennis, nodosa, carnosae, crassa, fibris crassis instructa. Caulis floriferus sulcatus, pilosus, ramosus, plerumque ultra duos pedes altus. Folia radicalia cordata, obtusa, serrulata, petiolata, caulina

petiolata, amplexicaulia. Flores lutei solitarii in apicibus ramorum. In locis uliginosis sylvarum. Floret Augusto, Kl.

CLXVI. *D. plantagineum*

(D. foliis ovatis acutis subdentatis, ramis alternis L.)

Radix perennis, caulis frequenter inflexus, ramis alternis. Folia radicalia ovato-subrotunda, acuta, serrulata; caulina sessilia alterna, subtomentosa; inferiora lineari-lanceolata; summa linearia. In sylvis. Floret a Junio in Augustum usque. Kl.

CLXVII. *CHRYSANTHEMUM segetum*

(C. foliis amplexicaulibus, superne laciniatis; inferne dentato-serratis L.)

Flores lutei concolores. Inter segetes: in pratis. Floret Majo, Junio.

CLXVIII. *ANTHEMIS Pyrethrum*

(A. foliis triplicato-pinnatis, foliolis linearibus, caule decumbente, ramis axillaribus unifloris. Willd.)

Caulis simplex uniflorus, procumbens. Folia pinnata, multipartita. Radix perennis. Flos sat magnus, radio subtus purpureo, supra albo. In Podolia et Galicia orientali. Floret Junio, Julio Kl.

CLXIX. *A. nobilis*

(A. foliis bipinnatis, foliolis tripartitis

lineari-subulatis subvillosis, caule basi ramoso. Willd).

Folia pinnata, composita, linearia, acuta, subvillosa, Radix parva. Caules ramosi. Flores odorati terminales, medio flavi, radio albo. Frequens inter segetes; ad vias. Floret Junio, Julio. Kl.

CLXX. ACHILLEA *Ageratum*

(A. foliis integris oblongis obtusis serratis fasciculatis, corymbo fastigiato coarctato. Pers. Syn.)

Flores lutei, quandoque albi. In pasuis Podoliae et alibi. Floret Junio, Julio. Frustranea.

CLXXI. CENTAUREA *Centaureum*

(C. *Centaureum* calycibus inermibus, squamis ovatis obtusis, foliis pinnatis glabris, pinnis argute duplicato-serratis, decurrentibus, terminali lanceolata. Willd. *)

*) Liceat mihi hac occasione monere hanc definitionem optime ad iconem *Centaureae* a Gmelino *Flora sibirica* 2. t. 41 datam et ad *C. ruthenicam* citatam quadrare. — *C. Centaureum* horti botanici vindedonensis est glaucescens, foliorum pinnis lanceolatis, remote cartilagineo-serrulatis decurrentibus; pinna terminali lanceolata. *C. ruthenica* autem laete viridis, foliolis omnibus lineari-lanceolatis se potissimum a priori distinguit. —

Radix perennis. Folia composita, foliolis serratis. Calyces inermes, squamis ovato-subrotundis. Flores purpurei. In fruticetis lucidis ad margines sylvarum. Floret Julio. Kl. — Qualem R. Klukius vidit, an *C. Centaureum* an *ruthenicam*? arduum est uocidere.

Segregata.

CLXXII. ECHINOPS *Ritro*

(E. capitulo globoso, foliis pinnatifidis supra glabris. Miller Dict.)

Folia subtus tomentosa, laciniis angustis. Flores caerulei. In collibus arenosis.

Floret Augusto.

Classis XX.

Monandria.

CLXXIII. SATYRIUM *repens*

(*NEOTTIA repens* foliis radicalibus ovatis, petiolatis, reticulatis, scapo vaginato floribusque pubescentibus secundis, labello petalisque lanceolatis. Willd. — Flores secundi. Petala tria pubescentia conglutinata. Labellum lanceolatum s. ovato-oblongum. Calcaris loco carina cymbiformis. Radix repens. Folia ovata)

Flores albi. In pratis montanis. Floret Augusto —

CLXXIV. OPHRYS *cordata*

(*EPIPACTIS cordata* caule bifolio, fu-

liis cordatis oppositis, tabello trifido, laciniis lateralibus brevissimis, intermedia longissima bipartita lineari. Willd.)

Radix fibris teretibus constans. Caulis durus, quandoque pedalis, plerumque bifolius, raro tertium sub spica. Flores flavi, aetate rubentes. Labello partito, utrinque unidentato. In sylvis humidiusculis. Floret Julio. Kl.

CLXXV. O. Corallorhiza

(CYMBIDIUM Cor. 5 petala erecta s. patens. Labellum basi concavum ecalcaratum lamina patula. Anthera opercularis decidua. Pollen globosum. Willd.)

Char. essent. Cor. erecta s. patens. Labellum basi concavum. Anthera opercularis decidua. Willd.

C. Corallorhizon scapo vaginato aphylo, floribus pedicellatis, petalis lanceolatis, binis inferioribus linearibus deflexis, labello oblongo acuto. Willd. — Labellum supra basin utrinque levissime emarginatum.)

Radix ramosa dentata rubra, aut sordide pallens. Flores albi. In sylvaticis. Floret Julio, —

CLXXVI. ORCHIS abortiva

(LIMODORUM Cor. 5 petala subpatens. Labellum basi antice in cornu liberum productum. Anthera terminalis Willd.)

Char-

Char-essent. Labellum in calcar productum. Anthera opercularis decidua. Willd.

L. abortivum aphyllum, scapo vaginato, petalis erectis, labello ovato undulato, cornu subulato germinis longitudine. Willd.)

Radix est tuber inaequale, ex quo multae radicae oriuntur. Caulis firmus, strictus, vaginis foliaceis obtectus, fere bipedalis. Bractee et flores pulchre violacei. Spica rara, pauciflora. In sylvae Cyranowskianae ad Bogum fluvium sitae locis umbrosis. Kl.

CLXXVII. SATYRIUM Epipogium

(L. Epipogium aphyllum, scapo vaginato pauciflora, floribus pendulis resapinatis, labello trilobo concavo, cornu adscendente ovato. Willd.)

Flores pallide rubentes. In sylvis. —

Hexandria

CLXXVIII. ARISTOLOCHIA longa

(A. foliis cordatis ovatis retusis, caule prostrato subsicante, corollis erectis, labio lanceolato acuto. Willd.)

Caulis debilis, brevis, omni autumno perennans. Folia cordata, obtusata; petiolata, alterna. Flores profunde purpurei, solitarii, axillares. Radix uti Dauci Carotae. Ad margins agrorum, in pratis penes sylvas jacentibus. Floret Junio, Julio, Kl.

P. II.

B

CLXXIX. *A. rotunda*

(*A. foliis cordatis ovatis obtusis subsessilibus, caule erectiusculo subsimplici, pedunculis solitariis, corollis erectis, labio oblongo retuso. Willd.*)

Caulis debilis: plures ex una radice. Flores albi, solitarii. Folia cordata, obtusa, sessilia. Radix globosa, formae Brassicae Rapaepae. Dantur varietates floribus purpureis. In locis herbidis sylvarum. Floret Junio, Julio. Kl.

Classis. XXI.

Monandria

ZANNICHELLIA

MAS. Cal. nullus. Cor. nulla. FOEM.

Cal. monophyllus. Cor. nulla. Germina cititer quatuor. Sem. totidem. Willd.

CLXXX. *Z. palustris*

(*Z. anthera quadriloculari, stigmatibus integerrimis, seminibus dorso denticulatis Willd.*)

In fossis. —

CLXXXI. *CHARA vulgaris*

(*C. caulibus ramulisque basi nudis, ramulis teretibus, articulis foliosis, foliolis oblongo-subulatis, bracteis bacca brevioribus, Willd.*)

In aquis stagnantibus. Floret Julio.

CLXXXII. *C. tomentosa Kl.*

(*C. caulibus spongiosis subhispidis, ramulis basi foliosis, foliis teretibus subulatis. Willd.*)

Aculei in caule ovato-subrotundi. Caulis fragiles. In aquis stagnantibus. Kl.

CLXXXIII. *ARUM sagittae folium Kl.*

In radiculis tenuibus longis pendent tubera formae Seminum Viciae Fabae. Folia sagittata, triangula, angulis divaricatis, acuminata. Caulis floriferus, (scapus) non brevis. In montosis Galiciae orientalis et Podoliae Kl. Plantam *R. Klukii* non esse *Calladium sagittae folium* verosimile est. Ad finem descriptionis adhuc monet, tubera esse minora illis plantae Americanae.

Diandria,

CLXXXIV. *LEMNA gibba*

(*L. foliis ellipticis subtus bullato-concrexis, basi cohaerentibus, radicibus solitariis. Willd.*)

In aquis stagnantibus. —

Triandria.

* *Carex dioica*

Radix perennis. Spicae solitariae dioicae. Kl.

Descriptio a *R. Klukio* data integrae sectioni *Caricum*, amentis dioicis, inseruit; ideo dubium manet, an *C. Davallianam*, dioicam *L.*, aut aliam intellexerit.

CLXXXV. *C. areolaria*

R.

(*C. spica androgyna* composita, spiculis alternis confertis, superioribus masculis, inferioribus foemineis, intermediis apice masculis, stigm. 2, fructibus ovatis marginatis ciliato-serratis, culmo incurvo. Willd. — Bractea subfoliaceae. Amenta oblonga, acuta, compressa, squamis oblongis, acuminatis, flarescenti-ferrugineis.)

In arenosis.

* *C. leporina*

Secundum ipsius brevem descriptionem et locum, ubi legit, probabilissime *C. ovalis* est.

CLXXXVI. *C. loliacea*

(*C. spica androgyna* composita, spiculis subquaternis, inferis masculis subapproximatis, stigm. 2, fructibus ellipticis obtusis nervosis compressis erectis. Willd. — Radix repens. Folia graminea, tenera, laevia. Culmi laevi, superne nudi. Amenta 4 — 8 ovata, parva, ad apicem culmi sparsa, albida.)

In locis humidis.

CLXXXVII. *C. axillaris*

(*C. spica androgyna* composita, spiculis alternis, inferioribus subternatis, remotis inferne masculis, stigm. 2, fructibus ovatis acuminatis (profunde bifidis compressis, margine ciliato-serratis, squamam aequantibus, bractea ad spiculam inferiorem foliacea longissima. Willd. — Fructus convexo-planis. Culmi striati.)

In humidis.

CLXXXVIII. *C. divortiatia* Kl.

(*C. diversiflora* spica mascula solitaria, foemineis 3 — 5 floris, binis approximatis sessilibus, infima radice longissime pedunculata, stigm. 3, fructibus obovato-oblongis triquetris brevissime rostellatis, ore obliquo, squamam oblongam aequantibus. (*C. alpestris*) Willd. — Squamae oblongae, ferruginae, albo-marginatae, foemineorum acutae. Fructus striati, glabri vel superne pubescentes.)

In montosis.

CLXXXIX. *C. limosa*.

(*C. spica mascula* solitaria, foemineis binis ovatis pedunculatis pendulis, stigm. 3, fructibus ellipticis compresso-triquetris, brevissime rostellatis, ore integro, squamam ovatam mucronatam aequantibus, bracteis amplexicaulibus. Willd. — Folia primum glauca, dein pallide viridia; angusta. Squamae rufo-ferruginae, basi albicantes. Fructus lineari.)

In paludosis sylvaticis. —

Pentandria.

AMBROSIA.

MASC. Cal. communis monophyllus. Cor. monopetalae quinquefidae infundibuliformes, Recept. nudus. FOEM. Cal. monophyllus integer, ventre quinquedentato, uniferus. Cor. nulla. Nux e calyce indurato, monosperma. Willd.

CXC. *A. elatior*.

(*A. foliis bipinnatifidis glabrisculis, petiolis longe ciliatis, racemis terminalibus pa-*

niculatis, caule virgato. Willd. — Rami laterales apice caulis breviores, qui in sequenti longiores evadunt. Petioli foliorum, praesertim superiorum, longe ciliati, quod non in sequenti.)

Folia bipinnatifida. Flores in apicibus ramorum longos formant racemos. Annuus. Floret Julio in campis diu sibi relictis Kl.

CXCI. A. artemisiaefolia.

(A. foliis bipinnatifidis subtus canescentibus, summis pinnatifidis, racemis ternis terminalibus, ramis fastigiatis Willd. — Folia prima ad exorum ramulorum indivisa, oblonga, integerrima. Caulis primarius vix pedaltior, magis diffusus. Rami quadripedales adscendentes, supra racemosi, ut racemi laterales evadant, nec terminent plantam.)

Folia bipinnatifida: prima tamen ramorum juniorum indivisa. Rami caule altiores. In pratis arenosis. Kl.

Polyandria.

Betula nana Kl.

Hanc R. Kluk, probabiliter cum B. fruticosa confudit; folia enim dicit serrata, quae in B. nana omnino sunt crenata.

Addenda

~~~~~

PARTI I.

Praefationi instar notaе adjungendum: C. Sprengel in operis sui doctissimi: *Historia Rei Herbariae* Amstelod. 1807. Tomo primo p. 464 adducit inter COMPILATORES Marcum Urzedowa, „qui polonicum herbarium: Herbarz polski Cracov. 1595 fol. conscripsit e veteribus. Icones pleraeque e Matthiolo: nomina corrupta: fictitia plura. Librum hunc rarissimum in bibliotheca Göttingensi vidit.“

Ad Erythraeam *Centaurium*. (Pentandria Monog.) *Chironia uliginosa*, in Hungaria nuper detecta, adeo nostrae affinis est, ut non superfluum putam characteres adducere, quibus discerni valent, sicubi inveniretur: differt equidem: partibus omnibus minoribus; foliis obsolete trinerviis, caulinis linearibus; calycibus corollarum tubum subaequantibus; caule, foliis, pedunculis calycibusque pubescentibus, indeque scabriusculis. Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. p. 288.

1212. SELINUM *podolicum* (*inserendum* in Pent. Digyn. post *S. Carvisfoliam*) caule sulcato-angulato, involucri nullo, foliorum pinnis pinnatifidis, laciniis incisissimis integrisque linearibus, ad petiolum decussatis, vaginis elongatis laxis. Nobis.

Radix . . . Caulis erectus, subflexuosus, 2 — 3 pedalis, glaberrimus, aequae ac omnes reliquae plantae partes, sulcato-angulatus, foliis paucis vestitus, et superne ramo uno alterove auctus. Folia inter omnia Selina, quorum folia cum iis Cari carvi fuerant comparata, ob similitudinem maximam primum tenerent locum; sunt simpliciter pinnata, oblonga: foliola sessilia, ambitu rhombico-ovata; inferiora latiora; pinnatifida; lacinae lineares, cartilagineo-mucronatae more reliquorum, subfalcatae, inferioribus incisissimis et infimis ad petiolum communem decussatis. Petioli angulati, superne canaliculati. Vaginae membranaceae, angustae, elongatae; superiorum laxissimae. Umbella planiuscula, e radiis circiter 15 composita, caulem et ramos terminat. Involucrum nullum, nisi cito caducum. Involucella polyphylla, foliolis linearibus, acutis, umbellulas hemisphaericas subaequantibus. Flosculi omnes fertiles. Perianthium proprium 5 denticulis minutis constat, post anthesin cum germine crescit et tandem marcescit. Petala ovata, inflexo-cordata, albida, aequalia, si exceperis flosculorum extimorum quidquam majora. An-

therae subrotundae, albidae. Germina ovata, sulcata. Styli duo erecti, brevissimi, clavati, demum reflexi. Stigmata capitata. Fructus ovato-ellipticus, compressus, in duo semina bipartibilis, quae dorso parum convexa, brunnea, costis tribus elevationibus notata alaque vix  $\frac{1}{4}$  diametri transversalis metiente, pallida cincta, atque facie plana, imo parum concava, pallida et lineis duabus arcuatis fuscis circa medium sunt ornata. Circa Zaleszczyki et copiosius adhuc circa Kamieniec Podolski in Podolia rossica legit DF. Floret Julio, Augusto.

1213 LASEKPITIUM *alpinum* (*inserendum* in Pent. Dig. penes *L. latifolium*) foliolis cordatis ovatisque tripartitis integrisque grosse serratis, margine scabris, (germinibus hispidis) Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. p. 281. t. 253.

Radix longa, digitum indicem saepius crassitie aequans, verticaliter aut oblique descendens, simplex, comosa. Caulis teres, nudus, solitarius, simplex, 1 —  $1\frac{1}{2}$  pedalis. Folia radicalia pauca, petiolata, patenti, subdecomposita, foliolis plerumque ternatis, nonnunquam tantum tripartitis, integris aut oblique bi-tripartitis, lobo medio majore; caeterum supra nuda lucidaque, subtus glauca, venosa, pilis albis venas tantum obsidentibus adpersa; terminalia cordato-ovata; lateralibus obliqua. Caulina raro unum duove minora minusque composita, petiolis basi va-

ginantibus insidentia. Umbellae terminales, raro 2, 3, planae, radiis 12 — 24, angulatis, angulis interioribus denticulato-scabris, Umbellulae conformes. Involucrum et involucella 6 — 8 phylla, foliolis lanceolato-subulatis, margine membranaceis. Corollae aequales albae, petalis inflexo-cordatis. Germen angulatum, album, hispidiusculum, infructum ovalem membranaceo-alatum abruentes. Styli primo brevissimi, dein elongandi, purpurascens, divergentes. In montibus carpathicis versus Comitatus Marmoros. Floret Augusto DIK.

Ad ANOMONEM *pratensem* (Polyand. Polyg.) *A. pratensis minor* nostra (*A. intermedia* Schult) est testante D. Pharmacopeo Steinmann eadem cum planta berolinensi.

1214 HELLEBORUS *niger* scapo subbifloro, subnudo, foliis pedatis, foliolis cucinato-oblongis. Willd. Jacq. Austr. t. 201.

Foliola 3 — 5 — 7, coriacea, sempervirentia, antice obsolete et remote serrata. Flores albi sero Autumno proveniunt et in vernalium usque tempus perstant.

In montosis Circ. Sanoc. EC.

## PARTI II.

1215 VICIA *polyphylla* (*inserenda in Diadel. Dec. inter V. villosam et Craccum*) pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, foliolis lineari-lanceolatis acutis, stipulis semisagittatis lanceolatis

integerrimis. Willd. Waldst. et Kit. Pl. rar. Hung. III. p. 282. t. 254.

Caulis et folia villosa. Similis *V. villosae*, cujus forte varietas, sed foliola lineari-lanceolata, acuta, mucronata, (ut forma foliorum ad alteram magis accedat). Stipulae lanceolatae, semisagittatae, basi non dentatae. Willd. l. c. Caules plures ex eadem radice. Flores caeruleo-violacei. In arvis Cracoviae. Floret Julio

Ad CARICEM *Pseudo-cyperum* (Monoec. Triand.)

Pedunculi gemini ex eadem axilla folii floralis occurrunt quidem saepius, nequaquam autem constanter.

Ad Characterem genericum BETULAE (Monoecia)

Si Betulae et Alni characteres genericos in libris comparamus, praecipue amentorum masculinorum, nec quisquam crederet possibilitatem, Betulam pristino ordini esse restituendam; sed aliter repetito examine amentorum *B. albae* et canadensis judico. Intra squamam amenti trifidam stamina amplectuntur petala tria ovata, acuta, concava, tenuia, alba, quibus in flores tres separantur, lateralibus tetrandris, medio 4 — 5 — 6andro; latere interiore squamula parva, lanceolata medio, aut duabus minoribus ad latera flosculi medii. Ex hisce patet, si talis structura et in reliquis Betulis locum habet, numero staminum Betulam ab Alno vix differre, et corolla quoque esse instructam.

Ad *B. oycoviensis* descriptionem; (Mon. Polyand.) Amenta foeminea cylindrica, 2/3 poll. aequantia, patula. Squamae biflorae, trifidae, glabrae, versus basin margine saepius ciliatae, ciliis approximatis, minimis, oculo solum armato distinguendis, lobo mediolanceolato, obtuso, apice patulo, lateralibus brevissimis rotundatis.

In P. II. in decurso Classis XIV, lege superne Gymnospermia loco Gymnosperma

FINIS.

Index

Partis Secundae. \*)

|                                   |      |
|-----------------------------------|------|
| <i>Achillea Ageratum</i> Kl.      | CLXX |
| — <i>distans</i> Waldst. et Kit.) | 1060 |
| — <i>magna</i> Allion.            | 1061 |
| — <i>magna</i> L.                 | 1062 |
| — <i>Millefolium</i> L.           | 1059 |
| — <i>nobilis</i> L.               | CXII |
| <i>Aconitum Anthora</i> Kl.       | 784  |
| <i>Adyseton calycinum</i> Scopol. | 785  |
| — <i>montanum</i> Scopol.         | 687  |
| <i>Ajuga Chamaepitys</i> Schreb.  |      |

\*) Numeri romani designant plantas appendicis e R. Klukii Dictionario desumptas.

|                                                            |         |
|------------------------------------------------------------|---------|
| <i>Ajuga genevensis</i> L.                                 | 685     |
| — <i>pyramidalis</i> Kl.                                   | CXVIII  |
| — <i>reptans</i> L.                                        | 686     |
| <i>Alisma ranunculoides</i>                                | LXXIX   |
| <i>Allium Ampeloprasum</i> } Kl.                           | LXX     |
| — <i>ursinum</i>                                           | LXXII   |
| — <i>vineale</i>                                           | LXXI    |
| <i>Alnus glutinosa</i> Willd.                              | 1151    |
| — <i>incana</i> Willd.                                     | 1152    |
| <i>Alopecurus panicus</i> Kl.                              | XVI     |
| <i>Althaea officinalis</i> Kl.                             | CXXXVI  |
| <i>Alyssum calycinum</i> Willd.                            | 784     |
| — <i>gemonense</i> L.                                      | 787     |
| — <i>incanum</i> L.                                        | 786     |
| — <i>montanum</i> Willd.                                   | 785     |
| — <i>sativum</i> Smith.                                    | 788     |
| <i>Amaranthus Blitum</i> L.                                | 1155    |
| <i>Ambrosia elatior</i> Kl.                                | CXC     |
| — <i>artemisiaefolia</i> Kl.                               | CXCI    |
| <i>Anastatica syriaca</i> Jacq.                            | 774     |
| <i>Anchusa tinctoria</i> Kl.                               | XLVI    |
| <i>Andromeda media</i> Pers. }<br>— <i>polifolia</i> Kl. } | LXXXVII |
| <i>Anemone vernalis</i> Kl.                                | CXIII   |
| — <i>pratensis</i> Kl.                                     | CXIV    |
| <i>Anthemis arvensis</i> L.                                | 1055    |
| — <i>Cotula</i> L.                                         | 1056    |
| — <i>nobilis</i> Kl.                                       | CLXIX   |
| — <i>Pyrethrum</i> Kl.                                     | CLXVIII |
| — <i>tinctoria</i> L.                                      | 1057    |
| <i>Anthericum Liliastrum</i> Kl.                           | LXXIV   |
| — <i>ossifragum</i> Kl.                                    | LXXV    |
| <i>Anthyllis Vulneraria</i> L.                             | 853     |
| <i>Antirrhinum arvense</i> Willd.                          | 753     |

|                                   |           |
|-----------------------------------|-----------|
| — <i>Elatine</i> Kl.              | CXXV      |
| — <i>genistifolium</i> Willd.     | 755       |
| — <i>Linaria</i> Willd.           | 856       |
| — <i>linifolium</i> Willd.        | 757       |
| — <i>minus</i> Willd.             | 754       |
| — <i>O.ontium</i> L.              | 758       |
| — <i>spurium</i> Kl.              | CXXXVI    |
| <i>Apargia alpina</i> Host.       | 931       |
| — <i>autumnalis</i> Host.         | 932       |
| — <i>hastilis</i> Host.           | 933       |
| — <i>hispida</i> Host.            | 934       |
| <i>Arabis arenosa</i> Scopol.     | 819       |
| — <i>Halleri</i> L.               | 821       |
| — <i>hispida</i> L.               | 820       |
| — <i>thaliana</i> L.              | 818       |
| <i>Arbutus Uva Ursi</i> } Kl.     | LXXXVII*  |
| — <i>procumbens</i> }             |           |
| <i>Arctium Bardana</i> Willd.     | 969       |
| — <i>Lappa</i> Willd. }           | 970       |
| — <i>majus</i> Schkuhr }          | 971       |
| — <i>minus</i> Schk.              | 969       |
| — <i>tomentosum</i> Schk.         | 1099      |
| <i>Aristolochia Clematitis</i> L. | CLXXXVIII |
| — <i>longa</i> } Kl.              | CLXXXIX   |
| — <i>rotunda</i> }                | 1015      |
| <i>Arnica montana</i> L.          | 1000      |
| <i>Artemisia Absinthium</i> L.    | 999       |
| — <i>austriaca</i> Jacq.          | 998       |
| — <i>campestris</i> L.            | 1002      |
| — <i>Dracunculus</i> L.           | 1001      |
| — <i>vulgaris</i> L.              | 1101      |
| <i>Arum maculatum</i> L.          | CLXXXIII  |
| — <i>sagittæfolium</i> Kl.        | XXXII     |
| <i>Asperula arvensis</i> Kl.      |           |

|                                 |                  |
|---------------------------------|------------------|
| <i>Asphodelus albus</i> Kl.     | LXXXIII          |
| <i>Aster Amellus</i> L.         | 1039             |
| <i>Astragalus arenarius</i> Kl. | CL               |
| — <i>campestris</i> Kl.         | CXLIX            |
| — <i>Cicer</i> L.               | 884              |
| — <i>Epiglottis</i> Kl.         | CL               |
| — <i>glycyphyllos</i> L.        | 883              |
| — <i>Onobrychis</i> L.          | 882              |
| — <i>pilosus</i> Willd.         | 881              |
| <i>Atriplex hastata</i> }       |                  |
| <i>Avena sativa</i> } Kl.       | LVIII            |
| — <i>flavescens</i> }           | XXIII            |
| — <i>pratensis</i> }            | XXV              |
| <i>Ballota nigra</i> L.         | XXIV             |
| <i>Bartsia Odontites</i> Smith. | 718              |
| <i>Bellis perennis</i> L.       | 741              |
| <i>Betonica incana</i> Aiton.   | 1048             |
| — <i>officinalis</i> L.         | 711              |
| <i>Betula alba</i> L.           | 710              |
| — <i>Alnus</i> L.               | 1164             |
| — <i>fruticosa</i> Pallas       | 1151             |
| — <i>incana</i> L.              | 1167             |
| — <i>nana</i> Kl.               | 1152             |
| — <i>oycoviensis</i> B.         | CXC <sup>e</sup> |
| — <i>pendula</i> Roth.          | 1166             |
| — <i>pubescens</i> Ehrh.        | 1164             |
| <i>Bidens cernua</i> L.         | 1165             |
| — <i>tripartita</i> L.          | 994              |
| <i>Blitum capitatum</i> Kl.     | 993              |
| <i>Brassica campestris</i> L.   | III              |
| — <i>orientalis</i> L.          | 825              |
| <i>Briza minor</i> Kl.          | 826              |
| <i>Bromus giganteus</i>         | XX               |
| <i>Bunias orientalis</i> L.     | XXII             |
|                                 | 773              |

|                                               |                  |
|-----------------------------------------------|------------------|
| — <i>syriaca</i> Gaertn.                      | 774              |
| <i>Bunium Bulbocastanum</i> Kl.               | LXII             |
| <i>Buphtalmum cordifolium</i> Waldst. et Kit. | 1063             |
| <i>Cacalia albifrons</i> Willd. }             |                  |
| — <i>Petasites</i> Lam. }                     | 992              |
| — <i>tomentosa</i> Jacq. }                    |                  |
| <i>Calendula arvensis</i> L.                  | 1073             |
| <i>Calla palustris</i> L.                     | 1100             |
| <i>Campanula betonicaefolia</i> Gilibert.     | LV               |
| — <i>latifolia</i> }                          | LIV              |
| — <i>pyramidalis</i> } Kl.                    | LIII             |
| — <i>Rapunculus</i> }                         | LII              |
| <i>Cannabis sativa</i> L.                     | 1199             |
| <i>Camelina austriaca</i> Pers.               | 780              |
| — <i>sativa</i> Crantz                        | 788              |
| <i>Capsella Bursa pastoris</i> Venten.        | 780              |
| <i>Cardamine amara</i> L.                     | 802              |
| — <i>dentata</i> Schult.                      | 800 <sup>e</sup> |
| — <i>fontana</i> Lam.                         | 803              |
| — <i>hirsuta</i> L.                           | 799              |
| — <i>hirsuta</i> Fl. Dan.                     | 800              |
| — <i>impatiens</i> Smith.                     | 797              |
| — <i>impatiens</i> Fl. Dan.                   | 799              |
| — <i>parviflora</i> L.                        | 898              |
| — <i>pratensis</i> L.                         | 701              |
| — <i>sylvatica</i> Link.                      | 800              |
| <i>Carduus acanthoides</i> L.                 | 973              |
| — <i>acaulis</i> Kl.                          | CLX              |
| — <i>arvensis</i> Curt.                       | 986              |
| — <i>canus</i> Jacq.                          | 978              |
| — <i>crispus</i> L.                           | 975              |
| — <i>Erisichales</i> Jacq.                    | 984              |
| — <i>helenioides</i> Kl.                      | CLIX             |
| — <i>heterophyllus</i> Kl.                    | CLVIII           |

|                                     |                      |
|-------------------------------------|----------------------|
| <i>Carduus lanceolatus</i> Fl. Dan. | 979                  |
| — <i>marianus</i> Kl.               | CLVII                |
| — <i>mollis</i> L.                  | 976                  |
| — <i>nutans</i> L.                  | 972                  |
| — <i>pannonicus</i> Host            | 980                  |
| — <i>Personata</i> Jacq.            | 974                  |
| — <i>rivularis</i> Jacq.            | 981                  |
| — <i>serratuloides</i> Jacq.        | 980                  |
| — <i>tataricus</i> Jacq.            | 982                  |
| <i>Carex acuta</i> L.               | 1128                 |
| — <i>alpestris</i> Willd.           | CLXXXVIII            |
| — <i>ampullacea</i> Willd.          | 1149                 |
| — <i>arenaria</i> Kl.               | CLXXXV               |
| — <i>axillaris</i> Kl.              | CLXXXVII             |
| — <i>brizoides</i> L.               | 1119                 |
| — <i>caespitosa</i> L.              | 1126                 |
| — <i>canescens</i> Kl?              | 1115                 |
| — <i>ciliata</i> Willd.             | 1131                 |
| — <i>collina</i> Willd.             | 1130                 |
| — <i>Davalliana</i> Smith.          | 1110                 |
| — <i>digitata</i> L.                | 1129                 |
| — <i>dioica</i> Host.               | 1110                 |
| — <i>dioica</i> Kl.                 | CLXXXIV <sup>e</sup> |
| — <i>distans</i> Host.              | 1136                 |
| — <i>distans</i> L.                 | 1137                 |
| — <i>diversiflora</i> Host. }       | CLXXXVIII            |
| — <i>divortiata</i> Kl. }           |                      |
| — <i>divulsa</i> L.                 | 1115                 |
| — <i>Drymeia</i> L.                 | 1143                 |
| — <i>elongata</i> L.                | 1122                 |
| — <i>ericetorum</i> Pollich.        | 1131                 |
| — <i>filiformis</i> L.              | 1145                 |
| — <i>flacca</i> Schkuhr.            | 1147                 |
| — <i>flava</i> L.                   | 1134                 |

|                                          |                     |
|------------------------------------------|---------------------|
| <i>Carex flavae</i> var. $\gamma$ Willd. | 1135                |
| — <i>fulva</i> L.                        | 1136                |
| — <i>glomerata</i> Host.                 | 1112                |
| — <i>hirta</i> L.                        | 1150                |
| — <i>intermedia</i> Gooden.              | 1113                |
| — <i>leporina</i> Kl.                    | CLXXXV <sup>e</sup> |
| — <i>limosa</i> Kl.                      | CLXXXIX             |
| — <i>loliacea</i> Kl.                    | CLXXXVI             |
| — <i>Michelii</i> Host.                  | 1140                |
| — <i>montana</i> L.                      | 1132                |
| — <i>muricata</i> L.                     | 1119                |
| — <i>Oederi</i> Willd. Prodr.            | 1135                |
| — <i>ovalis</i> Gooden.                  | 1120                |
| — <i>pallescens</i> L.                   | 1140                |
| — <i>paludosa</i> L.                     | 1146                |
| — <i>panicea</i> L.                      | 1139                |
| — <i>paniculata</i> L.                   | 1125                |
| — <i>patula</i> Host.                    | 1134                |
| — <i>pilosa</i> Allioni.                 | 1141                |
| — <i>praecox</i> Jacq.                   | 1132                |
| — <i>praeco.</i> Schreb.                 | 1118                |
| — <i>Pseudoxyperus</i> L.                | 1144                |
| — <i>pubicaris</i> L.                    | 1111                |
| — <i>recurva</i> Willd.                  | 1147                |
| — <i>remota</i> L.                       | 1117                |
| — <i>rivularis</i> Willd?                | 1123                |
| — <i>Schraderi</i> Schkuhr.              | 1138                |
| — <i>Schreberi</i> Schkuhr.              | 1118                |
| — <i>stellulata</i> Gooden.              | 1121                |
| — <i>stenophylla</i> Wahlenb.            | 1212                |
| — <i>stricta</i> Gooden.                 | 1127                |
| — <i>sylvatica</i> Host.                 | 1143                |
| — <i>teretiusscula</i> Smith.            | 1124                |
| — <i>tomentosa</i> L.                    | 1133                |

|                                 |         |
|---------------------------------|---------|
| — vesicaria L.                  | 1148    |
| — vulpina L.                    | 1114    |
| Carlina acaulis L.              | 989     |
| — aggregata Willd.              | 990     |
| — polycephalos Scheuchzr.       | 991     |
| — vulgaris L.                   | 991     |
| Carpinus Betulus L.             | 1168    |
| Centaurea austriaca Willd.      | 1065    |
| — Centaureum Kl.                | CLXXI   |
| — cariacea Waldst. et Kit.      | 1069    |
| — Cyanus                        | 1067    |
| — Jacea                         | 1072    |
| — mollis Waldst. et Kit. }      | 1066    |
| — montana Jacq.                 |         |
| — nigrescens Willd              | 1071    |
| — paniculata L.                 | 1068    |
| — phrygia L.                    | 1064    |
| — Scabiosa L.                   | 1070    |
| Centunculus minimus Kl.         | XXXVIII |
| Cerastium viscosum Kl.          | XCV*    |
| Ceratophyllum demersum L.       | 1156    |
| Chaiturus Marrubiastrum Ehrh.   | 722     |
| Chara vulgaris Kl.              | CLXXXI  |
| — tomentosa Kl.                 | CLXXXII |
| Cheiranthus alpinus Jacq.       | 817     |
| Chenopodium rubrum Kl.          | LIX     |
| Chrysanthemum corymbosum Jacq.  | 1051    |
| — inodorum Fl. Dan.             | 1053    |
| — Leucanthemum Gerard }         | 1049    |
| — montanum Gerard               |         |
| — Parthenium Hoffm.             | 1052    |
| — rotundifolium Waldst. et Kit. | 1050    |
| — segetum Kl.                   | CLXVII  |
| Chrysocoma biflora Kl.          | CLXI    |

|                                   |          |
|-----------------------------------|----------|
| Chrysocoma Linosyris L.           | 996      |
| Chrysosplenium oppositifolium Kl. | CLXXVIII |
| Cichorium Intybus L.              | 968      |
| Cinararia alpina L.               | 1037     |
| — campestris Retz.                | 1035     |
| — cordifolia auriculata. Jacq.    | 1037     |
| — integrifolia pratensis Jacq.    | 1035     |
| — longifolia. Jacq.               | 1036     |
| — palustris L.                    | 1034     |
| — sibirica L.                     | 1033     |
| Cistus Fumana Kl.                 | CXI      |
| Clematis Flammula Kl.             | CXIV     |
| — Vitalba. Kl.                    | CXV      |
| Clinopodium vulgare L.            | 721      |
| Cnicus acaulis Kl.                | CLX      |
| — arvensis Hoffm.                 | 986      |
| — canus Willd.                    | 978      |
| — Eristhales L.                   | 984      |
| — helenioides Kl.                 | CLIX     |
| — heterophyllum Kl.               | CLVIII   |
| — lanceolatus Roth.               | 977      |
| — oleraceus L.                    | 983      |
| — rivularis Willd.                | 981      |
| — serratuloides Willd.            | 980      |
| — setosus B.                      | 985      |
| — tataricus Willd.                | 982      |
| Cochlearia Armoracia L.           | 776      |
| — Coronopus Willd.                | 775      |
| — Draba L.                        | 777      |
| Convallaria trifoliata Kl.        | LXXVI    |
| Convolvulus Nil Kl.               | LI       |
| Conyza squarrosa Kl.              | CLXIV    |
| Coreopsis Bidens L.               | 994      |
| Corispermum hysopifolium Kl.      | I        |

|                                  |       |        |
|----------------------------------|-------|--------|
| — squarrosus                     |       |        |
| Cornus mascula                   | } Kl. | H      |
| Coronilla coronata               |       | XXXIX  |
| — minima                         |       | CXLV   |
| — varia L.                       |       | CXLVI  |
| Coronopus depressus Fl. d. Wett. |       | 878    |
| Corylus Avellana L.              |       | 777    |
| Cotyledon seriata Kl.            |       | 1169   |
| — Umbilicus Veneris Kl.          |       | XCH    |
| Crambe tatarica Jacq.            |       | XCIV   |
| Crepis agrestis Waldst. et Kit.  |       | 770    |
| — biennis L.                     |       | 960    |
| — Dioscoridis Kl.                |       | 956    |
| — foetida L.                     |       | CLVI   |
| — Iodomeriensi B.                |       | 955    |
| — paludosa Fl. d. Wett.          |       | 957    |
| — segetalis Roth.                | }     | 950    |
| — tectorum L.                    |       | 958    |
| — virens L.                      |       | 959    |
| Cucubalus catholicus             | } Kl. | XCH    |
| — tataricus                      |       | XCI    |
| Cyclamen europaeum               |       | XLIX   |
| Cymbidium Corallorhizon Swartz.  |       | CLXXV  |
| Cypripedium Calceolus L.         |       | 1098   |
| Cytisus austriacus L.            |       | 874    |
| — capitatus Jacq.                |       | 873    |
| — leucanthus Waldst. et Kit.     |       | 875    |
| — nigricans L.                   |       | 872    |
| — supinus Jacq.                  |       | 876    |
| Daphne Laureola Kl.              |       | LXXXV  |
| Dentaria bulbifera L.            |       | 796    |
| — glandulosa Willd.              |       | 795    |
| — pentaphylla Kl.                |       | CXXXII |
| Dianthus diminutus Kl.           |       | LXXXIX |

|                               |       |         |
|-------------------------------|-------|---------|
| — plumarius Kl.               |       | CX      |
| Digitalis mbigua L.           |       | 764     |
| — lutea L.                    |       | 765     |
| — ochroleuca Jacq.            |       | 764     |
| — purpurea L.                 |       | 763     |
| Digitalia stolonifera Schrad. |       | XIX     |
| Doronicum austriacum Jacq.    |       | 1047    |
| — Pardalianches Kl.           |       | CLXV    |
| — plantagineum Kl.            |       | CLXVI   |
| — scorpioides Willd.          |       | 1046    |
| Draba aizoides L.             |       | 790     |
| — nemoralis Ehrh.             |       | 792     |
| — verna L.                    |       | 791     |
| Dracocephalum austriacum L.   |       | 729     |
| — Moldavica L.                |       | 731     |
| — Ruyschiana L.               |       | 730     |
| Echinops Ritro Kl.            |       | CLXXII  |
| — Sphaerocephalus L.          |       | 1074    |
| Echium italicum               |       | XCVII   |
| Elatine Hydropiper            | } Kl. | LXXXVI  |
| Elymus arenarius              |       | XXIII   |
| — caninus                     |       | XXVII   |
| — europaeus                   |       | 1197    |
| Empetrum nigrum L.            |       | LXXIX*  |
| Epilobium puciflorum Kl.      |       | LXXIX** |
| — spicatum Kl.                |       | 1091    |
| Epipactis atrorubens B.       |       | CLXXIV  |
| — cordata Swartz.             |       | 1090    |
| — latifolia Swartz.           |       | 1095    |
| — Nidus avis Swartz.          |       | 1096    |
| — ovata Swartz.               |       | 1093    |
| — pallens Swartz.             |       | 1092    |
| — palustris Swartz.           |       | 1094    |
| — rubra Swartz.               |       |         |

|                                        |       |
|----------------------------------------|-------|
| <i>Erica carnea</i>                    |       |
| — <i>cinerea</i>                       | } Kl. |
| — <i>herbacea</i>                      |       |
| — <i>multiflora</i>                    |       |
| — <i>purpurascens</i>                  |       |
| — <i>Tetralix</i>                      |       |
| <i>Erigeron acre</i> L.                |       |
| — <i>canadense</i> L.                  |       |
| — <i>graveolans</i> Kl.                |       |
| — <i>viscosum</i> Kl.                  |       |
| <i>Eriophorum caespitosum</i> Schrad.) |       |
| — <i>vaginatum</i> Kl.                 |       |
| <i>Erodium cicutarium</i> Smith.       |       |
| <i>Ervum hirsutum</i> L.               |       |
| — <i>tetraspermum</i> L.               |       |
| <i>Eryngium amethystinum</i> Kl.       |       |
| <i>Erysimum Allaria</i> L.             |       |
| — <i>Barbarea</i> L.                   |       |
| — <i>cheiranthoides</i> L.             |       |
| — <i>diffusum</i> Ehrh.                |       |
| — <i>hieracifolium</i> L.              |       |
| — <i>hieracifolium</i> Jacq.)          |       |
| — <i>odoratum</i> Ehrh.                |       |
| — <i>officinale</i> L.                 |       |
| — <i>orientale</i> Vest.               |       |
| <i>Eupatorium cannabinum</i> L.        |       |
| <i>Euphorbia Chamaesyce</i> )          |       |
| — <i>Characias</i>                     | } Kl. |
| — <i>dendroides</i>                    |       |
| — <i>hyberna</i>                       |       |
| — <i>Myrsinites</i>                    |       |
| — <i>palustris</i>                     |       |
| — <i>Peplus</i>                        |       |
| <i>Euphrasia Odontites</i> Willd.      |       |

Eu-

|                                     |   |          |
|-------------------------------------|---|----------|
| <i>Euphrasia officinalis</i> L.     |   | 740      |
| <i>Fagus sylvatica</i> L.           |   | 1163     |
| <i>Festuca elatior</i> Kl.          |   | XXI*     |
| — <i>elatior</i> Schrad.)           | } | XXI      |
| — <i>pratensis</i> Kl.)             |   |          |
| <i>Filago arvensis</i> L.           |   | 1011     |
| — <i>germanica</i> Fl. Dan.         |   | 1010     |
| — <i>montana</i> L.                 |   | 1012     |
| <i>Fontanella tertiaryaria</i> Kl.  |   | CXII*    |
| <i>Fragaria sterilis</i> Kl.        |   | CVIII    |
| <i>Fumaria bulbosa</i> L.           |   | 845      |
| — <i>capnoides</i> Kl.              |   | CXXXVII  |
| — <i>eapreolata</i> Kl.             |   | CXXXVIII |
| — <i>digitata</i> Curt.)            | } | 846      |
| — <i>Halleri</i> Willd.)            |   |          |
| — <i>officinalis</i> L.             |   | 847      |
| — <i>spicata</i> Kl.                |   | CXXXIX   |
| <i>Galega officinalis</i> L.        |   | 880      |
| <i>Galeobdolon Galeopsis</i> Curt.) | } | 709      |
| — <i>luteum</i> Hudson              |   |          |
| <i>Galeopsis cannabina</i> Willd.   |   | 706      |
| — <i>grandiflora</i> Willd.         |   | 705      |
| — <i>Ladanum</i> L.                 |   | 704      |
| — <i>ochroleuca</i> Lamark.         |   | 705      |
| — <i>pubescens</i> B.               |   | 707      |
| — <i>Tetrahit</i> L.                |   | 708      |
| — <i>versicolor</i> Smith.          |   | 706      |
| — <i>villosa</i> Smith.             |   | 705      |
| <i>Galium saxatile</i> Kl.          |   | XXXIII   |
| — <i>pentandrum</i> Gilib.          |   | XXXII    |
| — <i>podlachicum</i> Kl.            |   | XXXIV    |
| <i>Genista germanica</i> L.         |   | 850      |
| — <i>pilosa</i> Kl.                 |   | CXLIII   |
| — <i>sagittalis</i> Kl.             |   | CXLII    |

S

P. II.

|                                                 |           |
|-------------------------------------------------|-----------|
| <i>Genista tinctoria</i> L.                     | 849       |
| <i>Gentiana punctata</i> } Kl.                  | LVI       |
| — <i>Amarella</i> }                             | LVII      |
| — <i>campestris</i> }                           | LVIII*    |
| <i>Geranium bohemicum</i> L.                    | 834       |
| — <i>cicutarium</i> Fl. Dan.                    | 829       |
| — <i>columbinum</i> L.                          | 833       |
| — <i>dissectum</i> L.                           | 837       |
| — <i>lucidum</i> Kl.                            | CXXXIV    |
| — <i>molle</i> L.                               | 835       |
| — <i>palustre</i> L.                            | 833       |
| — <i>phaeum</i> L.                              | 830       |
| — <i>pratense</i> L.                            | 832       |
| — <i>pusillum</i> L.                            | 836       |
| — <i>robertianum</i> L.                         | 839       |
| — <i>rotundifolium</i> Kl.                      | CXXXV     |
| — <i>sanguineum</i> L.                          | 840       |
| — <i>sylvaticum</i> L.                          | 832       |
| — <i>umbrosum</i> Waldst. et Kit.               | 835       |
| <i>Glecoma hederacea</i> L.                     | 699       |
| <i>Glycyrrhiza glandulifera</i> Waldst. et Kit. | 877       |
| <i>Hedysarum alpinum</i> Kl.                    | CXLVIII   |
| — <i>Onobrychis</i>                             | 879       |
| <i>Helleborus foetidus</i> Kl.                  | CXVII     |
| — <i>niger</i> L.                               | Add. 1214 |
| <i>Helminthia echioides</i> Gaertn.             | CLV       |
| <i>Hieracium aurantiacum</i> L.                 | 915       |
| — <i>Auricula</i> Smith.                        | 942       |
| — <i>Auricula</i> Suter }                       |           |
| — <i>Baubni</i> Schult }                        | 940       |
| — <i>carpathicum</i> B.                         | 948       |
| — <i>collinum</i> B.                            | 937       |
| — <i>cymosum</i> L.                             | 943       |
| — <i>dubium</i> Willd.                          | 939       |

|                                              |         |
|----------------------------------------------|---------|
| <i>Hieracium echioides</i> } Waldst. et Kit. | 944     |
| — <i>foliosum</i> }                          | 952     |
| — <i>glaucescens</i> B.                      | 941     |
| — <i>Halleri</i> Villars.                    | 947     |
| — <i>molle</i> Jacq.                         | 951     |
| — <i>murorum</i> L.                          | 949     |
| — <i>nigrescens</i> Willd.                   | 946     |
| — <i>paludosum</i> L.                        | 950     |
| — <i>Pilosella</i> L.                        | 936     |
| — <i>praemorsum</i> L.                       | 938     |
| — <i>subaudum</i> L.                         | 853     |
| — <i>umbellatum</i>                          | 954     |
| <i>Humulus Lupulus</i> L.                    | 1200    |
| <i>Hydrocharis Morsus ranae</i> L.           | 1207    |
| <i>Hydrocotyle vulgaris</i> Kl.              | LXI     |
| <i>Hyoseris foetida</i> Waldst. et Kit.      | 966     |
| — <i>minima</i> Kl.                          | CLIV    |
| <i>Hypericum dubium</i> L.                   | 911     |
| — <i>hirsutum</i> L.                         | 914     |
| — <i>humitum</i> L.                          | 915     |
| — <i>montanum</i> L.                         | 913     |
| — <i>perforatum</i> L.                       | 912     |
| — <i>quadrangulare</i> L.                    | 910     |
| <i>Hypochoeris glabra</i> L.                 | 964     |
| — <i>helvetica</i> Willd.                    | 962     |
| — <i>maculata</i> L.                         | 961     |
| — <i>minima</i> Desfont.                     | 963     |
| — <i>radicata</i> L.                         | 965     |
| — <i>uniflora</i> Vill.                      | 962     |
| <i>Jacobaea ovata</i> Fl. d. Wett.           | 1026    |
| <i>Imperatoria Ostrathium</i> Kl.            | LXVIII* |
| <i>Inula britannica</i> }                    | 1039    |
| — <i>ensifolia</i> } L.                      | 1044    |
| — <i>germanica</i> }                         | 1043    |

|                                                        |         |
|--------------------------------------------------------|---------|
| <i>Inula Helenium</i> } L.                             | 1938    |
| — <i>hirta</i>                                         | 1042    |
| — <i>Pulicaria</i>                                     | 1040    |
| — <i>salicina</i>                                      | 1041    |
| <i>Ipomoea Nil</i> Jacq.                               | LI      |
| <i>Iris germanica</i> Kl.                              | X       |
| <i>Isatis tinctoria</i> L.                             | 783     |
| <i>Isnardia palustris</i> L.                           | XL      |
| <i>Juncus inflexus</i> Kl.                             | LXXXVII |
| <i>Juniperus communis</i> L.                           | 1209    |
| — <i>nana</i> L.                                       | 1210    |
| <i>Lactuca saligna</i> Kl.                             | CLIII   |
| — <i>Scariola</i> L.                                   | 926     |
| — <i>virosa</i> Kl.                                    | CLII    |
| <i>Lamium album</i> L.                                 | 701     |
| — <i>amplexicaule</i> L.                               | 703     |
| — <i>laevigatum</i> Kl.                                | CXXI    |
| — <i>maculatum</i> L.                                  | 700     |
| — <i>purpureum</i> L.                                  | 702     |
| <i>Lapsana communis</i> L.                             | 967     |
| — <i>foetida</i> Scop.                                 | 966     |
| — <i>minima</i> Willd.                                 | CLIV    |
| <i>Laserpitium alpinum</i> Waldst. et Kit. — Add. 1213 | 747     |
| <i>Lathraea squamaria</i> L.                           | CXLIV*  |
| <i>Lathyrus latifolius</i> Kl.                         | 861     |
| — <i>palustris</i> } L.                                | 859     |
| — <i>pratensis</i>                                     | 860     |
| — <i>sylvestris</i>                                    | 858     |
| — <i>tuberosus</i>                                     | 844     |
| <i>Lavatera thuringiaca</i> L.                         | CLXXXIV |
| <i>Lemna gibba</i> Kl.                                 | 1103    |
| — <i>minor</i> L.                                      | 1104    |
| — <i>polyrhiza</i> L.                                  | 1102    |
| — <i>trisulca</i> L.                                   |         |

|                                                     |         |
|-----------------------------------------------------|---------|
| <i>Leontodon alpinum</i> Jacq.                      | 931     |
| — <i>hastile</i> Jacq.                              | 933     |
| — <i>hispidum</i> Curt.                             | 934     |
| — <i>Taraxacum</i> L.                               | 930     |
| <i>Leonurus Cardiaca</i> L.                         | 721     |
| — <i>Galeobdolon</i> Willd.                         | 709     |
| — <i>Marrubiastrum</i> Willd.                       | 722     |
| <i>Lepidium Draba</i> Vest.                         | 777     |
| — <i>latifolium</i> L.                              | 778     |
| — <i>rudemale</i> Willd.                            | 779     |
| <i>Limodorum abortivum</i> Willd.                   | CLXXVI  |
| — <i>Epipogium</i> Willd.                           | CLXXVII |
| <i>Limosella aquatica</i> L.                        | 766     |
| <i>Linaria arvensis</i> }                           | 753     |
| — <i>Elatine</i>                                    | CXXV    |
| — <i>genistifolia</i>                               | 755     |
| — <i>linifolia</i> } Lam. et Dec.                   | 757     |
| — <i>minor</i>                                      | 754     |
| — <i>spuria</i>                                     | CXXXVI  |
| — <i>vulgaris</i>                                   | 756     |
| <i>Linnaea borealis</i> Kl.                         | CXXXVII |
| <i>Lotus corniculatus</i> L.                        | 904     |
| — <i>corniculatus</i> var. $\beta$ . Fl. d. Witt. } | 905     |
| — <i>uliginosus</i> Schkuhr                         | 903     |
| — <i>siliquosus</i> L.                              | 794     |
| <i>Lunaria annua</i> L.                             | 793     |
| — <i>rediviva</i> L.                                | 1097    |
| <i>Malaxis Loesellii</i> Swartz                     | 843     |
| <i>Malva Alcea</i> L.                               | 841     |
| — <i>rotundifolia</i> L.                            | 842     |
| — <i>sylvestris</i> L.                              | 719     |
| <i>Marrubium peregrinum</i> L.                      | 720     |
| — <i>vulgare</i> L.                                 |         |

|                                   |                  |
|-----------------------------------|------------------|
| <i>Matricaria Chamomilla</i>      | 1054             |
| — <i>Parthenium</i> Fl. Dan.      | 1052             |
| <i>Medicago falcata</i> L.        | 907              |
| — <i>lupulina</i> L.              | 909              |
| — <i>media</i> Pers.              | 906 <sup>f</sup> |
| — <i>procumbens</i> B.            | 908              |
| — <i>sativa</i> L.                | 906              |
| <i>Melampyrum alpestre</i> Pers.  | 746              |
| — <i>arvense</i> L.               | 743              |
| — <i>carpathicum</i> Schult.      | 746              |
| — <i>cristatum</i> L.             | 742              |
| — <i>nemosum</i> L.               | 744              |
| — <i>pratense</i> Willd.          | 745              |
| — <i>sylvaticum</i> Willd.        | 746              |
| — <i>vulgatum</i> Pers.           | 745              |
| <i>Melissa Calamintia</i> Willd.  | 728              |
| <i>Melittis Melissophyllum</i> L. | 732              |
| <i>Mentha aquatica</i> L.         | 695              |
| — <i>arvensis</i> L.              | 696              |
| — <i>austriaca</i> Jacq.          | 697              |
| — <i>dumetorum</i> Schult.        | 694              |
| — <i>hirsuta</i> Smith.           | 995              |
| — <i>hirsuta</i> Willd.           | —                |
| — <i>nemorosa</i> H. B. Crac.     | 694              |
| — <i>Pulegium</i> L.              | 698              |
| — <i>sylvestris</i> L.            | 694              |
| — <i>sylvestris</i> Smith.        | —                |
| <i>Menyanthes nymphoides</i> Kl.  | L                |
| <i>Mercurialis annua</i> } L.     | 1206             |
| — <i>perennis</i> }               | 1205             |
| <i>Meum Athamanta</i> Ait.        | LXVII            |
| <i>Moenchia glauca</i> Pers.      | XLV              |
| <i>Montia fontana</i> Kl.         | XXIX             |
| <i>Myagrurn austriacum</i> Jacq.  | 789              |

|                                     |        |
|-------------------------------------|--------|
| <i>Myagrurn paniculatum</i> Willd.  | 771    |
| — <i>sativum</i> Willd.             | 788    |
| <i>Myriophyllum spicatum</i> L.     | 1157   |
| — <i>verticillatum</i> L.           | 1158   |
| <i>Narthecium Ossifragum</i> Smith. | LXXV   |
| <i>Nasturtium ruderale</i> Scop.    | 779    |
| <i>Neottia autumnalis</i> Balbis }  | 1089   |
| — <i>spiralis</i> Willd. }          | —      |
| <i>Nepeta Cataria</i> L.            | 691    |
| — <i>nuda</i> L.                    | 692    |
| — <i>pannonica</i> Jacq. }          | —      |
| <i>Odontites rubra</i> Pers.        | 741    |
| <i>Oenanthe crocata</i> } Kl.       | LXIV   |
| — <i>fistulosa</i> }                | LXV    |
| <i>Ononis hircina</i> Jacq.         | 852    |
| — <i>spinosa</i> Murr.              | 851    |
| <i>Onopordon Acanthium</i> L.       | 988    |
| <i>Ophrys Corallorhizon</i> Kl.     | CLXXV  |
| — <i>cordata</i> Kl.                | CLXXIV |
| — <i>Loeseli</i> L.                 | 1097   |
| — <i>Monorchis</i> L.               | 1088   |
| — <i>Nidus avis</i> Fl. Dan.        | 1095   |
| — <i>ovata</i> Fl. Dan.             | 1096   |
| — <i>paludosa</i> Fl. Dan.          | 1097   |
| — <i>spiralis</i> Fl. Dan.          | 1089   |
| <i>Orchis abortiva</i> Kl.          | CLXXVI |
| — <i>bifolia</i> L.                 | 1075   |
| — <i>conopsea</i> L.                | 1087   |
| — <i>coriophora</i> L.              | 1078   |
| — <i>cucullata</i> Gmel.            | 1076   |
| — <i>globosa</i> L.                 | 1077   |
| — <i>incarnata</i> L.               | 1083   |
| — <i>latifolia</i> L.               | 1085   |
| — <i>maculata</i> L.                | 1086   |
| — <i>mascula</i> L.                 | 1080   |

|                                      |                     |
|--------------------------------------|---------------------|
| — <i>militaris</i> L.                | 1082                |
| — <i>Morio</i> L.                    | 1079                |
| — <i>sambucina</i> L.                | 1084                |
| — <i>ustulata</i> L.                 | 1081                |
| <i>Origanum vulgare</i> L.           | 725                 |
| <i>Ornithopus perpusillus</i> L.     | 768                 |
| <i>Orobanche arenaria</i> Borkhaus.  | CXLVII              |
| — <i>caryophyllacea</i> Smith.       | 767                 |
| — <i>major</i> Kl.                   | 767                 |
| — <i>ramosa</i> L.                   | 769                 |
| <i>Orobis albus</i> L.               | 856                 |
| — <i>laevigatus</i> Waldst. et Kit.  | 854                 |
| — <i>niger</i> L.                    | 857                 |
| — <i>pannonicus</i> Jacq.            | 856                 |
| — <i>tuberosus</i> Kl.               | CXLIV               |
| — <i>vernus</i> L.                   | 855                 |
| <i>Orontium arvense</i> Pers.        | 758                 |
| <i>Oxytropis campestris</i>          | CXLIX               |
| — <i>pilosa</i>                      | 881                 |
| <i>Panicum Dactylon</i> Kl.          | XIX                 |
| <i>Papaver dubium</i> Kl.            | CX                  |
| <i>Pedicularis foliosa</i> L.        | 752                 |
| — <i>incarnata</i> Kl.               | CXL II <sub>2</sub> |
| — <i>plustris</i> L.                 | 749                 |
| — <i>Sceptrum Carolinum</i> L.       | 751                 |
| — <i>sylvatica</i>                   | 750                 |
| — <i>verticillata</i> Kl.            | CXXIV               |
| <i>Phleum arenarium</i> Kl.          | XVII                |
| — <i>nodosum</i> Kl.                 | XVIII               |
| <i>Phlomis Herba Ventii</i> . Pall.) | 723                 |
| — <i>pungens</i> Willd.              | CLV                 |
| <i>Picris echioides</i> Kl.          | 935                 |
| — <i>hieracioides</i> L.             | VII                 |
| <i>Plingicula vulgaris</i> L.        |                     |

|                                      |        |
|--------------------------------------|--------|
| <i>Pinus Abies</i> L.                | 1173   |
| — <i>Abies</i> Du Roy.               | 1174   |
| — <i>Larix</i> . L.                  | 1175   |
| — <i>Pumilio</i> Haenke.             | 1171   |
| — <i>Picea</i> L.                    | 1174   |
| — <i>Picea</i> Du Roi.               | 1173   |
| — <i>Pinaster</i> L?                 | 1172   |
| — <i>sylvestris</i> Host.            | 1170   |
| <i>Poa angustifolia</i> Kl.          | XIX**  |
| — <i>palustris</i> Kl.               | XIX*   |
| <i>Polygala amara</i> Kl.            | CXL    |
| — <i>vulgaris</i> L.                 | 848    |
| <i>Polypogon monspeliensis</i> Pers. | XVI    |
| <i>Populus alba</i> L.               | 1201   |
| — <i>nigra</i> L.                    | 1203   |
| — <i>nivea</i> Willd. Arb.           | 1201   |
| — <i>tremula</i> L.                  | 1202   |
| <i>Potamageton gramineum</i>         | XLVI   |
| — <i>perfoliatum</i>                 | XLI    |
| — <i>serratum</i>                    | XLII   |
| — <i>setaceum</i>                    | XLIII  |
| <i>Potentilla multifida</i> Kl.      | CVII   |
| — <i>fragariastrum</i> Ehrh.         | CVIII  |
| <i>Poterium Sanguisorba</i> L.       | 1160   |
| <i>Prenanthes muralis</i> L.         | 929    |
| — <i>purpurea</i> L.                 | 928    |
| <i>Primula farinosa</i> Kl.          | XLVIII |
| <i>Prunella grandiflora</i> Poll.    | 737    |
| — <i>vulgaris</i> L.                 | 736    |
| <i>Psiadia glutinosa</i> Willd.      | CLXII  |
| <i>Pyrethrum corymbosum</i> Willd.   | 1051   |
| — <i>inodorum</i> Smith.             | 1052   |
| — <i>Parthenium</i> Smith.           | 1053   |
| <i>Quercus faemina</i> Fl. Dan.      | 1160   |

|                                         |                   |
|-----------------------------------------|-------------------|
| <i>Quercus pedunculata</i> Willd.       | 1160              |
| — <i>Robur</i> L.                       | 1161              |
| <i>Ranunculus reptans</i> Kl.           | CXVI <sup>r</sup> |
| <i>Raphanistrum innocuum</i> Moench.    | 772               |
| <i>Raphanus Raphanistrum</i> Willd. }   | 771               |
| <i>Rapistrum paniculatum</i> Gaertn. }  | XCVII             |
| <i>Reseda luteola</i> Kl.               | XCVIII            |
| — <i>Phyteuma</i> Kl.                   | 733               |
| <i>Rhinanthus Crista galli</i> Willd. } | 739               |
| — <i>major</i> . Ehrh.                  | 1204              |
| — <i>minor</i> Ehrh.                    | XLV               |
| <i>Rhodiola rosea</i> L.                | 1159              |
| <i>Sagina erecta</i> Kl.                | 1193              |
| <i>Sagittaria sagittifolia</i> L.       | 1196              |
| <i>Salix acuminata</i> L.               | 1191              |
| — <i>alba</i> L.                        | 1192              |
| — <i>aurita</i> Willd.                  | 1185              |
| — <i>capraea</i> L.                     | 1179              |
| — <i>fragilis</i> L.                    | 1188              |
| — <i>Hoppeana</i> Willd.                | 1187              |
| — <i>incubacea</i> Willd.               | 1194              |
| — <i>Lambertiana</i> Smith.             | 1183              |
| — <i>malifolia</i> Smith.               | 1186              |
| — <i>pentandra</i> L.                   | 1190              |
| — <i>praecox</i> Hoppe.                 | 1189              |
| — <i>riparia</i> Willd.                 | 1182              |
| — <i>rosmarinifolia</i> Willd.          | 1180              |
| — <i>Russeliana</i> Smith.              | 1195              |
| — <i>triandra</i> L.                    | 1184              |
| — <i>viminalis</i> L.                   | 1181              |
| — <i>vitellina</i> L.                   | CLXXIII           |
| — <i>undulata</i> Willd.                | CLXXVIII          |
| <i>Satyrion repens</i> Kl.              |                   |
| — <i>Epipogium</i> Kl.                  |                   |

|                                     |           |
|-------------------------------------|-----------|
| <i>Scabiosa Columbaria</i> Kl.      | XXX       |
| — <i>inflexa</i> Kl.                | XXXI      |
| <i>Scandix Pecten Veneris</i> Kl.   | LXVIII    |
| <i>Scheuchzeria palustris</i> Kl.   | LXXVIII   |
| <i>Schoenus fucus</i> }             | XIII      |
| — <i>Mariscus</i> } Kl.             | XI        |
| — <i>nigricans</i> }                | XII       |
| <i>Scirpus caespitosus</i> Kl.      | XIV       |
| <i>Scorzonera humilis</i> L.        | 918       |
| — <i>purpurea</i> L.                | 920       |
| — <i>rosea</i> Waldst. et Kit.      | 919       |
| <i>Scorbularia aquatica</i> L.      | 761       |
| — <i>cordata</i> Pers.              | 762       |
| — <i>glandulosa</i> Waldst. et Kit. | 760       |
| — <i>vernalis</i> β Willd.          | 752       |
| <i>Scutellaria galericulata</i> L.  | 734       |
| — <i>hastifolia</i> E.              | 735       |
| — <i>verna</i> B.                   | 733       |
| <i>Sedum album</i> Kl.              | XCV       |
| <i>Selinum podolicum</i> B.         | Add. 1212 |
| — <i>sylvestre</i> Kl.              | LXIII     |
| <i>Senecio Doria</i> L.             | 1028      |
| — <i>Jacobaea</i> L.                | 1024      |
| — <i>nemorensis</i> Jacq. }         | 1026      |
| — <i>ovatus</i> Willd. }            | 1025      |
| — <i>paludosus</i> L.               | 1027      |
| — <i>saracenicus</i> L.             | 1021      |
| — <i>sylvaticus</i> L.              | 1023      |
| — <i>tenusifolius</i> Jacq. }       | 1029      |
| — <i>umbrosus</i> } Waldst. et Kit. | 1022      |
| — <i>vernalis</i> }                 | 1020      |
| — <i>viscosus</i> L.                | 1019      |
| — <i>vulgaris</i> L.                | 1091      |
| <i>Serapias atro-rubens</i> Hoffm.  |           |

|                                           |         |
|-------------------------------------------|---------|
| <i>Serapias grandiflora</i> Murr.         | 1093    |
| — <i>lanceifolia</i> Hoffm.               | —       |
| — <i>latifolia</i> L.                     | 1090    |
| — <i>Loeselii</i> Hoffm.                  | 1097    |
| — <i>longifolia</i> Fl. Dan.              | 1091    |
| — <i>rubra</i> Fl. Dan.                   | 1094    |
| <i>Serratula arvensis</i> Willd.          | 986     |
| — <i>setosa</i> Willd.                    | 985     |
| — <i>tinctoria</i> L.                     | 987     |
| <i>Seseli Saxifragum</i> Kl.              | LXIX    |
| <i>Sievers angulata</i> L.                | 1170    |
| <i>Silene glutinosa</i> Pers.             | XCH     |
| — <i>tatarica</i> Pers.                   | XCH     |
| <i>Sinapis arvensis</i> L.                | 827     |
| — <i>campestris</i> B.                    | 828     |
| <i>Sisymbrium amphibium</i> L.            | 806     |
| — <i>arenosum</i> Willd.                  | 819     |
| — <i>Barbarea</i> Crantz.                 | 812     |
| — <i>Iris</i> Kl.                         | CXXXIII |
| — <i>Loeselii</i> L.                      | 809     |
| — <i>mutale</i> L.                        | 807     |
| — <i>Nasturtium</i> L.                    | 803     |
| — <i>officinale</i> Roth.                 | 811     |
| — <i>palustre</i> Leys.                   | 805     |
| — <i>Sophia</i> L.                        | 808     |
| — <i>strictissimum</i> L.                 | 810     |
| — <i>sylvestre</i> L.                     | 804     |
| — <i>terrestre</i> Hoffm.                 | 805     |
| <i>Sison inundatum</i> Kl.                | LXIV    |
| <i>Solidago alpestris</i> Waldst. et Kit. | 1032    |
| — <i>Virgaurea</i> L.                     | 1031    |
| <i>Sonchus alpinus</i> Willd.             | 921     |
| — <i>arvensis</i> L.                      | 923     |
| — <i>asper</i> Hoffm.                     | 925     |
| Son-                                      |         |

|                                 |        |
|---------------------------------|--------|
| <i>Sonchus caeruleus</i> Smith. | 921    |
| — <i>glaber</i> Schult.         | 923    |
| — <i>oleraceus</i> Curt.        | 924    |
| — <i>palustris</i> L.           | 922    |
| <i>Sparganium natans</i> L.     | 1109   |
| — <i>ramosum</i> Smith.         | 1107   |
| — <i>simplex</i> Smith.         | 1108   |
| <i>Spartium Scoparia</i> Kl.    | CXLI   |
| <i>Spergula nodosa</i> Kl.      | XCVI** |
| — <i>pentandra</i> Kl.          | XCVI   |
| <i>Stachys alpina</i> L.        | 714    |
| — <i>annua</i> L.               | 717    |
| — <i>arvensis</i> Kl.           | CXXII  |
| — <i>germanica</i> L.           | 715    |
| — <i>palustris</i> L.           | 713    |
| — <i>recta</i> L.               | 716    |
| — <i>sylvatica</i> L.           | 712    |
| <i>Stratiotes aloides</i> L.    | 1208   |
| <i>Tanacetum vulgare</i> L.     | 997    |
| <i>Taxus baccata</i> L.         | 1211   |
| <i>Teucrium Chamaedrys</i> L.   | 689    |
| — <i>Chamaepitys</i> Fl. Dan.   | 687    |
| — <i>Laxmanni</i> L.            | 688    |
| — <i>Scordium</i> Kl.           | CXX    |
| — <i>Scorodonia</i> Kl.         | CXIX   |
| — <i>supinum</i> L.             | 690    |
| <i>Thlaspi arvense</i> L.       | 781    |
| — <i>Bursa pastoris</i> Willd.  | 780    |
| — <i>campestre</i> L.           | 782    |
| <i>Thymus Acynos</i> L.         | 727    |
| — <i>Calamintha</i> Scop.       | 728    |
| — <i>exserens</i> Ehrh.         |        |
| — <i>includens</i> Ehrh.        |        |
| — <i>lanuginosus</i> Willd?     |        |
| P. II.                          | T      |

## INDEX.

|                             |        |
|-----------------------------|--------|
| Thymus Serpyllum L.         | 746    |
| — <i>Serpyllum</i> Smith.   | CIX    |
| Tormentilla reptans Kl.     | 748    |
| Tozzia alpina L.            | 917    |
| Tragopogon major Jacq.      | 916    |
| — <i>pratensis</i> L.       | 899    |
| Trifolium agrarium L.       | 892    |
| — <i>alpestre</i> L.        | 895    |
| — <i>arvense</i> L.         | 901    |
| — <i>campestre</i> Schreb.  | 902    |
| — <i>filiforme</i> L.       | 891    |
| — <i>flexuosum</i> Jacq.    | 897    |
| — <i>fragiferum</i> L.      | 887    |
| — <i>hybridum</i> L.        | 898    |
| — <i>melium</i> L.          | 894    |
| — <i>ochroleucum</i> Jacq.  | 885    |
| — <i>officinale</i> L.      | 893    |
| — <i>pannonicum</i> Jacq.   | 896    |
| — <i>parviflorum</i> Ehrh.  | 886    |
| — <i>polonicum</i> Willd.   | 890    |
| — <i>pratense</i> L.        | 901    |
| — <i>procumbens</i> Smith.  | 888    |
| — <i>repens</i> L.          | 889    |
| — <i>rubens</i> L.          | 900    |
| — <i>spadiceum</i> L.       | XXVIII |
| Triticum caninum Schrad.    | 822    |
| Turritis Gerardi B.         | 824    |
| — <i>glabra</i> L.          | 823    |
| — <i>hirsuta</i> L.         | 824    |
| — <i>hirsuta</i> Ger.       | 823    |
| — <i>planisiliqua</i> Pers. | 824    |
| Tussilago alba L.           | 1017   |
| — <i>alpina</i> L.          | 1015   |
| — <i>Farfara</i> L.         | 1016   |

## INDEX.

|                                  |           |
|----------------------------------|-----------|
| Tussilago hybrida Smith.         | 1018      |
| — <i>Petasites</i> Hoppe.        | —         |
| — <i>Petasites</i> Smith.        | —         |
| Typha angustifolia L.            | 1106      |
| — <i>latifolia</i> L.            | 1105      |
| — <i>major</i> Curt.             | —         |
| — <i>minor</i> Curt.             | 1106      |
| Ulmus sativa Kl.                 | LIX*      |
| Urtica dioica L.                 | 1154      |
| — <i>urens</i> L.                | 1153      |
| Utricularia vulgaris Kl.         | VIII      |
| — <i>minor</i> Kl.               | IX        |
| Verbena officinalis L.           | 693       |
| Veronica alpina Kl.              | V         |
| — <i>galeopsifolia</i> Gilibert. | V*        |
| — <i>hybrida</i> Kl.             | IV**      |
| — <i>longifolia</i> Kl.          | IV*       |
| — <i>romana</i> kl.              | VI        |
| — <i>spuria</i> Kl.              | IV        |
| Vicia angustifolia Roth.         | 868       |
| — <i>Cracca</i> L.               | 865       |
| — <i>dumetorum</i> L.            | 863       |
| — <i>pisiformis</i> L.           | 862       |
| — <i>polyphylla</i> Willd.       | Add. 1215 |
| — <i>sativa</i> L.               | 867       |
| — <i>sepium</i> L.               | 869       |
| — <i>sylvatica</i> L.            | 864       |
| — <i>villosa</i> Roth.           | 865       |
| Viscum album L.                  | 1198      |
| Waldschmidia nymphoides Pers.    | L         |
| Xanthium Strumarium L.           | 1176      |
| Zannichellia palustris L.        | CLXXX     |



